ACCADEMIA DI MEDICINA DI TORINO
A VII 7

BIBLIOTHECA
MEDICINÆ PRACTICÆ

QUA

SCRIPTA AD PARTEM MEDICINÆ PRACTICAM FACIENTIA
A RERUM INITIIS RECENSENTUR.

AUCTORE

ALBERTO von HALLER

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET FEUDI IN ECLAGNENS.
EQUITE STELLÆ POLARIS;
PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS;
PRÆSIDE SOCIETATIS OECONOMICÆ BERNENSIS;
SODALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISINÆ; ACADEMIÆ IMP. NAT.
CUR. ACAD. IMP. RUSS. BORUSS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; ACADEMIÆ
REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. SOCC. REG. BRIT. BOT.
FLOR. BAVARICÆ. HELVETICÆ. COLL. MED.
EDINBURGENSIUM.
IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS III.

AB ANNO 1648. *AD A.* 1685.



BERNÆ apud EM. HALLER, & *BASILEÆ* apud JOH. SCHWEIGHAUSER.
MDCCLXXIX.

B. L. S. D.

FRANCISCUS LUDOVICUS TRIBOLET

MED. D. POLIATER BERNENSIS. SOC. REG. MED. PARIS; COLLEG. REG. NANCEJENS; SOC. NAT. CURIOS. TIGUR. SODALIS; OECON. BERNENS. SECRETARIUS PERPETUUS.

En tibi traditur, *Benevole Lector*, ſerius quidem ac deſideratum fuiſſet, hujus Bibliothecæ pars poſthuma, in qua elaboranda jam jam moriturus AUCTOR omnes horas inſumſit, in quibus naturæ vires paulo erant alacriores, minusque ILLE doloribus exagitabatur. Eam in duo volumina dividere neceſſe fuit, cum unicum juſtam magnitudinem longe exceſſiſſet. Ejus edendæ cura cum mihi a typographis demandata eſſet, exorta eſt dyſenteria epidemica, quæ, tota æſtate præterita atque autumno late Bernenſem per agrum cum graſſaretur, ita negotiis implicitum me tenuit, ut omni litterario labori penitus ſuperſedere coactus fuerim, eoque factum ſit, ut nunc tantum præſens volumen in lucem edatur.

AUCTORIS codex equidem continua ſerie tantum ad annum hujus ſeculi decimum pertingit; quæ pertinent ad nuperiora

)(2 tempora,

tempora, ea ſparſa ſunt in ſchedis, nulloque cohærentia nexu, futurorum ſcilicet voluminum materies, ſi diutius vivere Hallero fata dediſſent. Ea vero parte quamquam incompleti operis, tamen ſumma cura ab immortali viro elaborata, noluimus fruſtrari litterarium orbem, exiſtimantes ob id gratiam nos apud eos invituros, qui veſtigiis Halleri inſiſtentes, quæ reliqua ſunt, velint abſolvere.

Aliqua tamen excuſatione eſt quod egemus, ſi forte quis error in ſcribendis librorum titulis aut auctorum nominibus irrepſerit. Quæ enim ſub ultimis præſertim vitæ temporibus Auctor tremula manu ſcripſerat, ea, quod Ipse ſæpius queſtus eſt, habent litteras adeo minutas, adeo male pictas, ut quandoque, quid ſibi velint, vix ulla conjectura adſequi liceat, ita ut ab omni errore ſibi cavere penitus ſit impoſſibile.

Quartum volumen, dante Deo, ad nundinas paſchales anni 1780. prodibit cum additamentis aliquibus atque indice locuplete. Vale Benevole Lector, noſtroſque labores in edendis ultimis ſcriptis ſummi Viri, qui tantum de humano genere meruit, benignus accipe.

Bernæ Helvet. D. 13. Martii 1779.

BIBLIOTHECA PRACTICA.

LIBER NONUS.

FRANCISCUS SYLVIUS de le BOE.

§. DCXXXVIII.

Guilielmus Piso.

Medicus J. Mauritii Comitis Naſſoviæ, cum quo Braſiliam adiit. Ej. *de medicina Braſilienſi* L. IV. Amſterd. 1648. f. *. nitidiſſime prodierunt. L. I. agit de Braſiliæ aere, aquis & locis. Frigus nocturnum ſumme noxium eſſe, ideo indigenas focum tota nocte alere. Eos indigenas ſaluberrime vivere, mature pubeſcere, ſero ſeneſcere, ad centeſimum annum & ultra viridi ſenectute gaudere, raroſque morbos experiri. Medicamentis ſimplicibus uti, ſuis ex plantis, & cucurbitulis atque ſcarifatione, quæ fit ſagittis de baliſta impulſis, ut manantem ſanguinem exſugant. Vomitum ciere, alvum ducere. Epidemicos morbos ignorari; ſemel anthraces apparuiſſe, peſtem nunquam. Criſes febriles reſpondere, morborumque prognoſes faciles eſſe; morbos ſæpiſſime per ſudorem judicari, tamen etiam per alvi fluxum, vel per hæmorrhagiam. Homines fere tempore refluxus maris mori, primus ni fallor, adnotat.

L. II. morbi Braſiliæ endemii & familiares. Febres non quidem epidemicas hæc regio patitur, ardentes autem bilioſas, tertianas nonnunquam, etiam quartanas. Medicos ſolere vehementer ſanguinem mittere, aquam cum ſucco citri dare, ſomnum ciere; alvum medicamentis lenibus & rarius ducere. Et nyctalopiam hic ſævire, & hemeralopiam, & in guttam ſerenam malum facile tranſire. Spaſmus frequens eſt, quo totum corpus obrigeſcit. In eo malo vena ſecatur, ſudor cietur, validæ frictiones exercentur. Stupor chronicus pariter frequens eſt: huic drimyphagia opponitur. Frequens cartilaginis mucronatæ prolapſus. Viſcerum obſtructio, potiſſimum plurima in advenis, in hydropem tranſit, ſed etiam in phrenitidem. Hepar & lien intemperantibus obſtruitur; hic vomitus cietur, guajaci cortice cum ferri ſcoriis. Hydrops inter vulgatiores

morbos eſt, ut juvenes etiam atque pueros infeſtet. Curatur nonnunquam diuretica radice Caapeba, aliiſque plantis indigenis, tamen & gummi gutta, & balneis aquæ cum plantis aromaticis coctæ. Poſt diuturnam cordis palpitationem ſæpe ſerum in pericardio. Lumbricis acidiſſimos fructus, aliaſque ſuas plantas opponunt. Alvi fluxus & lienteria. Hic primas laudes Ipecacuanhæ reperias, quam radicem ex PISONE HELVETIUS habuit: Teneſmus moleſtiſſimus, huic Ipecacuanha & fotus adſtringentes. Cholera, ad quam ſyrupi acidi; Dyſenteriæ; iterum Ipecacuanha & adſtringentia. Fluxus alvi hepaticus; ad eum refrigerantia, acida, ſolanacea. Ani inflammatio, idem forte malum quod teneſmus.. Gummata hic exhibentur & fotus molliſſimi. Feminæ, potiſſimum ſi balneis indulſerint, uteri profluviis obnoxiæ ſunt. Contagioſus morbus in claſſe Hiſpanica. In continente hæc mala rariora. Febris petechialis bis tantum viſa. Variolæ & morbilli benigniores ſunt. Luem veneream vehementi igne ſacchariferarum culinarum tollunt.

L. III. *Venena & antidoti.* Serpentes, lacertæ, araneæ aliquæ, animal marinum bullæ ſimile. Fungi, herbæ venenatæ. A ſerpentis Ibiracoa morſu ſanguis per aures, nares, oculos effluit.

In editione altera de Indiæ utriuſque re naturali & medica redeunt iſta, in duos libros diſtributa. Priores libros belgice cum BONTIANIS dixi prodiiſſe Amſtel. 1642. 8.

§. DCXXXIX. VARII.

JACOBI ANTONII CLAVENNÆ *Clavis Clavennæ aperiens naturæ theſauros* Tarviſ. 1648. fol. *. Plantarum vires ſecundum morbos, quibus conferunt.

CHRISTOPHORUS MAGNENUS Burgundus, ex oppido Luxeu, Profeſſor Ticinenſis.

EJ. *Democritus redivivus, ſ. vita & Philoſophia Democriti* Lion 1648. 12. Lond. 1658. 8. OSB. ſi huc facit.

EJ. *de manna l.* Ticini 1648. 8. Haag. 1658. 12. *. Amſterd. 1669. 12. L. Præter rem botanicam & elementa mannæ, agit de viribus medicis: magnum mannæ eſſe conſenſum cum bile, quam ducat, tamen & aquam expurgare. Majori doſi quatuor unciarum dari debere. Formulæ.

EJ. *de tabaco, exercitationes* XIV; *in quibus hiſtoria, virtutes, vitia, uſus & abuſus oſtenditur* Ticin. 1648. 4. *. Haag. 1668. 12. *. & Amſterd. 1669. cum priori. Vires medicæ nicotianæ. Præhumidis temperamentis utilem eſſe. Multa contra NEANDRUM, cujus formulas exagitat. Divinatio Indorum, quam a fumo tabaci hauſto ſumunt. Proceſſus mammillares a tabaci fumo non exſiccari. Ad aſthma valere. Pulvis ſternutatorius ejuſque bonus uſus. Maſticatio, quæ vi polleat apophlegmatizonte. Compoſita ex tabaco medicamenta. In hydrope decoctum aquam copioſe traxiſſe, ut uſum noſter interrumpere cogeretur. Arthritidem levare. Multa iterum NEANDRI cenſura.

Statuta

Statuta & privilegia univ. art. Archigymnaſii Patavini a ſenatu Veneto permiſſa aut correcta L. IV. Patav. 1648. 4. B. BUN.

PHILIPPI FINELLI *Metopoſcopiæ* L III. Antwerp. 1648. 8. L.

EJ. *nævorum* L. III. ib.

EJ. *de quatuor ſignis quæ adparent in unguibus manuum* 1649. 8. RAST.

PONTII FRANCISCI PURPANI *Pharmacopœa Toloſana* 1648. 8. RAST.

. . . . GERVAISE *phlebotomia adumbrata* Pariſ. 1648. 4. PORTAL.

CHARLES GUILLEMEAU, medicus, quem Monſpelienſes ingrati animi & injuſti reum faciunt. EJ. eſt *queſtion cardinale à l'école de médecine ſous la préſidence de* C. G. reſpondente J. BAPT. MOREAU *la méthode d'Hippocrate eſt elle la plus certaine, la plus ſure & la plus excellente de toutes à guérir les maladies avec des obſervations ſur les points les plus importans* Paris 1648. 4 *. Auctor totus PATINIANUS, artem ſuam ponit in venæ ſectionibus, caſſia, ſenna, rheo, ſirupo roſarum pallidarum, & florum perſicorum, in balneis, lacte, aquis mineralibus, quæ omnia ad refrigerentia vireſque frangentia referas. Contra Chemicos, Arabes, & pharmacopolas. Se ipſum ſolius artis beneficio nunc a viginti annis ſuperſtitem eſſe. Artis medicæ principes medicos eſſe Pariſinos: Pariſiis medicos exteros demum veram medendi methodum diſcere. HIPPOCRATEM & GALENUM ſingulari providentiæ beneficio maximis animi dotibus ad artem perficiendam a DEO exornatos fuiſſe. Amicum, cujus ſibi mors malevole imputatur, qui ulcere hepatis laborabat, ab antimonio ſumto periiſſe. Ad hiſtoriam medicam. Antimonium a. 1566 damnatum. ROCHO le BAILLIF praxi medica a ſenatu eſſe interdictum. QUERCETANUM amiſſa fama ex mœrore a. 1603. extinctum fuiſſe. TURQUETUM de MAYERNE a. 1604 antimonii uſu ſe ipſum in hæmoptoen præcipitaſſe, & adflicta fama cælum mutaſſe. Hæc in præfatione.

Quæſtio omnino latine a. 1648. defenſa fuit, ſolitis Pariſinis longior, cum titulo CAR. GUILLEMEAU & J. B. MOREAU *E. hippocratica medendi methodus omnium rectiſſima tutiſſima præſtantiſſima.* Pro medicina antiphlogiſtica, qua Pariſiis eo ævo utebantur. Contra antimonium, in quo plumbi natura ſit; contra cardiaca, gemmas, unicornu, bezoar. Lapides eo nomine Pontifici CLEMENTI VIII. oblatos omnes fuiſſe factitios. Se a. 1622. abſque fructu eo lapide uſum. In antidotos, in theriacam, confectionem Alkermes, conf. de hyacintho, quibus juſcula herbarum præfert.

EJ. *cani injurio fuſtis, ſ. reſponſio pro ſe ipſo ad alteram apologiam* J. COURTAUD Pariſ. 1654. 8.; ad ſcriptum quod continuo dicetur.

EJ. *defenſio altera adverſus anonymi Monſpelienſis calumnias* ib. 1655. 4.

Et *Margarita ex ſterquilinio* J. COURTAUD 1655. 8. an idem T. II. p. 493.

FRID. CAHLEN *memoria* BENEDICTI OHEIMII Hall. 1648. 4. B. BUN.

PAULI NEUCRANZ *de purpura & morborum malignorum natura* Lubec 1648. 4. 1660. 4. an non idem, qui p. 704.

EJ. *de harengo* Lubec. 1654. 4. *. Salubrem ejus piſcis uſum tuetur.

EJ. *idea perfecti medici oratio in obitum* HENRICI MEIBOM Lubec 1655. 4. TREW.

J. WALTHER *de vita & morte* Lipſ. 1648. 8.

GEORGII MORALEZ Luſitani *commentaria in aphoriſmorum libros duos priores* Venet. 1648. 8. *. Verboſa paraphraſis.

EJ. *manuductio ad univerſam aphoriſmorum doctrinam* Venet. 1653. 8. BASEGII.

EJ. *enchiridium medicum, ethicum & theologicum* Venet. 1655. 12. TR.

BERNARDI a MALINKROT *de ortu & progreſſio artis typographicæ* Colon 1648. 8. HARTMANN. Ad hiſtoriam editionum.

§. DCXL. VARII.

FRANÇOIS LANDREY *hiſtoire notable ſur les effets merveilleux de la ſaignée* Paris 1648. 4. FALC.

Lettre d'un ami au S. LANDREY *médecin d'Orleans ſur la mort de Mle. de la Serre & la réponſe* ib.

Apologia medicorum Aurelianenſium ad calumnias & impoſturas GROTÆI *a* CHESNAI *in* BRUNETTUM *ab* ARRANQUETO *medico regio eorum nomine inſulſa & ementita concinnata* ib. 4. BUR.

Cordial for the Calenture and thoſe other diſeaſes which diſtemper the ſeamen Lond. 1648. *.

En ny och ganska nyttig läkere book om häſte läkedomar &c. Stokholm 1648. 12. B. THOM.

J. AGRICOLA (an ejuſdem p. 448.) *Schuzſchrift wider die famöſe Schrift* GEORG DETHARDINGS 1648. 4. B. THOM.

ALESSANDRO TADINI *ragguaglio dell origine e giornali ſucceſſi della grave peſte nell anno* 1629, 1630, 1631, *con l'aggiunta d'un breve compendio delle maggiori peſtilenze per l'addietro avvenute* Milan. 1648. 4.

§. DCXLI. DISPUTATIONES.

J. J. FREY *de appetitu canino* Argent. 1648. 4.

SAMUEL HENRIQUET COHEN *ſ. ex ſtirpe ſacerdotali de pleuritide vera* Leid. 1648. 4. HE.

J. MICHEL *de ulcere pulmonum ſ. phthiſi* Baſil. 1648. 4. HE.

EJ. *de pleuritide* Regiomont. 1649. 4. HE.

DANIEL ESPICH *de febri tertiana* Argent. 1648. 4. PL.

MICH. HELD *de arthritide* Stettin 1648. 4.

CHRISTOPH HARDER *de gutta roſacca* Argent. 1648. 4. *.

NIC. BLANCHET & JAC. GAMARRE *E. jecoris apoſtemati uſtio* Pariſ. 1648.

ANT. MORAND & STEPH. BACHOT *E. pueris acute laborantibus venæ ſectio* Pariſ. 1648.

TOUSS. FOUCAULT & ARM. JO. *de* MAUVILLAIN *an ægre convaleſcentibus aquæ Forgenſes?* ib. 1648.

PHILIB. MORISSET & J. *de* MAUVILLAIN *E. thea Chinenſium menti confert* ib. 1648.

JAC. CORNUTY & BERTIN DEUXIVOYE *E. ablactatis purgatio frequens* ib. 1648.

EUSEBII RENAUDOT & ANT. BOURGAUD *E. heroes bellicoſi* ib. 1648.

§. DCXLII. ARNOLDUS BOOTIUS *de* BOOT.

ALII.

ARNOLDI BOOTII, viri docti, etiam aliarum literarum gnari, Belgæ, archiatri exercitus Hibernici *obſervationes medicæ de affectibus omiſſis* Londin 1649. 12. Helmſtatt 1664 4.* ex editione HENRICI MEIBOM, & in collectione cum BORELLO & CATTIER Lipſ. 1676. 8. *. Hæc ſunt capita. Abſceſſus hypocranios ab inflammatione in ſulcis (ſ. potius in ſinubus) duræ matris natus. Adultum malum cranii perforationem requirere. PETRUM PACHECUM apud Riverium hoc malum dixiſſe. 2. Vomica hypocrania, unicus, ſuo loco fixus, folliculus pure plenus: inſanabile malum, caſu noſter ſanatum vidit, cum pilæ ictu aure violenter concuſſa folliculus rumperetur, ut pus per aurem efflueret. 3, Suturarum diſceſſio. In Hibernia hoc malum frequens eſſe. Satis facile ſanari, adductis apta faſciarum opera oſſibus. 5, Capitis diſtortio in alterum latus perpetua, per aliquot exempla, quod malum noſter ſuperare non potuit. 6, Epilepſia procurſiva. ut puer recta procurrere cogeretur, quoad obſtaculum ei occurreret. Hæmorrhagia ex latere ſiniſtro oris periodica in Archiepiſcopo USHERIO. Ex lingua, vel ex gingiva, vel ex bucca, ſanguis ubertim prorumpebat. 8, Linguæ ardor & ſiccitas abſque febre; ardor linguæ moleſtiſſimus ab hydrope ſanatus, veſicis de crure ſponte erumpentibus. 9, Lippitudo mucaginoſa. Excreſcentiæ in quatuor oris angulis. 10, Labriſulcium, ſ. cheilocace, malum infantibus moleſtum, in Hibernia & Britannia familiare. Labra intumeſcunt, indureſcunt, abſque inflammatione, & revol-

revolvuntur, atque duobus ſulcis quodque labium dividitur, pure obſitis; utiliter hirudines admoveri. 11, Sterni dolor, purgantibus ſublatus & cerato anodyno. 12, Tabes pictava, abſque pulmonis vitio. Infantibus caput grandeſcit, reliquum corpus contabeſcit, oſſa in articulis tument, dextrum hypochondrium tumore æquali prominet: hoc malum multis millibus infantum moleſtum eſt.

BERNARDUS VERZASCHA Profeſſor Baſileenſis. EJ. *quæſtiones medicæ varii argumenti* Monſpel. 1649. 4. B. Tig.

EJ. *theſes & oratio inauguralis Monſpelienſis* Baſil. 1650.

EJ. *exercitatio de apoplexia & paralyſi* ib. 1658. 4. B. Tig. & *conſultationes quatuor* ib. 1662. 4. ib.

EJ. *Compendium medicinæ practicæ* Lion 1660. 8.

EJ. *obſervationum medicarum centuria* Baſil. 1677. 8. *. Exempla aliqua. Veſica urina plena, abſque calculo, per ſoporem lethalis. 2, A calculo in uretere ſiniſtro hærente iſchuria, mors die vigeſimo tertio. Ren ſiniſter ſero enormiter diſtentus; & arenulis; calculus ureteri impactus. 3, Vagitus uterinus. Contra paracenteſin. Poſt dolorem acutum, vermis de naribus excuſſus. Poſt cephalæam in cerebelli tunica vermis occultus. Sanguis humanus ob epilepſiam fruſtra & malo cum eventu epotus. Menſes per vomitum rejecti, & legitimo colo reſtituti. Aſthma cum rejectis calculis funeſtum. Ramus venæ arterioſæ rejectus (ramus, ut puto, aſperæ arteriæ, aut potius mucus, qui hujus rami figuram exprimebat). In colico dolore opium. Diarrhœam in variolis noſter papaveraceo medicamento ſubpreſſit. Hæmoptyſis bolis ſanata. Cantharidum malus effectus emulſione & mollibus ſuperatus. Peſtis Baſileenſis: pro potu ſirupus berberum: paſſim acida laudat, ſpiritumque ſulfuris. Sudorem tamen theriacalibus medicamentis movebat. Peſtis ſine febre: funeſtus hic effectus miſſionis ſanguinis. Pleuritis in peſte ſemper lethalis: ſic hæmorrhagia narium. Poſt longam phthiſin hæmoptoe ſubito funeſta, pulmo plenus ulceribus in aſperam arteriam apertis. Malus effectus amuleti arſenicum recipientis Dolor colicus pro nephritico habitus. Ex hellebori nigri uſu hypercatharſis. A lochiis ſuppreſſis convulſiones. Pica calcis in puero. Mania repetitis venæ ſectionibus ſanata. Dyſpnœa cum moleſtiſſima tuſſi a corporis exercitatione augeſcens, ſanata, cum WEPFERI conſiliis.

IDEM RIVERIUM *contractum* Baſileæ a. 1680. edidit.

LAURENTII RODOMONTII *vitæ humanæ cataſtrophe ex peſtilentia ſ. de peſtis peſtiferæ febris eſſentia, præcautione, curatione* Piſauri 1649. 4. L.

CAROLI AVANTII Rhodigini *notæ ad* J. B. FIERÆ *Cœnam* Patav. 1649. 4. *. Poſthumum opus edidit frater JACOBUS. Doctæ comparationes locorum ex veteribus ad *coenam* FIERÆ, quibus pars non exigua diætetices continetur. Ex fabis

fabis nunquam non incubus. Mors a frigida æſtuanti corpori ingeſta. Ipſe noſter a comeſtis fungis pene ſtrangulatus, alvi fluxu fætido ſervatus eſt. Poſt difficilem annonam, & inſalubris panis uſum, peſtilentia. Pronus decubitus noxius.

Guidi Antonii Albanesii *aphoriſmorum Hippocratis expoſitio* Patav. 1649. 4. Hansen.

J. Jac. Scharandæus, Soloduri in Helvetia medicus.

Ej. *ratio conſervandæ ſanitatis* Amſterd. 1649. 8.

Ej. *modus & ratio viſendi ægros* Solodur. 1679. 8. Erford. 1749. 4.*. De diverſis artis medicæ partibus ſententiam ſuam dicit, & conſilia dat, ut poſſit felicius & utilius exerceri, veteribus addictus, oſor chemiæ. Non tamen ubique ſcholas ſequitur, & in phrenitide venæ ſectionem rejicit. Editor ex Hofmanno, & Roderico *a* Castro ſua prudentiæ medicæ exempla addidit.

Nicolai Haasii *manuductio ad artem medicam* Amſterdam 1649. 8. 1664. 4. Lind.

Gabriel *du* Crot *de peſte* Caſtris 1649. 4. Astr.

Martinus Bogdan Dreſeno Marchicus, poſtea poliater Bernenſis, ſcripſit *theſes medicas inaugurales* Baſil. 1649. 4.

Ej. *tractatus de recidivis morborum ex* Hippocrate *ad* Hippocratis *mentem* ib. 1659. 4. *. brevis libellus.

Cum nuperioribus editionibus *cultri* Lyseriani Hafn. 1665. 8. *. 1679. 4. *. prodierunt Bogdani *obſervationes medicæ*. Ex cauſa interna corruptio articulorum recidiva. Hydrops in vulvæ labiis, aqua calcis vivæ ſiccatus. Mira hiſtoria ramorum venæ epigaſticæ in tubercula terminatorum, ex quibus menſtruus ſanguis fluxerit. Peritonæum in hydropica craſſiſſimum.

Idem Simeonis Seth nitidam editionem dedit T. I. p. 318.

Quæ pro Bartholino ſcripſit, ea vide in anatomicis.

J. Zinck *commentarius de criſibus* Francof. 1649. 12. 8. L.

J. Læger *varii, admirandi & pluſquam ferini veneficio illati affectus hiſtoria* Brunſvic 1649. 4. Francof. 1651. 4. Francof. 1651. 4. & in Merklini collectione 1698. 4. *.

J. Wilh. *a* Kempis *de conſervatione ſanitatis* Antwerp. 1649. 8. Falc.

Avicennam *de morbo mentis* edidit Petrus Vattier Pariſ. 1649. 8.

§. DCXLIII. Varii.

Bartholomæo Pietragrassa *politica medica per il governo del corpo umano diviſa in due trattati, nel primo ſi diſcorre d'alcune coſe proemiali, nell' altro dell aria* Pavia 1649. f. Tr. alii 1651. f. B. Thom.

Alva-

ALVARUS *de* FONSECA Ulyſſiponenſis. EJ. eſt *tratado de la gonorrhea e outras cauſas* Lisbon 1649. 4. C. de V.

SEBASTIAN LAGLI *Miſcellaneo di curioſita medici paſſatempi* Venez. 1649. 8. FALC.

ISIDORI OGURGIONE OZZOLINI *le pompe Saneſi overo relazione delli uomini e donne illuſtri di Siena* Piſtoia 1649. 2. vol. 4. CARR.

FRANCISCUS SOAREZ FEYO Conimbricenſis Academicus.

EJ. eſt *tratado de ſcurbuto a que o vulgo chama mal de ſoneda* Lisboa 1649. 4. C. de V.

EJ. *orat. come ſe decen abrir os fontes e das enfermidades da bicho ſaliciare* Lisboa 1649. 4.

NICOLAI CULPEPER *phyſical directory, or the translation of the London diſpenſatory made by the college of phyſicians* Lond. 1649. 4. 1683. 8. 1695. 8. 1698. 8.

EJ. *ſemeiotica uranica, or an aſtronomical judgment of diſeaſes from the decumbence of the ſick* Lond. 1651. 8. B. BODL.

EJ. *idea univerſalis medica practica* Amſt. 1652. 8.

Et *idea of practical phyſick* Lond. 1669. fol.

EJ. *a new method of phyſick* ib. 1654. 8.

EJ. *phyſician's library* 1657. fol.

EJ. *the English phyſician*

EJ. *the ſupplement to the English phyſician* Lond. 1674. 8. plantarum medicatarum catalogus.

EJ. *legacy* &c. *Teſtament oder lezter Wille nebſt zwey Tractaten von den Fiebern u. der Peſt* Germ. 1675. 8.

Vertit SENNERTI *ll. de lue venerea* & de *podagra* Lond. 1660. 8. Unguenta mercurialia rejicit.

MART. FRID. ROSENCREUZER *Wurz und Kräuterkalender* Nurnb. 1649. 4.

WALTHERI MAGIRI *Leichenpredigt auf* HIER. BIERLING *u. deſſen Lebenslauf* Danzig 1649. 4. B. BUN.

Der Stadt Ulm erneuerte Apothekertax Ulm 1649. 4.

§. DCXLIV.

§. DCXLIV. Diſputationes.

Samuel Pomarii *de noctambulis diſſ. I.* Witteb. 1649. 4.

Ej. *de iisdem diſſ. II.* ib. 1650. 4. utraque recuſa Witteb. 1656. 4. 1661. 4. 1670. 4.

Sigism. Grass *de pleuritide* Witteb. 1649. 4. He.

J. Hoppius *de phthiſi* Lipſ. 1649. 4. Pl.

Ej. *ventriculi humani diaſcepſis phyſiologica & pathologica* Lipſ. 1649. 4. He.

Ej. *Lectionum pathologico medicarum Ex. I. de morbi natura* 1650. 4. He.

Ej. *Ex. II. de morborum cauſis* ib. 1650. 4. He.

Ej. *Ex. III. de morborum differentiis* ib. 1650. 4. He.

Ej. *Ex. IV. de ſymptomatum differentiis & cauſis* ib. 1651. 4.

Ej. *Ex. V. de hydrocephalo & cephalalgia* ib. 1652. 4. He.

Ej. *de purpura* 1652. 4. He. Pl. Ante Welschium dixit de morbo puerperali *der Frieſel.*

Ej. *de catarrho ſuffocativo* 1655. 4. L.

J. Hulsemann *Leichpredigt* Leipzig 1654. 4.

Frid. Hoerscher *dyſenteria ejuſque curatio* Argent. 1649. 4. *.

J. Micraelii *theſes de inaudita philoſophia* J. B. Helmontii Stettin 1649. 4. Tr.

Adolph Dulcken *de methodo medendi in communi uſu ejuſdemque in ſuas partes diſtributione* Leid. 1649. 4. Pl.

J. Munthelius *de ſcorbuto* Leid. 1649. 4. He.

Sim. Harincarspel *de febri cauſo* Leid. 1649. 4. Pl.

Seb. Meier Lubecenſis vel præſ. Adolph Vorst *de dyſenteria* Leid. 1649. 4. Moell.

Ej. *caſus adfectionis hypochondriacæ* Leid. 1651. 4. He.

J. Chombert *de mania* Utrecht 1649. 4. Pl.

B. Varenius *de febre in genere* Leid. 1649. 4. He.

Fr. Vaughan *de cephalalgia* Leid. 1649. 4. Haen.

J. Volck *theoremata medica* Jen. 1649. 4. *.

Matth. Sladus *de aſthmate* Helmſt. 1649. 4.

Sigismund Closius *diſp. exhibens aliquot problemata* Argent. 1649. 4. *.

PAUL. BENJ. GLOXIN *de hydrope* Argent. 1649. 4. *.

MICH. RUROCK *de chloroſi* Baſil. 1649. 4. HE.

FR. BOUJONNIER & ROB. PATIN *E. certa & optima luis venereæ per ſolam hydrargyroſin curatio* Pariſ. 1649.

STEPH. BACHOT & PETR. PERREAU *E. patrum in natos abeunt ſemine mores* Pariſ. 1649.

J. *de* MONTIGNI & ROB. FATIO *E. ridicula, commentitia & chimærica chymicorum principia* Pariſ. 1649.

BERTIN DEUXIVOYE & GERM. HUREAU *E. lingua hæſitantes melancholici* ib. 1649.

JAC. GAMARRE & NIC. *de la* VIGNE *Non E. faſcinum coitum impedit* ib. 1649.

JAC. JOUVIN & GERM. HUREAU *E. gravidis exercitatio* ib. 1649.

HERM. ALAIN & ROBERT PATIN *E. tuendæ valetudini frequens & moderata purgatio* ib. 1649.

PHIL. HARDOUIN & M. *de la* VIGNE *Non E. parari poteſt medicamentum* αλιμον ib. 1649.

JO. *de* BOURGES & J. *de* BOURGES *E. obſtructo lieni chalybs* ib. 1649.

§. DCXLV. G. J. VOSSIUS.

GERARDUS JOHANNES VOSSIUS, vir doctus & literator, paſſim rem medicam adtigit. In *Etymologico linguæ latinæ* voces ad artem medicam adtinentes paſſim declarantur, exemplo Alchemiæ, Algæ, Aloſæ, Alſines, Altheæ, Aluminis, Athletæ, Amaranthi, Amelli, Amenti, Amethyſti, Ammoniaci (ſucci) Amomi, Amphibii, Amphisbænæ, quæ obiter decerpſi. Ita vocem amphimallam hic reperias, quæ heteromallæ poſſit obponi. Multa etiam, quæ paſſim vitioſe ſcribuntur, noſter corrigit. Ita tofum ſcribere docet pro topho, cum vox non græca ſit.

Gloſſema latino barbarum, ſ. de vitiis ſermonis, perinde multas voces habet medicas, ut luſcus, archiatrus &c.

Deinde huc refero libros V. *de artium & ſcientiarum natura & conſtitutione*. In libro V. multa ad nos faciunt. Principes enim ſcriptores veterum recenſet, qui de animalibus, de plantis, de phyſiognomia, de agricultura, demum de medicina egerunt. PARACELSI vitam dat, non ille ei homini adverſus. Dii medici, deinde Græci, cum temporum ratione, non ubique vera,

vera, neque enim T. PRISCIANUM in tertio ſeculo quæſiveris. Tunc Arabes. Breviter omnia. In *hiſtoriis* etiam *philoſophorum* multa huc faciunt; & in *l. de Idololatria* multa ſparſim huc pertinent.

Refero ad a. 1649., qui VOSSIO ſupremus fuit.

§. DCXLVI. J. SCHMIDT.

Dantiſcanus. Ej. *Stadium medicum* Montpel. 1649. 4. Nempe *dyſenteriæ lac hepatitidi purgatio.*

E. N. C. Dec. I. ann. III. obſ. 121. Aphonia ſubita cum dolore capitis, ſubinde & ſponte diſſipata, & redux.

Obſ. 124. puellæ pudendum totum membrana obvelatum, exiguo foramine patente, per quod & alvi fæces exibant.

Ann. IV. V. obſ. 21. in fetu modo nato, foramen ſecundum anum, ex quo ſanies fluxit, deinde ſcybala prodierunt, funeſto eventu.

Obſ. 22. hernia ſpinalis, quam nævo tribuit.

Obſ. 24. Phthiſicus dura concrementa oſſium ſimilia per tuſſim ejecit.

Obſ. 25. Glandula inguinalis, & cutis perpetuo madida.

Obſ. 154. poſt apoplexiam oblivio, ut aliena vocabula veris ſubſtitueret, & literas, etiam ſua manu ſcriptas, legere impos eſſet.

Obſ. 155. a ſcorbutica acrimonia dyſuria & penis retractus, fiſtula urethræ.

Obſ. 156. vermes vivi cum lotio redditi.

Obſ. 157. fæces alvinæ per penem egeſtæ.

Obſ. 159. iſchuria die decimoquarto ſoluta, ut urina limpida copioſiſſime erumperet.

Obſ. 162. deglutitionis vitium, ut ſola liquida viam invenirent, & tamen ægra convaluerit.

Ann. VIII. obſ. 84. In gravibus variolis pus in puſtulis demum die 17. generatum, cum remiſſione ſymptomatum.

Obſ. 87. Vir urinam nigram cum redderet, nihil inde mali ſenſit. Criſin noſter vocat.

Obſ. 88. ab olei ſuccini enormi doſi plurimi calculi expulſi, ſed urina cruenta ſucceſſit, & febris, cum funeſta veſicæ inflammatione.

Obſ. 92. Carunculæ urethræ, ſuperatæ cereo inuncto viridi æris, cum ſublimato hydrargyro miſto.

Obſ. 94. icterus ſubditis clyſteribus, ſcybalis per os redditis, repoſito per blandas palpationes inteſtino, ægra ſervata. In feminis volvulum fere ab hernia eſſe.

Obſ. 95. In virgine ſcirrhus lienis duriſſimus, per puerperium ſolutus.

Obſ. 96. quæ de repente mortua fuerat, ſuſcitata.

Obſ. 97, ab aura frigida, ſudante corpore excepta, vomica pulmonis.

Ann. IX. X. obſ. 42. Puella hyſterica, cum artuum rigore, & convulſionibus mirificis atque deliriis, aſphyxia diuturna. Vena 17 bies ſecta, morbus vero conubio fideliter ſanatus. Neque perpetuum tamen hunc veneris ſalutarem effectum eſſe.

Obſ. 43. Hydrophobia in febre maligna ſuborta, quam noſter ad morſum canis rabidi refert, ante viginti annos inflictum.

Obſ. 45. exempla phthiſeos per veſtes & contagium propagatæ.

Obſ. 48. utique venæ ſectio feminis gravidis proficua.

Obſ. 50. poſt ſæviſſimum capitis dolorem auriſcalpio vermis eductus, & malum ſublatum.

Obſ. 52. ambuſto abdomine colica curata.

Obſ. 55. a calculis pulmonalibus moleſta tuſſis.

Obſ. 58. ex decepto amore deliria & mala hyſterica, demum vehemente ſanguinis miſſione & purgatione curata.

Obſ. 61. pulſum in febre petechiali ſæpe a naturali vix recedere. Pulſus in altera manu nullus, in altera fortis.

Idem in *Phil. tranſact.* n. 30. & 34. quo loco ſe Fabricium vocat, experimenta ſua enarrat, quæ fecit medicamentis in venas variorum animalium & pariter hominum impulſis, quibus luem veneream, epilepſiam & alia mala ſuperavit.

§. DCXLVII. Franciscus Thevenin.

Hic etiam recenſeo Franciscum Thevenin chirurgum, cujus *opera* Guilielmus Parthon edidit Pariſ. 1669. 4. *, dudum a morte auctoris: medici cenſores librum probarunt anno 1657. Præter ea, quæ *de tumoribus & de morbis oculorum*, & alibi, inter chirurgica poſſunt ſparſa referri, huc pertinet *dictionarium etymologycum Græco latino gallicum* cum vocum technicarum, pariter etiam clinicarum, interpretatione.

§. DCXLVIII. Franciscus Glisson, Gualther Charleton.

Radul. Bathuast.

Franciscus Glisson, profeſſor Cantabrigienſis, vir profunde res contemplatus, neque aliorum dictata ſequens, cujus vitam dedit T. Birch T. III. p. 354. ſua & *Sociorum opera* Georgii Bate & Ahasveri Regemorter, *de rachitide, ſ. morbo puerili qui vulgo* the rickets *dicitur* l. prodiit Lond. 1660. 12. *. Haag. 1682. 12.*. Alii etiam medici ſuam operam contulerunt, & obſervationes communicarunt, ut R. Paget, J. Goddard, French, Wrigth. Cum adnotatione naturæ vir Cl. ratiocinium, idque acutum, conjunxit. Morbum ante triginta, non plures annos, in occidentali Anglia innotuiſſe, inde Londinum advectum; in boreali Anglia etiam nunc rarum eſſe. Nomen rachitidis ipſe noſter morbo impoſuit. In cadaveribus inciſis reperti ſunt nodi epiphyſium circa articulos in oſſe radicati, & ejuſdem cum oſſe naturæ: Articuli minus rigidi, pectus conpreſſum, antrorſum acuminatum: Hepar, & perpetuo, juſto majus: Glandulæ non raro in meſenterio ſtrumoſæ: Pulmo nunquam non cum pleura cohærens, frequenter infarctus, etiam abſceſſibus & glandulis ſtrumoſis plenus, quæ ante pulmonem ad uſque ſeptum tranſverſum continuantur: Neque raro aquam inter duas meninges effuſam, & in ventriculis cerebri juſto uberiorem eſſe; carotides arterias & jugulares venas ampliores. Inde ætiologia. Cauſam morbi eſſe in frigida & humida intemperie, & in ſpirituum torpore & inopia; partes adfectas eſſe medullam ſpinalem & nervos inde ortos, parteſque corporis, ad quas ejus generis nervi diſtribuuntur; Secundariam cauſam eſſe fractum partium tonum. Inde ſymptomatum ortum explicat. Columnam ſpinalem diſtorqueri ob inæqualem alimenti ad partes aliquas uberiorem adventum, quod fibras vicinas a mutuo contactu dimoveat, ut columna ſpinalis ad eam ſedem curva fiat, quæ malignius alitur. Porro ut pectus anguſtius fiat, & antrorſum cogatur eminere, ob flexilitatem coſtarum in earum parte anteriori majorem; ea ergo ſede cedere eas & incurvari, dum poſteriores fines duriores magis reſiſtunt. Cauſam remotam eſſe in vita inerte, inque parentibus morbidis. Curatio paſſim paradoxa. Oſmundam enixe commendat, & aurium ſcarifationem. Ocreæ & ferulæ ad crura corrigenda. Emetica, quæ humores fluxiles reddant, obſtructiones reſerent, tonum partium confirment; non ſine cautela tamen ea adhiberi debere: Noſter utitur erigeronte, aſaro, ſale vitrioli, croco metallorum. Porro lenia purgantia, tum incidentia dat cum adſtrictione: ſpicam potiſſimum Oſmundæ, filicisque maris turiones, adſtringentia, chalybem.

Ejusdem *anatomia hepatis* Londini 1654. 4. *. Amſterd. 1659. 12. 1665. 12. *. Paſſim vitia viſceris tanguntur, tumores calidi, frigidi, calculi bilarii, hepatici & fellei. Qui multos calculos per alvum reddiderit. Boves multum lapideæ materiæ per hiemem congerere, eam verno tempore videri diſſipari. Hydatides in hepatis tunica. Porro tumores, abſceſſus. Alia paſſim ſparſa. Incipit

pit hic de irritatione deque ejus efficacia ſua cogitata aperire. Ab irritatione purgationem ſequi.

Ej. *tractatus de ventriculo & inteſtinis, de partibus continentibus in genere & in ſpecie abdominis* Lond. 1671. 4. *. Amſt. 1678. 12. *. Senile opus, perfectioribus cogitationibus plenum. Nævi fiunt a vi plaſtica. Morbi, pilorum defluvium, vomitus. Cavitas triquetra inter fundum ventriculi, lienem & colon utique adeſt, ſecundum auctorem, non vero ſentina eſt corporis, neque ductum habet excretorium, neque in ſano homine quidquam continet, neque in ea flatus hypochondriaci habitant. Irritabilitas, poteſtas eſt fibræ inſita, qua ſe contrahit ad acceſſum ſtimuli; ejus poteſtatis exceſſus. Fames abolita, bulimus; ſitis morboſa. Exemplum tunicæ intimæ ventriculi punctis quaſi notatæ in homine, poſt medicamentorum acrium uſum continuo moriente. De nauſea fuſe, & de ejus varia ſede. Pituitæ varietates, noxæ. Cruditas morboſa & coctio. Emetica, cathartica, ut differant. Claſſes catharticorum. Flatus, ejus cauſæ & noxa. Flatus hypochondriaci. Rheumatiſmus. Fermentatio febrilis: febres putridæ.

GUALTHERUS CHARLETON Caroli I. & II. medicus.

Ej. *ſpiritus gorgoneus vi ſua ſaxipara exutus, ſ. de cauſis, ſignis & ſanatione lithiaſeos diatriba* Lond. 1650. 8. *. Theoria HELMONTIANA, ut multum ſpagiricis tribuat. Calculi materiam terreſtreitatem eſſe ſalſam, cauſam coagulationis ſalem ipſum. In medicamentis plurimum dauco tribuit, ſucco betulæ, demum ludo HELMONTIANO. Plenum opus ratiocinii & hypotheſeos.

Ej. *exercitationes pathologicæ, in quibus morborum pene omnium natura, generatio & cauſæ ex novis anatomicorum inventis inquiruntur* Lond. 1661. 4. *. Diviſiones & generales contemplationes; ſex res non naturales & morbi ex iis naſcentes. In ſanguine ſpiritus naſci igneos, ab iis cor ſuam habere vitalitatem. Qui in Virginiam migrant, eos omnes tumore abdominis & hypochondriorum corripi, & per ipſum in patriam reditum ſanari. Ejuſmodi paſſim aliquæ adnotationes operi pretium addunt.

Ej. *inquiſitiones II anatomicophyſicæ; I, de fulmine; II, de proprietatibus cerebri humani* Londin. 1665. 8. *. Pueri fulgurati inciſio. Cutis extus maculoſa, ſed leviter, vulnus aliud grande calvariæ, pone aurem, medulla oblongata tota confuſa & corrupta, membrana tympani ab annulo avulſa. Alius fulguratus, exanimatus, venæ ſectione ſanatus, in ſoporem incidit, ſed convaluit.

Ej. *de ſcorbuto l. ſingularis. Acc. epiphonema in medicaſtros* Lond. 1651. 8. 1672. 8. FALC. Symptomata ex EUGALENO & WILLISIO, SENNERTO. Habet ſcorbutum & acidum, & alcalinum, hunc a ſale fixo natum: ſic lego.

Ej. *de cauſis catameniorum & uteri rheumatiſmo* Lond. 1685. 8. *. Leid. 1686. 12. *. Senilis ſermocinatio. Cauſam fluoris albi in utero eſſe aut debili, aut irritato; gonorrhœæ ſedem in anteriori vaginæ parte.

RADUL-

Radulphus Bathurst priores annos vitæ ſuæ arti medicæ dedit; inde mutatis ſtudiis ad theologiam tranſiit, & ſenex obiit, decanus in *Bath.* & *Wells*, Willisii amicus, vir doctus, ſani judicii, quem mireris eo ſeculo verum, parum vulgo notum, adeo ſagaciter de opinionum acervis eduxiſſe, dictione præterea pura uſus & ornata.

Ej. *life and literary remains* edidit Thoms Warton Lond. 1761. 8. *. Quæ medica reliquit, ea fere phyſiologica ſunt, ut tamen paſſim alia intercedant. In *prælectionibus* de reſpiratione de morbis eam functionem vitiantibus etiam agit, tum de vulnerum pectus aperientium effectu; de refocillatione per reſorbtionem, quæ fit abſque ventriculi labore.

Ej. eſt etiam eſt libellus *on a maid who was recoverd after hanging*, cujus libelli verſionem habeo germanicam, *etwas neues vom Tode* Nürnb. 1655. 4 *. Infanticida ſuſpenſa, cum mortua putaretur, & vivere eſſet deprehenſa, vena inciſa refocillata eſt, & demum convaluit.

§. DCXLIX. Itali.

Petrus a Castro, alius ab eo, quem diximus. Noſter Veronenſis, edidit *febrem malignam puncticularem aphoriſmis delineatam* Veron. 1650. 16. L. Norib. 1652. 12. *. Patav. 1653. 12. Tr. Bergomi 1726. 12. Deſcribit febrem petechialem, quam vocat pulicarem & veſicularem, cum hydatidibus. Morbum exponit, ſed admiſtis veterum locis. A principio largiter ſudare bonum eſſe, malum ſi in morbi ſtatu ſudor eruperit: nigrum pulverem de capite in pulvinum delabentum funeſti eſſe augurii. Laudat acida, & poma, ſed carnem etiam vervecinam. In principio morbi ſanguinem liberaliter mittit, cucurbitulas etiam adhibet & ſcarifationem. Singultum ſanavit. Inunctiones oleoſas commendat, etiam odoratas. Veſicatoria cum aliquo diſcrimine admittit, & hirudines, & medicamenta, quæ vulgo cardiaca audiunt. In principio alvum ducit, tum in morbi parter progreſſu. Lapidis Bezoar nimiam doſin nocere. In verminatione hydrargyro utitur.

Ej. *peſtis Neapolitana*, *Romana & Genuenſis annorum* 1656 & 1657 *fideli narratione delineata & commentariis illuſtrata* Veron. 1657. 12. *. Peſtem ipſe non vidit, qui Veronæ in tuto vixerit. Peſtis erat veri nominis, bubonacea & anthracina, quam dicit Neapoli trecenta millia hominum exſtinxiſſe, qui quidem numerus nimius videtur. Viſcera maculis varia fuiſſe, hepar, vertriculum, inteſtina. In veſicula fellea craſſam fuiſſe bilem. A frigore non potuiſſe ſubprimi, a pluvia tamen mitigatam fuiſſe. Et carbunculos abſque peſte dari, & bubones. Nobiles paucos ex peſte abreptos fuiſſe, pauperes plurimos ob annonæ difficultatem. Plurimam bilem vomebant; eam evacuationem noſter adjuvat. Sulfur cum aceto Romæ profuiſſe, ſudorem moviſſe. Venam in pede, qui buboni reſpondebat, noſter largiter ſecabat. Miſeros pueros paſſim per vicos oberraſſe, qui nomen

nomen proprium ignoraverint; debere ergo cives certis notis inſigniri. Rogos accenſos laudat, & præcalidum quoddam vitæ balſamum. Inciſiones aliquæ hominum peſte exſtinctorum, non valde ſollicita cura factæ. Sidera eſſe inter peſtilentiarum cauſas. Ante homines bruta animalia contagium pati, quod facilius hauriant. Se a. 1650 in Cantabria cordis morſum a vermibus ortum vidiſſe. Regularem curationem Romæ inutilem fuiſſe. Venarum hæmorrhoidearum apertionem optime convenire, tum medicamenta veſicas trahentia; neque tamen nunquam iſta nocuiſſe, gangrænas etiam feciſſe. Carbunculus natus ex contactu morbo exſtinctorum.

Ej. *bibliotheca medici eruditi* Patav. 1654. 12. nuper ab ANDREA PASTA recuſa Bergam. 1742. 8. *. Quæ PETRUS habet, ea fere ad Galenicam praxin pertinent. PASTA aliquos nuperiores ſupplevit.

Ej. *Imber aureus, ſ. chilias aphoriſmorum ex libris epidemicis Hippocratis & F. VALESII commentariis extractus* Veron. 1652. 12. BAS. Ulm. 1661. 12.

Ej. *ſcheda de oleo antipleuritico* Ferrar. 1669. fol. forma patente.

IDEM ANTONII PONCE *de* S. CRUZ *l. de impedimentis magnorum auxiliorum ſecundis curis emendatum* edidit Patav. 1651. 12. *.

Ej. obſ. in E. N. C. dec. I. ann. I. obſ. 18. Olei cum cucurbitarum cortice cocti uſus ad pleuritidem.

Ej. obſ. 35. ſurdi nati nobiles omnino ab EMANUELI RAMIREZ de *Carrione* curati ex MS.

JOSEPHI MANCUSI *de ſecanda cubiti vena in febribus putridis & præſertim in febre quæ Panormum invaſit a.* 1647. Panorm. 1650. 4. Pro vena cubiti ſecanda, contra venam tali.

CONSTANTINI GRANITI *epiſtolæ & conſultationes medicinales* Napoli. 1650. 4. HOTTON.

HIERONYMI OCCHI RIZETTI *de peſtilentibus & venenoſis morbis L. IV. & de febribus malignis æſtivis anni* 1649. L. III. Brixiæ 1650. 4. TREW. Mihi titulus eſt HIERONYMI OCCHI *Brixienſis de febribus L. III, in quibus univerſa febrium putridarum materia explicatur. Accedunt Paradoxa tria & l. de humoribus* Venet. 1657. 4. *. Indulget theoriis & ratiocinationibus perpetuis, quibus ne minimum quidem experimentum utilitatem addit, neque tamen VALESIO ipſique GALENO parcit. Exponit, ut a febre putrida ſingulæ partes corporis animalis lædantur. Humorum putredinem deteriorem eſſe, quando & craſſiſſimi ſunt, & a maximo interno calore agitantur. Humores tamen, qui febrem faciunt, comburi potius quam putreſcere. Humorum, qui febres continuas faciunt, duplicem eſſe coctionem, putridam & Hippocraticam: prioris in venis, hujus in inteſtinis ſedem eſſe. Quare purgaturi medici non poſſint

coctionem

coctionem exſpectare. Utramque coctionem toto morbi tempore fieri. Turgere materiem, quando craſſa materies, ut atra bilis, etiam alia bilis, ante coctionem rarefit.

L. II. Claſſes febrium, vehemens, violenta &c. auctori propriæ. Febres veterum ſolitæ. Paroxyſmi febrium intermittentium citius redeunt, ut in calidiori ſede bilis citius combuſta fuerit.

L. III. de ſignis & præſagiis in febribus putridis, fere ex HIPPOCRATE, nullo ſuo experimento.

EJ. *Paradoxa*, 1, Pituitam, quæ frigida ſit, non poſſe febrem producere. 2, Ephemeram eſſe æqualem ſolidorum membrorum inflammationem. 3, Hecticam eſſe febrem putridam, cum inæquali ſolidarum partium adfectione.

Subjectus *L. de humoribus* in ratiociniis fere ſubſiſtit.

ANTONII VITALIANI *de abuſu tabaci* Rom. 1650. 12.

HICOLAI CATANUTI *Iſagogica ſ. facilis introductio ad univerſam artis pharmaceuticæ praxin* Cataneæ 1650. 4. MONGIT.

J. C. LAMPUGNANO Mediolanenſis *leves punctura tabaci* 1650.

JULII CLEMENTIS SCOTI *opuſcula aliquot* Patav. 1650. 4. L.

§. DCL. GALLI. GERMANI.

PETRUS BORELLUS medicus Caſtrenſis. EJ. pluſcula ſunt opera. Nolui a CATTERIO ſeparare, etſi ſcripta PETRI paulo ſerius prodierunt.

EJ. *hiſtoriarum & obſervationum medicophyſicarum Centuriæ* IV, Caſtris 1652. 12. Pariſ. 1656. 8. L. Francof. 1670. 8. *. 1678. 8. *. Non ubique velis fidem adbibere viro miracula quærenti. Ipſe laudat auri ſolutionem abſque igne ab unico menſtruo factam, qua febres malignas ad miraculum ſanaverit. Piſcis vivus per vomitum rejectus. Vermes certis verbis curati. Epilepſia compreſſa herba ſaponaria. Piſcis in digito pictus. Placentulam ad coronæ modum factam, vulvæ impoſitam, ſterilitati mederi. Amuletum ex pentaphylli foliis adverſus febres. Sirupi coralliorum & conſervæ cynorrhodon vis ad dyſenteriam. Iterum carmine ſuppreſſa hæmorrhagia. Alia paulo magis probabilia. Tumor ſpinæ dorſi aere plenus (ſpina bifida). Serpens per anum. Icterus argentum flavo colore tingens. Alia minus inventura difficultatis, ut cornua, ganglia in fronte. Pus per lotium in peripneumonia egeſtum. Clyſteres vomitu rejecti. Hæmoptoe a deglutita hirudine. Sanguis albus; ſubita ex terrore canities. Ab hydrocephalo interno dolor fixus, diuturnus, capitis. Maculæ a morte in pueris efflореſcentes. Lethargus veſicatoriis & cucurbitulis denique ſuperatus. Poſt febrem lentam ventriculi abſceſſus.

In febre maligna & epidemica veſicatoria profuiſſe. Poſt cephalæam pus per os, nares, oculos, aures rejectum. In dyſenteria epidemica lac unice utile. Lapis in cranium intruſus per naturæ vires expulſus. A ſale ſaturni univerſi corporis paralyſis. Sirones teſtudinum effigie habet.

EJ. *hortus, ſ. armamentarium ſimplicium, mineralium, plantarum; animalium ad artem medicam utilium* Caſtris 1666. 8. *. Pariſ. 1667. 8. L. Materia medica ſimplicium alphabetico ordine recenſorum, cum viribus medicis, etiam cum veterum gradibus; collectitium fere opus.

ISAACI CATTIER M. D. Monſpelienſis.

EJ. *tr. de la macreuſe* 1650. 4. *. prodiit cum l. *des eaux de Bourbon & de la poudre de ſympathie.* Hanc avem neque frigidi ſanguinis eſſe, neque piſcem, quem per jejunia catholici abſque culpa in cibis admittant.

EJ. *obſervationes medicinales* PETRO BORELLO *communicatæ* Caſtris 1653. 12. Pariſ. 1657. 8. Francof. 1670. 8. *. Non paulo meliores BORELLIANIS. Melancholia obſeſſionis non diſſimilis, purgata alvo, & ſemicupiis, ſuperata. Poſt dolorem diuturnum hypochondriorum, & dyſpnœam, repertum hepar magnis abſceſſibus repletum, & materia indurata vitellorum ſimili; pancreas ingens. Ex lochiis maligne fluentibus pulmo corruptus. In cephalæa materies lapidea duræ cerebri membranæ adnata, ſpiculis ſuis piam meningem perfodiens. Poſt frigoris gravem ſenſum gangræna latiſſime ſerpens.

EJ. *de rheumatiſmo, ejus natura & curatione* Caſtris 1653. 12. 1656. 8

FRANCISCI FEYNÆI *medicina practica in quatuor libros digeſta e bibl.* REN. MOREAU Lion 1650. 4. TR.

J. MERLET *paradoxa de tuſſi* Pariſ. 1650. 8.

J GEORG REINHARD *oratio de dignitate & præſtantia medicinæ* Lipſ. 1650.4. PL.

HENRICH MARTINI *anatomia urinæ Galeno ſpagirica, & ars pronuntiandi de urinis* Francof. 1650. 12. 1658. 12. FALC. etiam 1659 1667. 12. LIND. Ex doctrina HIPPOCRATIS, GALENI, PARACELSI, & THURNEISERI. Adjectus eſt J. CÆSARIS ODONI, *de urina.*

EJ. *anteambulo medicus ſ. univerſitas artis hebdomadali repræſententa* Brieg 1681. 12. HUTH. niſi error eſt in titulo.

AUGUSTI HAUPTMANN *Epiſtola præliminaris tractatui de viva mortis imagine mox edendo præmiſſa* Francof. 1650. 8. L.

EJ. *de viva mortis imagine* Francof. 1650. 8. TR. Morbos omnes & mortem a vermibus eſſe.

EJ. *de ictero* 1653. 4. *. Vermium multitudo. Veſicula fellea vacua, ejus loco lapilli. In alio icterico veſicula fellis diſtentiſſima, & ejus exitus viſcida materia obſtructus, qualis ex alvo effluxerat.

VALENTINI

Valentini Andreæ Moellenbroeck *de varis, ſ. de arthritide vaga ſcorbutica & de cochlearia* Lipſ. 1746. 8. *.

L. *de varis* ſolus 1663. 8. 1672. 8. Lipſ. Tr.

L. *de cochlearia* ſolus ib. 1674. 8. Ita lego, Scorbutus primum Weſtphalicus, olim Wiero dictus. Lienem etiam acerbos dolores pati. Cauſam mali eſſe ſal ſcorbuticum volatile, acre. A paralyſi ſcorbutica ſphacelus natium lethalis. In Weſtphalia frequentius malum eſſe, ob vulgatam oſculandi conſuetudinem, & videri contagium habere. Dari cum tumore & abſque eo, & decurrerentes etiam dolores. Adfines eſſe dolores nocturnos Turicenſium *der Nachtgriff*, quem tamen atrophia & ad motum impotentia ſequantur. Dolores aliquando vix ferri poſſe. Pulſum & urinam hic fallere. Periculi plus habere, ſi cervicem occupaverit: accedere etiam, & cum periculo, febres pernicioſas & lipothymias. Conjungi nonnunquam in eodem homine arthritidem, ſpaſmum, & paralyſin. Digeſtiva præmittenda purgantibus. Tunc ſylva medicamentorum antiſcorbuticorum. Purgantia: nutrici data etiam puerum purgant; ſe acida fere admiſcere. Venam in arthritide vaga ſcorbutica utique ſecari debere. In ſanguine non raro humorem album reperiri, ſe etiam lacti ſimilem in ſanis hominibus reperiſſe. Diureticorum magnam hic eſſe efficaciam. Formulæ. Excurſio in chryſopœos. Sudorifera etiam prodeſſe; eorum formulæ; non tamen debere ſudorem nimium urgeri. Diæta fuſe, ciborum etiam vinique ſelectus. Poſt purgantia, ſpecifica danda & anodyna, cochlearia, oleum Carpathicum (de pino). Martialia, compoſita varia. Acida laudat & laudanum opiatum, alia. Opium hydropicis nocere. Externa ſpirituoſa, fætida convenire. Cochleariam perſequitur per omnes formulas, in quas unquam recepta fuit.

Ej. *medulla totius praxeos medicæ aphoriſtica* Erford. 165 . 4. alii Arnſtatt.

Ej. *de peſte diſp.* Erford. 1654. 4. Pl.

Ej. in *Eph. Nat. Cur.* adnotationes.

Dec. I. *ann.* I. obſ. 53. Fetus editus cum variolarum veſtigiis.

Ib. obſ. 59. a pulvere mercuriali alvus ſeptuageſies moto, demum cruenta, æger theriacalibus ſervatus.

Obſ. 81. poſt icterum nigrum, quartanam febrem & tertianam, omentum putridum.

Obſ. 88. mictus cruentus innocuus.

Obſ. 89. urina lactea, ſedimento chyli ſimili, vero chylo.

Ann. II. obſ. 20. Pinguis materies de alvo decedens.

Obſ. 91. Vena de pulmone rejecta, nempe ramoſus polypus mucoſus.

Ann. IV. V. obſ. 17. mors ſubita ab odore vini in cella, & alius caſus, hominis, qui a ſpiritus vini abuſu conflagravit.

M. QUIR. BOXHORN *Oratio in funere* ADRIANI FALKENBURG Leid. 1650. 4.

Statuta collegii medici Bruxellenſis Bruxell. 1650. 4. FARVAQUES latine edidit, quem vide ad p. 633.

Pharmacopœa Amſtelodamenſis Amſterd. 1650. 4.

Bibliotheca chalcographica virorum illuſtrium, cujus ſunt tomi novem, primus 1650. ultimus 1664. prodiit. Pars IX videtur alterius auctoris eſſe, certe BOISSARDUS dudum non erat in vivis, CLEMENT.

Pharmacopœa Londinenſis collegarum hodie viventium ſtudiis ornatum Lond. 1650. f.

§. DCLI. VARII ad 1650.

ALEXANDER READ'S *phyſical workes* Lond. 1650. 4.

J. VENNER *ſtraigth way to long life*, cum *tr. de tabaco* Lond. 1650. 4.

ROB. PEMEL. *medicamen miſeris or an help for the poor being a collection of medicines* Lond. 1650. 8. 1660. 8. HOTTON.

EJ. *de morbis capitis, of the diſeaſes of the head* London. 1650. B. BODL.

EJ. *tr. on the nature and qualities of ſimple medicines* Lond. 1652. 8. HOTTON.

RENE' GENDRY *moyen de bien rapporter en juſtice les indiſpoſitions ou changemens qui arrivent à la ſanté des hommes* Angers 1650. 12. FALC. JOHANNES DEVAUX paſſim eo auctore uſus eſt.

J. CHRIST. GEILFUS *truz podagra, oder kurzes Bedenken wider das Podagra* Augſpurg 1650. 8.

EJ. *inſtructiones medicæ hiſtoriis & obſervationibus rarioribus auctæ* Aug. Vind. 1658. 12.

Reponſe touchant les fievres malignes & l'uſage des potions cordiales, de la ſaignée & des veſicatoires Pariſ. 1650. 4. Video GUIDONI PATIN tribui.

Ordnung u. Grundtax der Apotheken Budiſſin 1650. 4.

§. DCLII. FREDERICUS HOFFMANN.

FRIDERICI HOFMANN ſenioris, ut puto, fuerit *poſitionum medicorum pentas* Jen. 1650. 4. BURKH.

EJ. *de* ὀδονταλγία ib. 1652. 4. RIV.

EJ. *de ſingultu* Jen. 1667. 4.

EJ.

Ej. *de methodo medendi* Lipſ. 1668. 4. juxta WALAEANAM *ſeriem ex Paracelſicis & dogmaticis principiis illuſtrata: accedit modus curandi inſultus apoplectici* BIB. TIG.

Ej. *clavis pharmaceutica* SCHROEDERI Hall. 1681. 4.*. commentarius in SCHROEDERUM, creduli auctoris, qui aſtrologiæ fidem adhibebat; adjunctus eſt *Theſaurus pharmaceuticus* ſcriptionum & formularum ex medicis Germanis collectarum.

§. DCLIII. DISPUTATIONES.

CHRISTOPH. URSINUS *de lue caſtrenſi ſ. peſte privata militum vulgo febris hungarica vocata* Francof. Viadr. 1650. 4. H.

JAC. CROESER *de uteri ſuffocatione* Leid. 1650. 4. PL.

GEORG PREUSSING *de tranſmutatione hominum in bruta* Regiomont. 1650.4.*.

J. MICH. WACKER *de pleuritide* Argent. 1650. 4. *.

J. MARTIN BRENDEL *Monumentum fragilitatis humanæ momentaneæ anni climacterici* Altdorf. 1650. 4. TR.

J. THILO *de vita & morte* Lipſ. 1650. 4. alii 1649. 4. *.

CONR. SCHMELING *de angina* Altdorf 1650. 4. *.

MICH. CHICOINEAU *quæſtiones medicæ pro prima laurea* Monſpel. 1650. 4.*. *Ergo die critico tundenda vena.*

FR. MANET & J. ANT. BOURGAUD *E. melancholiæ & epilepſiæ mutuæ vires* Pariſ. 1650.

CLAUD. LIENARD & GERM. HURAULT *E. expedit medicum propria manu chirurgiam exercere* ib. 1650.

ARM. J. *de* MAUVILLAIN & MICH. L'ANGLOIS *E. puerperæ fabricitanti vena lochiis fluentibus ſaphena potius quam baſilica ſecanda* ib. 1650.

REN. MOREAU & MICH. *de la* VIGNE *Non E. omnes febres quæ intermittunt periculi expertes* ib. 1650.

DIONYS. ALLAIN & P. PERREAU *E. parotidi febri malignæ ſuperveniente primo die pyroticum* ib. 1650.

HELIAS BEDA *des* FOUGERAIS & MICH. LANGLOIS *E. nutricis menſtrua patientis lac deterius* ib. 1650.

FR. *des* FRANÇOIS & PETR. PERREAU *Non E. ſemel in menſe temulentiam provocare ſanum* ib. 1650.

J. *de* CLEDAT & ANN. BOURGAUD *E. optima medicamenta ab alimentis petenda* Pariſ. 1650.

CLAUD. QUIQUEBOEUF & J. *de* BOURGES *E. optimum boni ſucci alimentum* Pariſ. 1650.

PETR. PERREAU & FRANC. LOSES *E. a ſterilitate tarda ſenectus* Pariſ. 1650.

§. DCLIV. THONER. HIGHMOR.

AUGUSTINUS THONER Ulmenſis clinicus.

EJ. *de admirandis convulſivis motibus l. IV. morborum hiſtoriæ cum ſymptomatibus & proſpero medendi ſucceſſu. Acc. Conſultationum & Epiſtolarum* l. II. Ulm. 1651. 4. *. addit LIND. 1649. 4. & dedicatio data eſt a. 1649. Senex ex clinicis ſuis adnotationibus hæc edidit, non ille ſui decoris immemor, caſuſque fere felices producturus, credulus maleficiis, in theoria morborum in univerſum fuſior, inque formulis. A febribus incipit malignis continuis, in quibus ſanguinem negat mitti debere. Lapidem bezoar profuiſſe vult, tum ſpecies de hyacintho, & pulverem Pannonicum rubrum. Febribus tamen etiam malignis acido citri ſucco feliciter ſubvenit, quem ad ſuccum forte fauſtus eventus pertinet, quem noſter lapidi bezoar adſcribit, cum citri acore una dato. Sudoris fætidi felix effectus. Veſicatoria parvi facit. In phrenitide rupto, ut certe noſter exiſtimat, in cerebro abſceſſu pus per nares efluxit. Febris hectica cum continua conjuncta. Peſtis bubonacea. Calida dabat: tincturnam alexipharmacam PLATERI, ut minus ſuavem, rejicit. Non poſſe ſirupum emeticum SALÆ abſque magna cura exhiberi. In febribus intermittentibus aſaro video uſum fuiſſe. Hæc ex L. I.

In *Epiſtolis*; Male hermeticos ſecularem vitam magnatibus promittere. Pharmacopolarum errores & uromantum.

Subjecta eſt *appendix* de vario purgantium genere, quibus noſter uſus eſt, cum formulis, & alia quædam medicamenta peculiaris generis.

EJUSDEM *Epiſtolarum medicinalium mantiſſa* Tubing. 1653. 4. *. Aliæ a prioribus. In J. D. HORSTIUM & TILEMANNUM declamatio. Prunorum noxæ in diarhœa, dyſenteria. In aliqua HELMONTII paradoxa, & commendatio ſtudii GALENICI. Iterum contra uromantas, & fuſius. Paralyſis ab apoplexia curata. Hic præter omnem modum verboſus fuit.

Epiſtola exſtat inter HORSTIANAS priores L. IV. *de convulſionibus*.

NATHANAEL HIGHMOR clinicus, etſi anatomes compendium a. 1650. ſcripſit. EJ. ſunt *exercitationes duæ; 1, de paſſione hyſterica, altera de adfectione hypochondriaca* Oxon. 1660. 12. L. Amſterd. 1660. 16. *. Jen. 16,2. 12. Morbum hyſtericum non fieri ab utero, neque hoc viſcus adſcendere poſſe, quod immobile ſit. Fieri autem a ſanguinis nimia ubertate, in corde inque pulmone impacti, ita quaſi

quaſi ſtrangulationem & dyſpnœam, & mala ſymptomata oriri. Feminis quam viris ſanguinem uberiorem eſſe, tenuiorem magiſque flatulentum. Hypochondriacum malum pariter in feminis dari: eſſe a ventriculo debiliori, alimenta malignius coquente, lienem culpa carere. Contra fermentum ventriculi, contra acidum, quod noſter putat nocere, & putredinis initium eſſe; & ejuſmodi putredinem in ventriculo debili ſubnaſci.

Ej. *de hyſterica & hypochondriaca paſſione reſponſio epiſtolaris ad* T. WILLISIUM Lond. 1670. 4. v. BEUGHEM.

Ej. *the hiſtory of generation ... to which is joined a diſcourſe of the cure of wounds by ſympathy by Sir* GILBERT TALBOT's *powder* London 1651. 12. *. Sympathias defendit, & per atomos explicat.

Pharmacopœa Valentianenſis Valenciennes 1651. 4.

ISAACI CUJACII *medicina peregrinantium nunquam antea edita* Brem. 1651. 12. GUNZ.

Ej. *Uromantia*, *ſ. Urocriterium* Brem. 1652. GUNZ.

LUCAS FUSLER Valentinus. Ej. *Anacephalæoſis librorum Galeni de criſibus* Valent. 1651. 8. 1693. 4. C. de V.

HIERONYMI CLAVERONI *clavis in peſtem* Neapoli 1651. 4.

ANDREAS VETRANUS Ej. *Trutina apologetica conſilii medici a* PAULO STECTES *nuper editi pro* ALEXANDRO LA BARBERA E RESTIVO (niſi vitium eſt) Panorm. 1651. 4. MONG.

Ej. *amuſſis medicamentaria ad uſum Pharmacopolarum* ib. 1655. 4. MONG.

Ej. *medicum diſcrimen de lepra gallica* ib. 1657. 4. MONG.

JACOB BALDE *de ſanitate mundi & medicorum gloria per ſatyras XXII. aſſerta carmen* Monachi 1651. 8.

Ej. *ſatyra contra abuſum tabaci* Monachii 1657. 12.

Ej. ANTAGATHYRSUS, *ſ. apologia pinguium adverſus* AGATHYRSI *exultationem congregationis macilentorum* ib. 1658. 12. niſi error ſubeſt.

Ej. *vultuoſæ tortuoſitatis encomium* ib. 1658. 8.

Ej. *ſolatium podagricorum L. II. & medicorum gloria per ſatyras XXII. aſſerta* ib. 1661. 8. 12. Germanice, *die geſunde Krankheit oder Troſt der Podagriſten* Nürnb. 1677. 12. B. THOMAS.

MALACHIAS GEIGER *microcoſmus hypochondriacus*, *ſ. de melancholia hypochondriaca* Monach. 1651. 4 PL. Verboſiſſimum opus, plenum digreſſionum & theoriæ.

Pro

Pro P. HIEREMIA DRECHSEL contra MATTHÆUM CLAUSS, & contra meri potum. Integra diætetica, & fuſiſſima atque varia conſilia. Melancholicorum hiſtoriolæ aliquæ. Refer ad p. 633.

NICOLAI RITTERSHUSII *memoria Georgii Nösler* Altorf. 1651. 4. PL. *.

BERNHARDI SCULTETI *conſulta medica, eorum quæ in curandis morbis deprehendimus, ſ. de melancholiæ morbis, ejuſque admiranda operum proprietate* Colon. 1651. f. lego etiam 1691. fol.

Circa hæc tempora PECQUETUS novum ſuum inventum, ductum thoracicum, propoſuit, ſed anno demum 1668. in *Journ. des ſavans* & *Nouv. Mem.* X. p. 476, dixit de vermibus in ovium hepate, qui ſideritidi arvenſi tribuuntur, cujus & icon hic depicta eſt.

CHRIST. BUNCKEN *de rheumatico affectu* præſide G. MOEBIO diſputavit Jen. 1649. v. pag. 647.

Et *de febre ardente* præſide C. SCHELHAMMERO a. 1645. 4. p. 707. Utramque diſp. præſidis eſſe putes.

EJ. *ſpeculum optimi medici ex conditionibus legitimis exhibitum* Gieſſ. 1651. 4. HUTH. Orat. inauguralis.

EJUS eſt *anatome principis Haſſiaci ab ipſo inſtituta*, etſi J. DANIEL HORST decadis ſuarum *obſervationum anat. tertiam* facit.

HENRICI NICOLAI *de pane, ejus natura, uſu & proprietatibus* Gedan. 1651. 4.

J. RUDOLPHUS GLAUBER chymicus non inutilis, Amſtelodami vixit. Salem GLAUBERIANUM & alia medicamenta invenit, quorum uſus in diſpenſatoriis perſtitit.

Neſcio num ad rem noſtram pertineat EJ. *proſperitas Germaniæ* P. I. Amſt. 1650. 8.

EJ. *pharmacopœa ſpagyrica* P. I. Amſterd. 1654. 8. 1661. 8. ſi huc facit.

EJ. *diſſertatio medico hermetica de catholicis magnæ naturæ magiſterialis myſteriis* Francof. 1656. 8. L. niſi error eſt.

EJ. *conſolatio navigantium* Amſterd. 1657. 8. *. Succum alibilem ciborum in electarii ſpeciem quaſi in compendium colligere docet; ut cereviſia ſubitanea ex aqua paretur. Solatium vero navigantium ponit in ſpiritu & oleo ſalis, non ille male.

EJ. *de Elia artiſta.. wie die wahre ſpagiriſche medicin der alten Ægyptier ſo bey tauſend Jahren verlohren, zu erneuern* 1668. 8. *. Nimias laudes ſuorum inventorum, obſcuras & ænigmaticas voces, communi chemicorum indoli condones.

THOMA

Thomæ Corbeii *pharmacia ſimplicium & compoſitorum bipartita* Francof. 1651. 4. 1656. 4.

Pharmacopœa Amſtelodamenſis 1651. 12.

§. DCLV. Varii.

Kenelmus Digby, eques, apud Carolum II, gratioſus, *curioſus*, hactenus chemicus, amans arcanorum, magnus pulveris ſympathetici patronus, ſcripſerat *de anima rationali* Lond. 1651. fol. Videtur etiam eodem a. 1651. *orationem* habuiſſe *de pulvere ſympathetico*, quæ in *B. Chir.* dicta eſt.

Ej. *recueil des remedes & ſecrets tirés des memoires du Ch.* Digby edidit *J. Malbec* Paris 1669. 8. d'Etr. 1684. 12. Rast. Bruxelles 1683. La Haye 1700. 8. d'Etr. 1715. 8. 2. vol. Germanice vertente M. A. Hyrie Francf. Leipz. 1668. 8. 1671. 8. Hans. 1672. 8. Tr. 1676. 8. 1681. 8. 1684. 8. 1733. 8. Tr. Anglice *receipts in phyſik and ſurgery* Lond. 1665. 8. Latine Lond. 1668. 8. Selectæ & expertæ formulæ remediorum medicorum & chirurgicorum cum cardiacis, & ſtillatitiis aquis & ſpiritibus.

Vita viri eſt apud Birchium T. II. p. 81.

Nathanael Biggs *on the vanity of the craft of phyſik* Lond. 1651. 4. lego etiam titulum, *matajotechniam medicæ praxeos*.

J. Fr. Giuliani *dialogo del modo ed utilitá di far la quadrageſima per acquiſtar la ſanitá* Rom. 1651. 8. Falc.

Alphonsi Burgos Complutenſis *tratado de la peſte... ſu neceſſaria prevencion y curacion* Cordub. 1651. 4. C. de V.

Davisson *Obſervations ſur l'antimoine & ſur la neceſſité de la chimie dans la medicine* Paris 1651. 4. Bur.

Landrery *reponſe à la reponſe de* Morin Grostete *ſ. du Clerac* 1651. 4. Falc. Videtur medici generis eſſe, & ſuſpicor ejuſdem eſſe Landrey p. 4.

T. Arnould *remedes ſouverains revelation charitable de pluſieurs remedes ſouverains contre les plus cruelles & perilleuſes maladies* Lyon 1651. 12. Falc.

Guilielmi Dwinnas *van den Kinderpocken en Maſern* Briel 1651. 8 ſi recte & cum Bewerwyckio T. II. p. 619.

Ej. *peſt ſtrayd* Lond. 1664. 8. Rufforth ſi recte. Ego lego Swinnas.

Chr. Fried. Frankenstein *leben Chriſt. Wilh. Stiſſer's* Hall. 1651. 4.

Der Statt Schwäbiſch-Hall Reformation der Apothekerordning und Tax Hall. 1651. 4. Riv.

ISRAEL HIEBNER *myſterium ſigillorum, herbarum & lapidum, oder vollkommene Cur aller Krankheiten, Schäden u. Leibes auch Gemühtsbeſchwerungen ohne Einnehmung der Arzney* Erfurt 1651. 4. RIV. Anglice 1698. 8.

EJ. *continuatio myſterii metallorum herbarum & lapidum* 1653. ib.

A. KERNER *vom vegetabiliſchen oder Schwefelbalſam ſo zu vielen Krankheiten nützlich zu gebrauchen* Caſſel 1651. GRAV. Contra eum LEICHNERUS ſcripſit.

§. DCLVI. DISPUTATIONES.

THEODOR HENISCH *caſus laborantis febri ſynocho imputri cum dolore* Leid. 1651. 4. MÖLLER.

J. EGGEBERT *de epilepſia* Leid. 1651. 4. RIV.

J. LUDOV. WITZEL *leptunſeos ſ. extenuationis ſciagraphia* Argent. 1651. 4.*.

J. HANDORF *encomium Erfordianum* Erford. 1651. 4. CARR. ſi huc facit.

EMAN. HURTER *de ictero flavo* Argent. 1651. 4. *.

J. STOLMANN *de arthritide* Roſtock 1651. 4. HÆNEL.

J. WILHELM GEBLER *de paſſione colica* Altdorf. 1651. VAT.

WOLFGANG SIGISMUND BREM *de auditu in genere, & tinnitu aurium perpetuo* Ingolſtatt 1651. 4. HE.

EJ. *de vita & morte* J. DUELER *Prof. Ing.* Ingolſtatt. 1656. oratio HE.

CONR. THEODOR LUNKER *de cauſa morborum toto genere præternaturalium* Grieſſw. 1651. 4. cum notis & notiſſimo decreto Gratianopolitano.

J. ULRICH WILDBOLZ *ſyncopes natura & cura* Argent. 1651. 4. *.

MARTIN CHRISTOPH MEZGER *de palpitatione cordis* ib. 1651. 4. *.

RUD. CHRISTOPH MARCHAL *de peripneumonia* ib. 1651. 4. PL.

CHRISTOPH HENNING *de ſcorbuto* ib. 1651. 4. PL.

STEPH. RAM. *de apoplexia* ib. 1651. 4. *.

JAC. DURANC *E. tertianæ intermittenti venæſectio* Monſp. 1651. 4.

JEAN PAUTIER *quæſtiones cardinales. E. apoplecticis mercurius vitæ* Monſp. 1651. *E. inveteratæ luei venereæ caſtratio. E. toto graviditatis tempore tutum eſt purgare, & venam ſecare aliquando tutum, aliquando non. E. ſal viperinus in malignis auro & bezoardicis præferendum.*

Th. Gamarre & Fr. Landrieu *E. cœna prandio ſalubrior* Pariſ. 1651.

Ant. Charpentier & Fr. Lopez *E. tuendæ valetudini frequens balneum* Pariſ. 1651.

Rob. Tulloue & And. de Sarte *E. purgatio neceſſaria menſtruis inordinate fluentibus* Pariſ. 1651.

Dionys. le Soubs & Car. Baralis *E. extremis morbis extrema remedia* Pariſ. 1651.

§. DCLVII. J. Zwelfer.

J. Zwelfer Palatinus, medicus & pharmacopola.

Ej. *animadverſiones in pharmacopœiam Auguſtanam & adnexam ei mantiſſam, ſ. Pharmacopœa Auguſtana reformata* Wien. 1652. f. Gouda 1653. 8. L. Roterd. 1653. 8. Nurnb. 1657. f. 1667. f. 1675. f. Dordrecht 1672. 4. *. 1693. 4. 1714. 4. Gunz. Pharmacopœas omnes plurimis erroribus fœdari. Se in Auguſtana, tamquam celebriori, tentare, num hactenus repurgari poſſit, non auctoritate nixum, ſed experientia. In præparandis nempe medicamentis, aut non ſimpliciſſimam encheireſin doceri, aut non optimam, finive medico certius reſponſuram, aut doſes male temperari. Ita v. c. in decoctione difflari medicamentorum odoratorum potiores vires. Sirupum de althæa eſſe abſurdam farraginem viribuſque caſſam, cui præſtet decoctum ſubſtitui. Succum berberum imparem eſſe coralliis ſolvendis. Sirupum de hyſſopo futilem vocat, qui omnino nunquam poſſit ex ſcriptione obtineri. Sirupi nephrocathartici Jouberti enormem & inconditam eſſe farraginem. Sirupi de pomis ineptam eſſe ſcriptionem. Sirupi violati elegantior encheireſis. Potuit equidem ſubinde micrologus videri, nuperrime tamen pleræque compoſitiones, de quibus conqueritur, in diſpenſatoriis omittuntur.

In *mantiſſa* aquæ etiam deſtillatæ, & quæ a chemia repetuntur, examini ſubjiciuntur.

Ej. *appendix ad animadverſiones in pharmacopœam Auguſtanam* prodiit cum *operibus*. Pergit in labore, & compoſita aut præparata medicamenta porro docet ſimpliciora facere & efficaciora.

Ej. *Pharmacopœia Regia, ſ. Diſpenſatorium novum & abſolutiſſimum; adnexa ſpagirica Mantiſſa* Wien 1652. 4. Cum *operibus* Nurnberg 1692. 4. Germanice *kön. Apothek* &c. Nürnberg 1692. Dedicatio data eſt a. 1666. Syrupos & reliqua medicamenta officinarum deſcribit, docet ut ipſe malit parari. Sed & ipſe longiſſimas ſcriptiones bene multas retinet. Magnæ antidoti.

In *Mantiſſa ſpagirica* medicamenta mineralia ſimplicia recenſentur, deinde præparata medicamenta, quæ ex quoque obtinentur.

Ej. *diſcurſus apologeticus adverſus Hippocratem chymicum* O. TACHENII *ejuſque adulterini ſalis viperini antiquiſſima fundamenta: & vindiciæ adverſus* FRANCISCUM VERNY *pharmacopœum Monſpelienſem.* Præfatio eſt anni 1669. TACHENIUM ſalis viperini præparandi modum a ZWELFERO habere. Fuſiſſimæ rixæ, quarum legendarum tædium non ſuſtinui.

In editione Viennenſi 1675. f. Norib. 1678. f. Dordracena 1672. 4. *. ea reperiuntur, quæ nunc diximus.

§. DCLVIII. NUPERI ad a. 1652.

GEORG GELMAN *dreyfache chirurgiſche Blume* Francof. 1652. 4. *. Inter numeroſas formulas ſunt etiam clinici ſcopi aliquæ, ad paralyſin &c.

CLAUDE GERMAIN *Orthodoxe, ou de l'abus de l'antimoine neceſſaire pour ceux qui donnent ou prennent le vin & poudre émétique* Paris 1652. 4. BUR.

Legende des 61. Docteurs qui ont declaré leur ſentiment ſur l'antimoine Paris 1652. 12. TR. d'ETR. PATINO tribuitur.

JAMES HART *anatomy of urins* Lond. 1652. 4.

. . . . BURROUGHS *method of phyſik* ib. 1652. 4. OSB.

WOLRATH HUXHOLZ *Unterricht der Hebammen* Caſſel. 1652. 8.

GEORG MARCHE *Catalogus aller galeniſchen u. chymiſchen Arznezen ſo in der Apothek præparirt werden* Dreſden 1652. 4.

Antidotarium Gandavenſe, ſ. medicamentorum in pharmacopœis Gandavenſibus reperiendorum obſervata methodus Gandavi 1652. 4. BUR.

Strasburger Apothekertax Nürnberg 1652. 4.

In opuſculis LOISELII prodiit *la vie* de MICHEL MARESCOT Paris 1652. 4.

§. CCLIX. DISPUTATIONES.

LUD. HOMMELII *de hydrope* Baſil. 1652. 4. HE.

DANIEL BECKHER *de peſtilentia* Argentor. 1652. 4.

VITUS RIEDLIN ſenior, Ulmanus, *de loquelæ ſymptomatibus* ib. 1652. 4.

Idem reliquit *obſervationum medicarum centurias tres*, quas filius ejuſdem nominis Auguſtæ Vindel. 1691. 12. * edidit. Breves ſunt curationes. In ſynocho putrida, cum noſter ſerum lactis ægroto præſcripſiſſet, rigor ſucceſſit, huic plena ſanitas. In tuſſi ferina puerorum ſuccus raphani ad plantas pedis impoſitus ſaluti fuit. Sic raphanus in epilepſia. In eryſipelate faciei contra ſeculi ſui præjudicia venam fauſto eventu ſecuit. Poſt atrociſſimos ventris dolores in cadavere ventriculi & inteſtinorum inflammatio. Hæc ex Centuria I.

J. Georg Schimmelpfenning *de pleuritide* Baſil. 1652. 4. Pl.

B. Stollii *quæſtionum eruditarum & paradoxarum ſylva* ib. 1652. 4.

J Casp. Bauhinus *de arthritide* ib. 1652. 4.

Ej. *de venæ ſectione* ib. abſque anno.

Ej. *de angina* ib. 1664. 4. Pl.

Ej. *de epilepſia* ib. 1672. 4.

In Ej. *funus oratio* Theodori Zwinger ib. 1687. 4. B. Bun.

Statius Henricus Cravelius *de ſcorbuto* Jen. 1652. 4. Riv.

J. Tack *academia Gieſſana reſtaurata* Gieſſ. 1652. 4. Carr.

Wilh. Metzger *de pleuritide* Traject. 1652. 4. Pl.

Conr. Thulemeier *de epilepſia* Leid. 1652. 4. Riv.

J. Daniel Wilvisheim *de aſcite* Argent. 1652. 4. *.

Andreas Schilling *de hæmorrhoidibus earumque nimio fluxu* Argent. 1652. 4. *.

Christian Briccius *de dolore colico* ib. 1652. 4. *.

Nic. Colzovius *de phthiſi* ib. 1652. 4. *.

J. Mochinger *de arthritico dolore* ib. 1652. 4. *.

Franc. Heron pro prima laurea Apollinis diſputavit in hæc verba; *E. philtris propinatur amor* Monſpel. 1652. 4. *.

Germ. Hureau & Dan. Arbinet *E. attenuantia præmittenda purgantibus* Pariſ. 1652.

Mich. Langlois & Fr. Landrieu *E. convulſioni evacuatio* ib. 1652.

Ant. Boursaud & Franc. Lopez *E. peſti phlebotomia* ib. 1652.

Fr. Pijart & Car. Baralis *E. ſolis alimentis ſuſtinentur vires* ib. 1652.

J. de BOURGES & DAN. ARBINET *E. vinum Belnenſe potuum ut ſuaviſſimus, ſic ſaluberrimus* Pariſ. 1652.

FR. BOUJONNIER & AND. de SARTE *E. curandis corporibus diæta quadrageſimalis* ib. 1652.

FRANC. LOPEZ & ROM. PARGAULT *E. præmaturæ ſenectutis index præcox ſapientia* ib. 1652.

§. DCLX. CAROLUS DRELINCOURT.

Hic primam CAROLI DRELINCOURTII memoriam reperio.

EJ. *Oratio inauguralis qua medicos jugi* DEI *operum contemplatione permotos cæteris hominibus religioni adſtrictiores eſſe oſtendit* Monſpel. 1653. 12.

EJ. *Monſpelienſis Apollinis ſtadium currente* C. DRELINCOURT Monſpel. 1654. 12. Diſputat in hæc verba, *E. in omnibus febribus putridis venæſectio & purgatio.*

EJ. *quæſtiones cardinales quatuor. E. arthritidi thermæ. E. apoplexiæ ranularum ſectio. E. bilioſus humor aliquando expurgandus ante πεπασμον. E. adfectioni hypochondriacæ chalybs.* Ibid.

Inde *oratio in obitum Cl. v.* HORNE Leid. 1670. Vita viri.

Apologia medica, qua depellitur illa calumnia, medicos ſexcentis annis Roma exulaſſe. Prodiit Leid. 1672. 12. *. Nullum unquam S. C. aut Plebiſcitum medicos in exſilium egiſſe. Solum ARCHAGATHUM Romanis diſplicuiſſe. Omnino medicos & pharmacopolas Romæ exſtitiſſe, etiam Plauti teſtimonio, & Plutarchi, quo vincitur, vivente CATONE & ſuperſtite, medicos Romanos exſtitiſſe, etſi ipſe, privato ſuo judicio medicos, ut Græcos omnes, odio habuerit. Nomina medicorum, qui Romæ artem exercuerunt, etiam antiquioribus CATONE temporibus.

EJ. *Libitinæ tropæa* Leid. 1680. 12.*. Mortes vel ſingulorum virorum illuſtrium, vel numeroſorum hominum, quæ in eumdem diem cadunt, ſecundum numerum pereuntium.

EJ. *appendix ad libitinæ tropæa.*

Ad Doctores glanduloſos: diſſectio corporis tabidi, in quo pancreas durum & ſcirrhoſum &c. Narrationem hujus morbi exagitat, & in malos medicos declamat, nempe in SYLVIANOS.

Hi libelli conjuncti prodierunt Leidæ 1680. 12.

EJ. *de arthritide* Leid. 1681. 4. Budiſſ. 1684. 4. PL.

EJ. *obſervationes medicæ circa regimen puerperarum & recens natorum* Leid. 1684. 12. BUR. Neuter libellus in collectione operum repetitur.

Ej. *de variolis & morbillis diſputatio.* Veteribus variolas notas fuiſſe. Variolæ, ſcabioſæ & cryſtallinæ. Peſſimas eſſe, quæ tarde erumpunt. In mitibus variolis expurgandas primas vias, venam ſecandam. Variolas veteribus non fuiſſe ignotas, quæ ſint eorum carbunculi.

Ej. *ſermo de divinis apud* HIPPOCRATEM *dogmatibus* Lond. 1689. 12. oratio Græce dicta, a filio cognomine latine verſa eſt. Multa HIPPOCRATEM habere veræ fidei propiora.

In *opuſculis* de *ovis*, inque *perioche* 18. 19. Multa mala a corruptis ovis fieri. In *canicidiis* renem canis a duobus vermibus conſumtum vidit.

In collectione RONDELII adnotatio de ovario morboſo, quod in tumorem conglomeratum 18. ll. pendentem abierat.

Diſputatio *de apoplexia* Lond. 1673. 4. citari video, ſed ea in operibus non repetitur.

Cum filii *diſſ. de lienoſis* prodierunt *indicia* patris de inventis medicis nuperorum, apud veteres dudum latentibus.

An huc *homericus Achilles* per convicia & laudes delineatus Leid. 1696. 4.

Celeberrimi Theologi filius, vir eruditus, Græcarum literarum ſtudioſiſſimus, oſor ſectæ chemicæ, SYLVII collegæ acer adverſarius.

Collecta opera cum BOERHAAVII præfatione prodierunt Haag 1727. 4. *.

In ea collectione adjecta ſunt opuſcula olim DRELINCOURTIO oppoſita *Lepidi Pacifici Saxoferratenſis de exilio medicorum Romanorum, & de abſurdis libellis* DRELINCOURTIANIS Leid. 1681. 12.

Et *Aletophili obſervationes extemporaneæ ad libitinæ tropaea.*

§. DCLXI. VARII ad a. 1652.

GODOFREDUS WELSCH, profeſſor Lipſienſis. Vertit & edidit SCIPIONIS MERCURII *librum obſtetricium* Lipſ. 1652. 4. & notas ſuas adjecit.

Ej. *de anaſarca.*

Ej. *ſcrutinium fontanellarum* Lipſ. 1654. 4. *.

Ej. *hiſtoria medica novum iſtum puerperarum morbum continens, qui ipſis* der Frieſel *dicitur* 1655. 4. *. Prima, ut vulgo putatur, de celeberrimo morbo diſputatio: ſed aliam

Ej. *de febribus* Lipſ. 1662. 4.

Ej. *de cachexia* ib. 1662. 4.

Ej. *de ſingularibus* ib. 1663. 4. *.

Ej.

Ej. *de prolongatione vitæ* Lipſ. 1664. 4. *.

Ej. *de morbis hereditariis* Lipſ. 1665. 4. Menz.

Ej. *de ſcabie* 1665. 4. *.

Ej. *de lethargo* 1667. 4. *.

Ej. *de infantis nutritione ad vitam longam* ib. 1667. 4.

J. Andreæ Schmitzii *medicinæ practicæ compendium* Harderov. 1653. 12. Tr. Hafn. 1659. 12. Leid. 1688. 12. opus poſthumum, auctum a Ch. Constantino Rumphio. Acc. Meniotii *epiſtola apologetica de variis ſectis amplectendis* Hardervic. 1653. 12. Pariſ. 1666. 12. *. 1673. 12. Utrecht. 1682. 12. Huth. Leid. 1688. fol. Tr. Genev. &c. Morbi cujuſque brevis hiſtoria, præſervatio, curatio, cum formulis. Auctor videtur in Gallia vixiſſe, aut certe Gallos habuiſſe præceptores.

Incertus, quo loco Cartesium dicam, qui varias partes medicinæ adtigit, & cujus æthere & peregrinis particulis multum ſunt uſi medici nonnulli Belgæ & Germani, hic ejus mentionem facio, non multum ante mortem viri.

Idem *de paſſionibus animi* Gallice ſcripſit, latine vertit H. D. M. editio mea eſt Amſterd. 1677. 4. *. Mechanica ratione fibras cerebri ad objectis externis impelli, & viciſſim fibras motrices in motum ciere; cauſam vero paſſionum animi eſſe emotionem glandulæ pinealis. Ut hi adfectus noceant, aut viciſſim proſint, ut ab iis ſanguis varie moveatur, &c.

LL. de homine & de formatione fetus in phyſiologicis diximus. Fervoribus, qualem in corde noſter ſtatuebat, plurimum etiam medici ad cauſam motuum animalium adſignandam uſi ſunt: pororum figuris ad ſecretiones explicandas, impactis in poros alienæ figuræ particulis ad obſtructiones, & ad febres.

Ej. *Epiſtolæ nonnullæ phyſicæ & medicæ* Leid. 1668. 4. 2 voll. ſcriptæ a. 1648. & 1649.

J. Lazarus Gutierrez *de faſcino* Lion 1653. 4.

Ej. *febrilogia, lectiones Pincianæ, practicum opus ad* Hippocratis *mentem* Galeni *ſaporem &* Avicennæ *judicium* Lion. 1668. fol.

Ej. *ad febrilogiam appendix docens diagnoſin, prognoſin, curationem tum natura ſphygm.*

J. Car. Mathesianus Claudini *empiricam rationalem* edidit Bonon. 1653. fol. 2 voll.

Augustinus *de* Laurentio Ej. *Panormus deliciarum hortus medicina cuſtoditus*, oratio a. 1650. dicta, Palermo 1652. 4. Mong.

Ej.

Ej. *diſceptationum medicarum decas* I, Una prodiit Panormo 1652. 4.*. Juvenis ingenio minime deſtituti opus: ut tamen ſentias, præter HIPPOCRATEM, GALENUM & ARABES non alios ei innotuiſſe fontes, atque eorum auctoritate putet demonſtrata, quæcunque ea quaſi ægide tuta ſcripſiſſet.

1. An homo abſque cibo & potu vivere poſſit. Poſſe, ſed cum diſpendio virium, exemplum hic proprium producit.

2. Si puerperæ lochia ſubſtiterint, alvus vero fluxa ſit, num vena ſecanda, & quæ vena? Secandam, & ſaphenam quidem. Ad ſuum experimentum provocat.

3. An in omnibus morbis ſternutatio proſit. Recte negat.

4. Sanguinis fluxus quid in morbis indicet, & quomodo ſit curandus? Hæmorrhagias ſpontaneas non laudat: eas compeſcit vena tali ſecta.

5. Quomodo in ſubmerſo cadavere dignoſcatur, an caſu, num violentia hominum in aquam projectum ſit? Non male reſpondet, vivum ſubmerſum fuiſſe, cui alvus aqua intumeſcit, cui ſpuma de ore & de naribus eruperit. Qui vivus ſtrangulatus fuerit, & ipſi ſpumam erumpere, & livorem indicio eſſe.

6. An oculorum auriumque morbis hypocauſta. Imo nocere.

7. Num venenum a veneno pellatur? Poſſe.

8. An in putridis & malignis capitis cordiſque adfectibus confert columbas inciſas pedibus admovere? Imo quam maxime conferre.

9. Num hydrops a cauſa frigida oriatur, & ut eum morbum curare oporteat? Cauſam debere inquiri, hepatis vitia refrigerantibus curari, ipſo demum aceto.

10. In urbe ſua victum ægrotorum tenuem laudat.

VINCENTII GARCIA SALAT *de dignotione & curatione febrium de febribus malignis & peſtilentibus* Valentiæ 1652. 4. CHIVA. 1656. C. de V.

LUDOVICI JACOB *de claris ſcriptoribus Cabillonenſibus* L. III. (qui in ea ditione aut nati ſunt, aut vixerunt, aut obierunt) Pariſ. 1652. 4. B. BUN.

Ej. *Bibliographia Gallica univerſalis*, *ſ. catalogus omnium librorum per univerſam Galliam annis* ib. 1652. & 1653. *excuſorum* ib. 1654. 4.

GUILIELMI MARCELLI Medicus *deo ſimilis Oratio panegyrica habita pro Jatragoniſtarum laurea donandorum elogiis* ib. 1652. 8. FONTETTE. Eumdem librum reperio ad a. 1562. T. II. p. 51. verum potius huc repono.

ANDR. BAYER *nomenclator profeſſorum — medicorum quotquot in Univerſitate Jenenſi ab a.* 1648 *ab a.* 1652 *publice docuerunt* Jen. 1652. 12. PL. cum ſuo quiſque diſticho.

NIC. BALTHASAR MENZ *oenopolium polypharmacum, in quo ſuccus ſelectior ad evitandam morborum & ſymptomatum illuviem exhibetur* Herbip. 1652. 4.

GEORG GUMPELZHAIMER *gymnaſma de exercitiis academiarum, eorum neceſſitate, modo, tempore, perſonis, utilitate & augmento* Argent. 1652. 12. PL.

J. HEVNII (HEUNII) *tr. de hirudinibus earumque in medicina efficacia* GREIFSWALD 1652. 12. FALC.

IDEM fuerit, cujus *Epiſtolæ* ſunt apud BARTHOLINUM III. n. 59. In recto inteſtino calculi, qui per anum & urinam egeſti fuerant, ad uncias duodecim cum ſemiſſe.

HENR. SIGISM. SCHILLING *Oratio de tuenda ſanitate* Dreſd. 1652. 4. PL. LIND. 1655. 4.

EJ. *de microcoſmi miſeria & perfectionis excellentia*, ſi recte Witteb. 1658. 4.

J. CHRISTOPH BRUNNER *biga obſervationum medicarum* Tubing. 1652. 8.

. . . . HESLING *de podagra* Aug. Vind. 1652. 4. TR.

J. SCHOLZ (SCULTETUS) junior, medicus & ipſe Ulmenſis.

EJ. *diſp. de obſtructione lienis* Altdorf. 1653. 4. PL.

EJ. *trichiaſis admiranda* Ulm. 1658. 16. *. Germanice 1662. 4. Chirurgica pluſcula. Morbus pilaris mammarum: ſed potiſſimum de globo pilorum agit, qui in rete intricati in abdomine enormem tumorem efficiebant, in hydropico cadavere ſub coſtis ſpuriis. Placenta veſicularis, pilorum varietates.

EJ. . . . . *tabula fano æſculapii appenſa* Norib. 1675. 4.

EJ. *prophylaxis circa præſentem & futurum ſanitatis ſtatum oratione propoſita* ib. 1665. 16. *. Peſtem aſtrorum adſpectibus tribuit. Venæ ſectionem nocuiſſe & purgationem validam. Fonticulos neminem tutum præſtitiſſe. Magnopere laudat antidotos, elixiria, vina medicata.

EJ. in E. N. C. *Dec.* I. *Ann.* IV. V. obſ. 141. Integer liber de aſcite & hydrocephalo.

VINCENTII BUTII *de calido, frigido ac temperato antiquorum potu, & quo modo calida in deliciis uterentur* Rom. 1653. 4. PL.

J. TEUBERI *Arthritis, ſ. de natura, ortu, cauſis, ſignis, incrementis & practica curatione podagræ* Prag. 1653. 4. MENZ.

PAULI CIGALINI *in aphoriſmos Hippocratis L. I. & II. lectiones. Acc. tabula de pleuritide, tr. de diebus decretoriis, conſultatio de victus ratione pro præſervatione oculi ab obſcuritate* NOVICOMI 1653. fol. Vitam PLINII non huc referas.

J. BA-

J. Barili *phyſiologia humana* Caen. 1653. fol. Hotton.

J. Guyot *de Garambure* equitis *divinæ naturæ artiſque ſacræ triumphus. Enarratio rari & naturalis, non miraculoſi affectus* Baſil. 1653. 8. *. Virgo cum ſcabie laboraret, hac ſiccata paralyſi correpta fuit, conqueſta quaſi de felium unguibus, omne genus hyſterici mali paſſa, denique & moto ſudore ſanata eſt.

Jac. Golii *lexicon Arabico latinum* Leid. 1653. 4. Voces etiam ad artem medicam facientes interpretatur.

J. Wallis celebris mathematicus. Ej. *Grammatica linguæ Anglicanæ* Oxon. 1654. 4. *. Leid. 1727. 8. * cum Ammanno. In præfatione tractatus eſt *de loquela*, quo literarum pronunciationem deſcribit, ut ab Anglo exſpectes. Cæterum ipſe homines loqui docuit, qui ſurdi & muti nati fuerant.

Ej. *Epiſtola ad* Boyleum *de modo docendi ſurdos* recuſa eſt in *Phil. Tranſ.* n. 61. & in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* I. append. De diſcipulo ſuo Whaley, quem literas docuit pronunciare.

Ib. in *Phil. Tranſ.* de fulgurato, nullo vulnere apparente cute peruſta non ita muſculis. Pulmo ſanus.

Contra Holderum Londini 1679. edidit *a defenſe of the R. ſociety and chiefly of the Phil. Tranſactions* 1670. Wallisius juvenem loqui docuerat, qui prius in Holderi diſciplina fuerat: inde ſimultas.

§. DCLXII.

Varii.

Rafaele Carra *la confuſione de medici, ne quali ſi ſcoprano gl' errori e gl' inganni de medici* Milano 1653. *Scritt. Ligur.*

Nicol. Serpetro *il mercato delle maraviglie della naturâ* Venez. 1653. 4. Videtur materiam medicam continere.

Francisci Martinez *arte de çocina paſteleria viſcocheria y conſervaria* Madrit 1653. 8. Locha.

Het neuw verbeterd en vermeerderd ligt der apothekers en deſtillier konſt Amſterd. 1653. 8. Tr. 1665. 8.

J. Fabricii *chriſtliches Angedenken* Wolfgang Ambros. Fabricii *der Arzney candidaten* Nürnberg 1653. 4. Hiſtoriam morbi adjecit Carolus Spon, & aliqua de Fabricii intineribus, Catacombis, lacu Agnanenſis conf. Sponium.

Ezechiel Bauschner *Raht wie man ſich in Sterbensläuften verhalten ſoll* Nürnb. 1653. 8. B. Thomas.

ALETHEI HYGIOPHILI *von der Mäſſigkeit dem Wohlleben der Trunkenheit Selbſtmord* Ulm. 1653. 12.

Kurzer Bericht wie bey jeziger Peſtgefahr ſich ein jeder verwahren kann Breslau 1653. 4.

GERARD BOATE Phyſician to the ſtate *Irelands natural hiſtory publiſhed by* SAMUEL HARTLIB Lond. 1652. 8. *. Pleraque habuiſſe ab ARNOLDO BOOTIO (p. 5.) fratre, cum ipſe brevi tempore in Hibernia vixerit. Præter hiſtoriam naturalem regionis calidæ & humidæ, habet etiam morbos Hibernis magis infeſtos, lepram nuper invaleſcentem; rachitidem etiam nuper valde frequentem & a nemine deſcriptam: tum dyſenteriam, diarrhœam, eo tempore frequentiſſimam: febrem malignam *the Iriſh ague*, in qua pulſus a naturali vix recedit: febrem militarem. Negat in Hibernia febres tertianas dari aut quartanas. Multos longævos in Hibernia reperiri.

Apologie de l'Univerſité de médecine de Montpellier repondant aux curieuſes recherches des Univerſités de Paris & de Montpellier Paris 1653. 4. B. BUN.

Seconde apologie de l'Univerſité de médecine de Montpellier repondant aux curieuſes recherches des l'Univerſité de Paris & de Montpellier faites par un vieil docteur medécin de Paris Paris 1653. 4. *. RAST. Videtur a. 1644. apologiam pro Monſpelienſium doctorum juribus a JOHANNE COURTAUD ſcriptam eſſe: Reſponderat RIOLANUS in *curieuſes recherches*. Nunc, ut puto, ipſe J. COURTAUD *replicat*, ut ab abſtinentia laudium exiſtimes, quibus reliquos, præter COURTALDUM, profeſſores Monſpelienſes ornat. Aſperum cæterum, plenum frigidis jocis & convitiis ſcriptum eſt, non quidem urbaniſſimis Pariſinorum libellis oppoſitum. Omnino Academiam Monſpelienſem a CAROLO M. ſuos doctores medicos habuiſſe, neque Judæos. Privilegiorum authenticitatem male impugnari, quæ Monſpelienſibus a PHILIPPO VI. & a JOHANNE impertita fuerint. Medicorum univerſitatem Monſpelienſem antiquorem ea eſſe, in quam Legiſtæ anno demum 1289. coaluerunt. Contra contemtiores Monſpelienſium, quos inter eſt DIVUS BERNHARDUS. Pro elogiis lapideis antiquis, ante RANCHINUM ſepulchris doctorum inſcriptis. In Arabibus manifeſto errat. Medici aliqui illuſtres ex ſchola Monſpelienſi. Omnes partes artis medicæ ab iis tactas eſſe. Contra nimias venæ ſectiones Pariſinorum: Cardinalem BIRAGIUM exſpiraſſe, dum ſanguis ex inciſa vena fluebat, ſic ſenatorem MIRAMION. Contra GUIDONEM PATINUM, qui ſola venæ ſectione & refrigerantibus omnes morbos tollere velit. Medicos Monſpelienſes anno 1651. coram malam Pariſinorum praxin miratos fuiſſe, quam neſcio qua arcana traditione tuerentur, ſibi ſolis nota. Pro chemia, quam Pariſini ignorent, & cui Germani plurimum tribuant. Sibi ab empirico herbam oſtenſam fuiſſe, quæ undique ſanguinem de corpore hominis adtraxerit, ut totus palleſceret. RIVERII laudes & oblatæ optimæ conditiones, quas refutaverit. Magni labores Monſpelienſium.

DE

De Combes *le médcein charitable avec une ſuite qui traite de la ſaignée* Lion 1653. 1655. 1679.

Ej. *ſuite du médecin charitable par un diſcours ſur la ſaignée* ib. 1655. 8.

J. Didier *réſutation de la doctrine nouvelle de* v. Helmont *touchant les fièvres* 1653. 8. Bur.

§. DCLXIII. Disputationes.

Petri Dehns *theſes inaugurales inter medicos controverſæ* Baſil. 1653. 4. Moell.

Tobias Hofer *de ophthalmia* ib. 1653. 3.

J. Loesel *de ophthalmia* ib. 1653. 4. alius a Johanne T. II. p. 618. dicto.

Petr. Valentin Berkelmann *de affectibus appetitus ſenſitivi* Erfurd. 1653. 4. He.

Frid. Gottlieb Panzer *de fluxu menſium febribus acutis & malignis ſuperveniente ut plurimum funeſto* Altdorf. 1653. 4. He.

Ant. Gunther *ænigmatica ſenectutis & mortis deſcriptio* ex c. 12. *Eccleſ.* v. 1—7. Witteb. 1653. 4. Vat.

Leonhardus Ursinus (Beer) prof. med. Lipſienſis.

Ej. *diſp. inaug. de ophthalmia* Lipſ. 1653. 4. *.

Ej. *de rigore febrili* ib. 1656. 4. Haen.

Ej. *de affectibus capitis internis* ib. 1657. 4. Id.

Ej. *de genorrhœa* Lipſ. 1662. 4. He.

Ej. *de ſcorbuto* 1663. 4. Pl.

Progr. in ejus funere, Hieronymi Kromayer 1664. 4. B. Bun. & Samuelis Lange *Leichenpredigt* 1664. 4.

Adrian Mengering *de atrophia ſcorbutica* ib. 1653. 4. Pl.

Sebastiani Roht *de ſalubritate lotionum capitis & balneorum aquæ dulcis decocta* ib. 1653. 4.

J. Aedes *de empyemate* Utrecht 1653. 4. Pl.

Egbert. Veen *de ſcorbuto* Leid. 1653. 4. Pl.

Christoph Farus *de melancholia* ib. 1653. 4. Haenel.

J. H. Dauken *de febre caſtrenſi maligna* ib. 1653. 4. Haenel.

J. Beck *de pica prægnantium* ib. 1653. 4. Boehm.

A. Huyberts *de adfectibus ventriculi* ib. 1653. 4.

J. FRID. TREUBLER *de dyſenteria* Leid. 1653. 4. PL. an idem cujus epiſtolæ ad BARTHOLINUM p. 665.

ANT. *de* SARTE & CLAUDE QUARTIER *Ergo μακροκεφαλοι minus ſapiunt* Pariſ. 1653. 4.

FRANC. MANDAT & ALANUS LAMY *Non E. eadem vivendi ratio ſanis perpetuo urgenda* ib. 1653.

CLAUD. LIENARD & NIC. *le* LETIER *E. abſtremii edaciores* ib. 1653.

CAR. *le* CLERC & CLAUD. QUARTIER *E. hydropem fortis diarrhæa ſolvit* ib. 1653.

FRANC. LANDRIEU & NIC. *le* LETIER, *E. aliquando etiam ante morbi vigorem purgatio* ib. 1653.

§. DCLXIV. J. PANTHOT.

J. PANTHOT *quæſtiones quatuor cardinales* Monſpel. 1653. 4. *. *E. calculo ſuccus limonum. E. hydropi venæ ſectio. E. in omnibus corporis partibus generantur vermes. E. aſthmaticis tabellæ de ſulfure.* Idem, ni fallor J. PANTHOT medicorum Lugdinenſium decanus, pluſcula ſcripſit.

EJ. *réflexions ſur l'état préſent des maladies qui regnent dans la ville de Lion, dans ce royaume & en diverſes parties de l'Europe, depuis la fin de* 1693. Lion 1695. 12. *. Primum genus febrium continuo incipere vehementi cum cephalea, ſopore, nauſea, conatu vomendi, pulſu perexiguo, cum motibus convulſivis: demum eruptiones rubræ ſuperveniunt, quæ in principio morbi nihil boni adnuntiant. Alterum genus incipit abſque ſymptomatibus, quæ die demum ſeptimo accedunt: eo die pulſus inæqualis fit, ſuperveniunt motus convulſivi, exanthemata & ſopor. Cauſam eſſe in frigida hieme & in malo pane. Non eſſe peſtem. Optime Lugduni curari. Duas eſſe cauſas mittendi ſanguinis, pleuriticos dolores, qui venæ ſectionem etiam repetitam poſcant, & in exemplis, quæ noſter producit, feliciter ceſſerint, erumpentibus inde poſt miſſum ſanguinem maculis. Altera cauſa venæ ſecandæ eſt hæmorrhagia aliqua enormis, menſes nimii, ſanguinis per nares jactura, quam inciſa vena oporteat ſupprimere; iterum in exemplo, ut inciſioni venæ eruptio ſuperveniat. RIVERIUM a. 1623. in febre maligna primum feliciter ſanguinem miſiſſe. Alvum aperiendam eſſe lenibus ptiſanis laxantibus. Sed ab ipſo morbi initio, niſi iſta ſufficiant, antimoniata emetica danda. Summam etiam veſicatoriorum utilitatem eſſe. Non debere cadavera incidi. Empiricus liquorem univerſalem adverſus omne genus febrium male laudabat.

IDEM in *journal des ſavans* 1679. vermes viri lumbricorum ſimiles. In corde hydropici os circulare, quod noſter pro naturali habet.

ID. in ventriculo canis vermes filiformes.

Id. in Zod. Med. gall ann. 5. de utilitate medica glaciei.

Id. *journal des ſavans*, 1684. n. 24. Homo a fulgore exuſtus, veſtibus integris, lingua & dentibus evulſis, utique corpore ſano.

Id. *journal des ſavans* 1690. calculus ſolidus in medio vitello ovi.

Cum Filius ejuſdem nominis a. 1700. librum ſcripſerit, non ſatis novi, num ad noſtrum pertineat *diſſertation très-inſtructive ſur trois operations de la taille faites en ſix mois avec parfaite guériſon de celui qui les a ſouffertes* Lion 1702. 4. Bur.

§. DCLXV. Jacobus Pancratius Bruno.

Per multos annos profeſſor Altdorfinus, numeroſas diſputationes edidit.

Ej. *de ophthalmia* Altdorf. 1653. 4.

Ej. *de fermentatione ſanguinis* 1663. 8. Lehm.

Ej. *de medicamentorum facultatibus* 1670. 4. H.

Ej. *dogmata medicinæ generalia in ordinem redacta* Nürnberg. 1670. 8. *. ib. 1682 4. 1688. 4. Lipſ. 170 . medicinæ breve compendium ex Græcis, fere ad ſcholarum morem.

Ej. *remoræ impedimenta purgationis in ſcriptis Hippocratis detecta exercitationibus V. comprehenſa & theſes medicæ de purgationis modo ac viis ad alvum una cum quorumdam* ελλει μιματων *appendice* 16 . 4.

Ej. *conſuetudine* ib. 1677. 4.

Ej. *de medicamentis ex homine tam vivo quam mortuo deſumtis* ib. 1677. 4.

Ej. *de venæ ſectione duæ* ib. 1677. 4. He.

Ej. *de antehac promiſſo* Castellano *lexico medico renovato epiſtolica declaratio* ib. 1678. 4.

Ej. *methodus medendi cum ſubcontrarietate ex* Hipp. *Sect. II. Aph.* 22. ib. 1680. 4. He.

Ej. *de cephalalgia* ib. 1682. 4. He. alii 1683.

Ej. *de flatibus, ſ. aeribus microcoſmo commodis & incommodis* ib. 1683. 4 He.

Ej. *teſtimonium ſtudiorum* J. Mauritii Triller ib. 1689. 4.

Ej. *ad* Hippocratis *ſectionem III. Aph.* 3 Altd. 1687. 4.

Ej. *ad ſectionem III. Aph.* 12. ib. 1691. 4. He.

Ej.

Ej. *propyleum medicum* Altd. 1696. 8.

Ej. *de myſterio vel arcano medico vero & catholico* 1697. 4. Pl.

Ej. *de vomitoriorum & purgantium tempore delecto ad Hipp. aphor* IV. 4. ib. 1699. 4. He. Pl.

Ej. *de epilepſia puerili* ib. 1699.

Ej. *de incongruo purgantium tempore* ib. 1699. 4. Haen.

Ej. *de vomitionis commodo in ægris ſine febre* ib. 1700. 4. *.

Ej *de hieme in lientericis vomitibus impedimentum præbente ad Hipp. aphor.* IV. 12. ib. 1710. 4.

Ej. *de retrimentorum corporis humani coloribus variam in ægrotos ſignificationem præbentibus ad* Hipp. *Aphor.* IV. 21. ib. 1702. 4. Pl.

Ej. *de natura methodi therapeuticæ ſcopum per contraria quærentis obſervata ex* Hipp. *Sect. IV. Aph.* 28. 1703. 4. *.

Ej. *de Arnaldia* 1706. 4.

Ej. *periculum majus vel minus in febribus continuis ex Hippocrate* 1707. 4. Haen.

Ej. *de reſpirandi difficultate & deſipientia in quibuſdam febribus continuis lethali denuntiata ex* Hipp. *ſectione IV. Aph.* 50. 1709. 4. He.

Annum ignoro *mantiſſæ ſ. nomenclaturæ medicæ hexaglottæ.*

Edidit & auxit B. Castelli *lexicon*, ſæpe recuſum.

Et Jessenii *de ſanguine judicium* Nürnb. 1668. 12. *.

Edidit C. Hofmanni *iſagogen medicam* Lipſ. 1678. 12.

§. DCLXVI. Varii ad annum 1654.

Dominicus *de* Marchettis, chirurgus & inciſor, cujus vita eſt in *Lyceo* Patini, hoc anno 1654. *anatomes compendium* edidit. Succeſſerunt *obſervationes & tractatus medico chirurgici recuſi* Patav. 1664. 8. *. Amſterd. 1665. 12. *. & nuper recuſi Neapoli 1772. 4. *. Chirurgici equidem potiſſimum argumenti ſunt, quas diximus obſervationes, verum memoria digniſſimæ. Intercurrunt tamen aliquæ magis practicæ. Dolor capitis ſæviſſimus ex lue natus venerea, repetita terebratione aliquoties ſedatus, demum ſublatus. Sic in alio exemplo. In tertio, cum a terebratione factum foramen clauſum eſſet, manſit dolor, porro inſuperabilis. Ex pleuritide empyema inciſione ſanatum. Anevryſma aortæ ſub corde, ſanguis in pulmone effuſus, æger ſuffocatus. Ampliſſimum cor firmius ſepto tranſverſo & pleuræ adnatum, inde difficultas reſpirandi, & dolor in hypochondriis. Dolor & abſceſſus ventriculi cum ſanguinis vomitu, lenibus auxiliis ſublatus. Abſceſſus purulenti

purulenti hepatis gibbi incidendi, cavi per urinam expurgandi, cujus expurgationis felix exemplum adfert. Teſticulus in inguine infantis retentus, male pro abſceſſu curatus. Veſicæ urinariæ loco cellulæ: hæc & aliæ nonnullæ adnotationes repetuntur apud RHODIUM.

In proprio libello *de ventoſa ſpina* ferro & igne uti jubet.

GE. CORTACII *trutina medica, ſ. de venæ ſectionis & vini uſu in febribus adverſus αἱμοφόβους καὶ ὑδροφόβους perpenditur* Patav. 1654. 4.

JAC. CUSIGNOTUS *de purgantium medicamentorum facultate* Lion 1654. 8. TR.

JULII MILLI *naturæ morbos decernentis arcanum opus* Venet. 1654. 4. *. Ad HIPPOCRATIS ſententiam, quam GALENICÆ opponit, de criſibus & modo numerandorum dierum. Exemplum quartanæ complicatæ in muliere gravida. Periodi, earum cauſa. Ubi venam ſecare liceat, ubi minus conveniat. Præcognitiones in certos & criticos dies. Coctio, ejus ſigna. Criſes & earum tempora, hæmorrhagia, ſudor, exanthemata, etiam icterus. Fuſe de ſymptomatibus febrium; ſoporem ſemper malum eſſe. Signa ex facie, lingua, aliis partibus corporis, repetita omnia, ad HIPPOCRATIS ſenſum. Morbi acuti. Angina, pleuritis & peripneumonia ejuſque præſagia; Tabes. Tunc chronica mala, fere per ſingula. Melancholia. Excrementa. Urinæ, fæces. Magna pars operis, ab ipſo rigore initio facto, eſt commentarius ad *prædictiones Coacas.*

Proluſiones apologeticæ approbatorum Stibii adverſus auctorem libelli qui inſcribitur Pithægia Pariſ. 1654. d'ETR.

LENONIS GUILLEMÆI *doctoris & peſte & fuſte ſublimis apotheoſis* Pariſ. 1654. 4. ASTR. Monſpelienſium aſperum ſcriptum in CAROLUM GUILLEMEAU.

SIMEONIS SETHI editionem diximus in Botanicis.

UBBO EMMIUS. EJ. *effigies & vitæ profeſſorum acad. Groningæ & Omelandiæ* ib. 1654. fol.

ANDR. QUENSTEDT *diatribe de patriis virorum doctorum* Witteb. 1654. 4.

ANDREÆ PROBST *de phantaſia ejuſque per melancholiam adfectione exercitatio* Berlin 1654. 12. L.

SAUVAGEON *traité chymique contenant les préparations uſages & doſes des plus uſités remèdes chymiques*, 1654. 12.

§. DCLXVII. VARII.

J. PERREAU *rabbatjoye de l'antimoine triomphant, ou examen de l'antimoine juſtifié de M.* RENAUDOT Paris 1654. 4.

JEAN MERLET *remarques ſur le livre de l'antimoine* d'EUSEBE RENAUDOT ib. 1654. 4. d'ETR.

EJ. *paranesis ad medicos antimoniales ex libro* GALENI περι πτισανης 1655. d'ETR.

CHARLES de ST. GERMAIN *le médecin royal ou le véritable médecin charitable* Leid 1654, 8. WACHEND. 1668. 4. FALC.

L. D. F. (LOUIS FONTENETTES) HIPPOCRATE *dépayſé, ou la verſion paraphraſée de ſes aphoriſmes en vers françois* Paris 1654. RADIER.

H. MASON's *general practice of phyſik* Lond. 1654. f.

Ferdinands III. Infectiones-Ordnung Wien 1654. F.

§. DCLXVIII. DISPUTATIONES.

MICH. SENNERTUS *de paralyſi* Witteb. 1651. 4. HE. Ad 1651. debuiſſet revocari.

EJ. *de apoplexia* ib. 1654. HE.

EJ. *de febribus in genere* ib. 1659. 4. RIV.

EJ. *de ſuffocatione uteri* ib. 1660. 4. HE.

EJ. *caſus laborantis febre maligna Ungarica* ib. 1662. 4. RIV.

EJ. *de hemicrania* ib. 1662. 4.

EJ. *de ſuppreſſione menſium* ib. 1664. 4.

EJ. *de febribus* ib. 1669. 4. num alia ab ea quæ 1659.

EJ. *de ſcorbuto* ib. 1673.

EJ. *de dyſenteria* 1677. 4. HE.

EJ. *de imbecillitate ventriculi* ib. 1676. 4. HE.

EJ. *de morbo Hungarico ſ. caſtrenſi* ib. 1677. 4. HE.

EJ. *de lue venerea* ib. 1679. 4. HE.

EJ. *de febre petechiali* ib. 1681. 4. HE.

HENR. DELMANN *de menſium fluxu immodico* Leid. 1654. 4. PL.

J. de RAEDT *de arthritide* ib. 1654. 4. PL.

J. van BONEVAAL *de paralyſi* ib. 1654. 4. PL.

J. DYLMAN *de phrenitide* ib. 1654. 4. PL.

GEORG. GESENIUS *de ſuffocatione uterina* ib. 1654. 4. PL.

HENR.

Henr. Rysendeech *de lue venerea ſ. morbo gallico* ib. 1654. 4. Pl.

Gerh. v. Rhyn *de paralyſi* ib. 1654. 4. Pl.

J. Stork *de cholera humida* ib. 1654. 4. Pl.

Bern. Pallement *de apoplexia* ib. 1654. 4. Pl.

Andr. Tetrodius *de variolis & morbillis* ib. 1654. 4. Pl.

Hermann Steenbergen *de arthritide* ib. 1654. 4. He.

Henr. Adolph Hoefer *de pleuritide* Argent. 1654. Pl.

J. Alb. Muller *de mania ſ. inſania* Argent. 1654. 4. *.

J. Joach. Vietor *de morbo Neapolitano* Gieſſ. 1654. 4. *.

Chr. Nifanius *de λυκανθρωπια* Witteb. 1654. 4. Riv.

El. Henr. Henkel *poſitionum medico forenſium enneas* Jen. 1654. 4.

J. Geo. Reinhardi *chymia ut quarta medicinæ columna* Lipſ. 1654. oratio He.

Frid. Arnisæus *de affectione melancholiæ hypochondriaca* Haen. 1654. præſide O. Wormio.

Georg Krugk *de peſte* Gera 1654. 12. L.

J. Ern. Eslinger *de peſte* Baſil. 1654. 4. He.

Georg Kaufunger trutina medica. Locus excidit.

J. Bourgeois & Alani Lamy *E. phrenitidi narcotica* Pariſ. 1654.

Ren. Moreau & Cl. Quartier *E. in longorum morborum apoſitia, ciborum varietas* ib. 1654.

Claud. Quartier & Phil. Doute' *E. ſomnolenti vitæ brevioris* ib. 1654.

Car. Bouvard & Cl. de Frades *E. partium δυσπαθεια eſt potior δευπαθεια* ib. 1654.

§. DCLXIX. Otto Tachenius.

Chemicus, peregrinator, homo morum ſuſpectiorum (*a*).

Ej. *Epiſtola de famoſo liquore alcaheſt* Hamburg 1655. 4.

Ej. *echo ad vindicias cheiroſophi de liquore alcaheſt* Venet. 1656. 4. *. Aſperrimum ſcriptum in Helfricum Dieterich. Multa ad vitam & mores ſuos

 ſpectantia

(a) Burggrav *libit.*

ſpectantia tuetur. Monet ſe viperinum ſalem raro vendere, cujus exiguam portionem intra annum parare poſſit. In liquorem alcaheſt.

Ej. *exercitatio de recta acceptatione arthritidis & podagræ* Patav. 1662. 4. B. Thomas.

Ej. Hippocrates *chemicus qui noviſſimi viperini ſalis antiqua fundamenta oſtendit* Venet. 1666. 8. Hænel. Brunſvic. 1668. 12. *. Leid. 1671. 12. Pariſ. 1674. 12. Rast. Inventa chemica omnia ad Hippocratem refert, de ſale ſuo obiter locutus. Duumviratum acidi & alcali adſtruit, igni acidam vim tribuit, alcalino ſali aqueam adſignat, ut Hippocratica placita adtingat. Alcalina corpora poroſa eſſe, in quibus acida ſpicula poſſint habitare. In Zwelferum multa, qua occaſione chemica experimenta eo ſeculo minime vulgaria producit, de hydrargyro ſponte præcipitato; de auri eroſione per ſimplices ſales, de argenti mercurio per diuturnam lixivioſi ſalis operationem detecto; de ſalibus fixis plantarum ſuppreſſo igne præparatis, alcalino ſalſis, eorumque diverſis notis & viribus, ac in hydrargyro præcipitando effectibus; de alcali in ſudore viſo, de ſale fixo ſanguinis. Dictio magna ſonans, & ut chemicum decet, obſcura.

Ej. *antiquiſſimæ medicinæ Hippocraticæ clavis*, (alius liber ab eo, quem modo dixi) Brunſvici 1668. 12. Tr. Venet. 1669. 8. Rast. Hæn. Francf 1669. 12. *. 1673. 12. L. Leid. 1671. 12. L. Iterum defendit ignem & aquam ſ. ſalem acidum & alcalinum, qui rerum principia ſint. Salium, qui etiam nunc Tacheniani dicuntur, præparatio hic redit, ex conſumtis tecto igne plantis, quarum cineres multum de ſuæ plantæ natura retineant, neque ſponte deliqueſcant. Alcacheſt Zwelferi deridet, merum æruginis ſpiritum Sales medios, ipſum etiam ſalem culinarem, ex conjuncto cum acore alcali naſci, quæ omnia eo ævo nova erant. Acidum ſeminale & innatum eſſe calorem, & vegetationis principium; alcali humorem radicalem, hic minus feliciter. Minium plumbum, ex quo paratur, pondere ſuperare. Salem ſuum viperinum laudat, qui ſit humidum radicale arte factum. Aquam ſpermatis ranarum ob lixivioſam indolem podagricis conferre. Nullas eſſe lapidis porcini vires.

Ej. *tr. de morborum principe, in quo plerorumque gravium & ſonticorum adfectuum dilucida enodatio & hermetica, i. e. vera, curatio proponitur; opus omni nævo liberum* Bremæ 1668. 12. Leid. 1671. 12. L. Oſnabrug 1679. 12. *. Iterum ignem, qui acidus ſit, & aquam ſ. alcali, omnium motuum in corpore humano cauſas eſſe, neque Hippocrati hæc ignota fuiſſe. Podagræ cauſam eſſe acidum cauſticum. Podagræ arthritidem accenſet. In podagra & arthritide in alcalinis ſpem omnem ponit, ut in raſura cornu cervi & pulvere alcalino. Alcali urinæ optimum in podagra fomentum eſſe, tum alia alcalia. Aquæ fortis metalla erodentis vaporem mortem inferre. Multa improbabilia. Calorem ab acido fixo fieri, & perinde ab alcali. Acerrimum integrum hominem eroſurum lixivium cum

calce

calce parari, recte. Oleum ſanguinis verum eſſe oleum. Titulus hominis ingenium prodit.

§. DCLXX. Varii.

Cl. Quillet *Callipædia, ſ. de pulchræ prolis habendæ ratione poëma* Pariſ. 1655. 4. *. 1656. 8. 1709. 8. *. Gallice & latine Pariſ. 1749. 12. Anglice Lond. 1718. 8. Aſtrorum influxum in fata fetus adgnoſcit. Ut femina optime fecundetur. Cura gravidæ. Nævi. Infantum prima cura. Paſſim lubricus poëta. Regem dehortatur, ne Mazarini neptim ducat. Sed eum *patriotiſmum* Mazarinus auro placavit, ut iſta in nova editione deleret.

Petrus Gassendus presbyter, philoſophiæ corpuſcularis adſtructor, Cartesii adverſarius, inciſor præterea, & univerſæ naturæ & medicinæ amans, obiit a. 1655. In ejus operibus omnibus Lion 1658. fol. editis, B. B. recuſis Florent. 1727. fol. 6. vol. paſſim aliqua ad rem noſtram faciunt. Primum in T. II., inque *Phyſices* libro XII. agitur de temperie & valetudine animalium; de ſex rebus non naturalibus; de cauſis morborum, variiſque circa eas opinionibus; Porro de febrium criſibus, de ſectis medicorum, de remediis, ſed in univerſum omnia. Liber XIII. eſt de vita & morte animalium, de incremento, decremento. Secunda juventus & renati dentes, vitæ duratio & aliqua exempla propria, de mortis cauſis, de annis climactericis. Multæ vir lectionis, potiſſimum in priſcorum Philoſophorum ſcriptis.

In tomo VI. *Epiſtolæ* continentur, in quibus etiam medica quædam reperias. Ad J. B. Helmontium, num homo natura ad carnium victum fabrefactus ſit. Videri homini non eſſe dentes, quales animalibus carnivoris. Exemplum agni pane nutriti, herbas averſantis, cujus caro mali fuerit ſaporis. Ergo alium a naturali cibum ſanitati nocere.

Claudii Bonnet *epitome univerſam* D. Sennerti *ſententiam fere complectens, purgata ab illis, quæ orthodoxæ fidei viſa ſunt adverſari, adjectis non vulgaribus notatiunculis in praxi animadverſis* Avenione 1655. f. Hanau 1655. f.

Alethophili epiſtola ad Jac. Thevart: *acceſſit ſtibii Pithœgia* Eleutheropoli 1655. d'Etr.

Apologia approbatoria ſtibii, ſ. Jacobi Thevart *carmen elegiacum* αμοιβαιον, *in quo probatur, ſtibium non eſſe venenum* Pariſ. 1655. d'Etr.

Huc refero αντιλογιαν *in formam dialogiſmi ad* Jacobum Thevart. d'Etr.

Zachariæ Pasqualigi *ſ. vero nomine* Theophili Raynaud S. J. *Eunuchi nati facti myſtici, ex ſacra & humana natura illuſtrati* Divione 1655. 4. d'Etr.

H.M.L.D.M. (Honoratus Maria Lauthier) Prof. Aquenſis. Ej. eſt Helmontii

TII *apologia adverſus doctrinæ novitatem prætendentes* Lion 1655. 8. *. Non debere omnia damnari, quæ nova ſint. De fetu retento vide *B. Anat.*

SEBASTIANI SCARABICII Patavini, in patria profeſſoris, *de ortu ignis febrifici hiſtoria phyſico medica ad* AVICENNÆ *ordinem* Patav. 1655. 4. *. Commentarius in Avicennam fuſiſſimus, ex Arabum & Græcorum theoriis, ad univerſam febrium hiſtoriam pertinens.

EJ. *de lapidis concretione in homine* Patav. 1678. 12. *. editio II. Non totus l. inanis eſt. Calculi varietates colores; Roboris truncus in lapidem converſus, Venetiis viſus. Canis figura in calculo renali, cordis in veſicali. Ad avertendum calculum utilis terebinthina: corticis medii avellanarum pulvis ad drachmam cum decocto viciarum, PREVOTII medicamentum.

EJ. *hiſtoria cerebri bovini in lapidem mutati* Patav. 1655. 12. 1678. 12. *. Bos ſaginantus uſque macilentus manſerat. Effracta calva cerebrum repertum ſuis cum gyris lapideum, in igne invictum. Vidit S. & demonſtravit. Nihil impedire, quo minus & in homine cerebrum petrefiat. Mammam marmoreæ duritatis vidit.

Vitam habet PATINUS in *Lycæo*.

JOHANNES FRANCISCUS de FRANCISCO medicus Taurinenſis, *de venæſectione contra Empiricos* Neapoli 1655. 12. Fr. Lipſ. 1685. 8. *. Se ex vulgari more venam in febribus ſecuiſſe, deinde, cum in conſtitutione epidemica infeliciſſime hæc curatio eveniret, abſque ea fauſtiori omine medicinam feciſſe. Contra GALENISTARUM argumenta, & contra plethoram. Denique, ſi Diis placet, GALENUM pro ſua ſententia citat.

THOMÆ STANLEII *hiſtory of philoſophy* Lond. 1655. fol. Pariſ. 1660. fol. Amſterd. 1690. 8. Lipſiæ recuſa & aucta a J. GODOFREDO OLEARIO. Inter philoſophos paſſim etiam veteres medicos græcos recenſet.

J. CONRADI DIETERICH *narthecium medicinæ veteris & novæ juxta ductum aphoriſmorum Hippocratis* Gieſſ. 1655. 4. L. Ulm. 1661. 4.

EJUSD. HIPPOCRATIS *aphoriſmi illuſtrati* Gieſſ. 1656. 4. Ulm. 1665. 4. L.

THEODORI BEZÆ; ANDR. RIVETI, GISBERTI VOETII, J. HOORNBECK *tractatus de peſte* Leid. 1655. 12. FALC.

HENRICI WENDLAND *catalogus Procancellariorum &c. Gryphiswaldenſ.* Greifswald. 1655. CONR.

§. DCLXXI. VARII.

ROBERTI BAYFIELD *enchiridion medicum containing the cauſes, ſignes and cures of all diſeaſes. Acc. Tract. de facultatibus medicamentorum compoſitorum & doſibus* Lond. 1655. 8. RICHT. EJ. etiam ſunt *diſeaſes of the head* Lond. 1663. 8. OSB.

Chymical medical and chirurgical adreſſes made to SAMUEL HARTLIB *Eſq.* Lond. 1655.

1655. 8. *. Num ſingulis morbis ſua ſpecifica ſint remedia; eſſe. Philaretus Empiricus. Male arcana utilia damnari.

FRANCISCUS MORETO ROMA, archiater JOHANNIS IV. *Obſervagao do Achaques que ſua Mageſtad tuve en Salvatierra* Lisboa. 1655. 4.

EJ. *de la medecina pratica* ib. 1664. 4. 167.. 4. 1726. C. de V.

DOMINICI AUDA LANTOSCAN *breve compendio di maraviglioſi ſecreti* Rom. 1655. 1660. 8. Venez. 1663. 12. ASTR. 1669. 12. 1676. 12.*. 1686. 12. 1692. 12. 1716. 12. MAZUCHELLI. Taurin. 1665. Milan. 1666. 12. Monachus, peregrinator, diſcipulus HIPPOLYTI MANCINI botanici, quem etiam in herbis conquirendis comitatus eſt, denique Romæ pharmacopœæ in Noſodochio S. Spiritus præfectus. Arcana aperit omnis generis, ea magnis laudibus effert. Arcanum auxilium, quo morientes aliquamdius ſuſtentet. Aliud antimoniale, quo lienis ſcirrhi ſuperentur. Notæ in verſiculos Salernitanos. Auctarium novum medicamentorum.

EJ. *pratica de ſpeziali* Venet. ..... 1736. 8.

J. J. (J. JOURDIN) *le parfait cavalier, ou la connoiſſance du cheval, de ſes maladies & remedes* Paris 1655. f.

ROBERT de SALNOVE, *la Vénerie Royale* Paris 1655. 4. RAST.

L. de BAUFORT *de la peſte* Leid. 1655. 12. CARLSON.

Lettre de M. GAUDIN *à M.* MERLET *au ſujet de l'émétique* Paris 1655. d'ETR.

RAINERIO PEUCA *apologia de medici* Milan. 1655. 8. d'ETR.

Des Fürſtenthums Hennebergs revidirte Ordnung u. Tax der Apotheken Arnſtatt 1655. 4.

Erneuerte Ordnung der Apotheken zu Heilbrunn Heilbrunn 1655. 4. TR.

MART. BOEHMENS *neu Buch bewährter Roſsarzneyen* Berlin 1655. 8. B. LEHM. Lipſ. 1659. 8.

ELIAS BEYNON *barmherziger Samariter* Heilbrunn 1665. 12. TR. Lipſ. 1686. 12. Nürnb. 1700. 1752. 12. 2. vol. & alias; medicamentorum collectio.

... HYGRÆUS *van de medicyne en chirurgie* Amſterd. 1655. 4. RUFFORTH.

§. DCLXXII. DISPUTATIONES.

J. STRAUCH *de tympanitide* Lipſ. 1655. 4. RIV.

CORN. SCHAGEN HOOGHLANDT *de hepatide* Leid. 1655. 4. PL.

HENR. HILDERS *de generatione ſpiritus animalis ejuſque operationibus & nonnullis capitis adfectibus* Leid. 1655. 4.

PHIL.

PHIL. TUYNSLUIPER *de pleuritide* Leid. 1655. 4. PL.

SAM. EGGEBERT *de angina* ib. 1655. 4. PL.

J. LUBBERTUS *de lue venerea adjuncto dolore podagrico* ib. 1655. 4. PL.

GERH. WORST *de morbo regio* ib. 1655. 4. PL.

BONAVENTURÆ COEGELEN a DORTMONT *de colica paſſione* Utrecht 1651. 4.

CHRISTOPH LIPSTORP *de morbis mulierum* Jen. 1655. 4. p.

J. ANDR. FROMMANN *de jure furioſorum hypotheſes* Tubing. 1655. 4. Juriſconſulti.

CAR. LOMBARDIUS *de febre in genere* Marpurg. 1655. 4. HE.

MARTINUS LIPENIUS *de affectibus in genere* Witteb. 1655. 4.

EJ. *Bibliotheca realis medica* Francof. 1679. f. *. ſecundum titulos materiarum cenſus titulorum librorum.

J. KLEIN *artis medicæ elogium* Tubing. 1655. 4.

HENRICI SCHMIDT *medicina Danica* Hafn. 1655. 8.

JACOB ABEL *de phthiſi* Baſil. 1655. 4. HE.

J. RUD. DINKEL *de chylificatione & ventriculi coctione, ejuſdemque concoctionis læſa actione* Argent. 1655. 4. *.

CONRADI KLEIN *de morbi gallici natura, differentia, cauſis & ſignis* Argent. 16 . ASTRUC. putat ante a. 1656. poni debere.

DIONYSIUS GUERIN & ABR. THEVART *E. melancholici brevioris vitæ* Pariſ. 1655.

DION. ALLAIN & CAR. PATIN *E. fuſcæ nutricis lac ſalubrius* ib. 1655.

PETR. *de* BEAURAINS & PH. CHARTIER *E. oleum butyro ſalubrius* ib. 1655.

DION. *le* SOUBS & PHIL. DOUTE' *E. Borealium edacitas non inſalubris* ib. 1655.

BARTH. BARALIS & FR. *de la* CHAMBRE *E. carnes piſcibus ſalubriores* ib. 1655.

ALANI LAMY & PHIL. DU VAL *Non E. anginæ repellentia* ib. 1655.

NIC. *le* LETIER & ABR. TAEVART *E. febris quartana longiſſima & ſecuriſſima* ib. 1655.

CL. QUARTIER & CAR. PATIN, *Non E. peſtilentiæ ſudorifera* ib. 1655.

FR. LANDRIEU & NIC. MORIN *E. pleuritidis initio purgatio* Pariſ. 1655. Non fuiſſe propugnatam lego.

PETRI RAINSSANT *quæſtio medica an cometa morborum prodromus* . . . . . 1655. 4. le TELLIER.

§. DCLXXIII.

§. DCLXXIII. Varii.

Christophori Bennet *tabidorum theatrum*, *ſ. phthiſeos*, *atrophiæ & hecticæ xenodochium* Londin. 1656. 8. *. 1720. 8. Francof. 1665. 12. Tr. Leid. 1714. 8. Pl. 1733. 8. 1742. 8. Lipſ. 1760. 8. Florent. 1751. 8. Primo loco *Veſtibulum*. Præcedunt varia experimenta, etiam phyſiologica cum ſanguine phthiſicorum facta, qui ſubniger, conquaſſatus eleganter rubeat, & calore addito ex rubro in flavedinem tranſeat. Deinde pathologica, quibus ad opus ipſum ſe præparat. Pectoris mala & aſthma levata per ichorem de tibia manantem, & per tuberculum tibiæ. Hæmorrhagia ægroto familiari ſuppreſſa, pene tabes ſucceſſiſſet, niſi ſponte ſublata fuiſſet; cum ſanguis denuo de nare manaret. Sanguinis in caput congeſtio apoplexiam minata ſero educto ſanata. Sic porro noſter theſin aliquam proponit, remque per experimenta & obſervationes ſubjectas confirmat, tamen ut dictionem obſcuram malles dilucidam, & minus aliquanto theoriæ præferres. A ſanguine de tibiis repulſo, quarum arteria arctior erat facta, magna in capite & pulmone mala nata. Venerei veneni in pectus refluxus. Signa fluxionis, ſ. congeſti in aliquam partem corporis ſanguinis. Sanguinem igne ſubjecto pus olere, & ſponte in pus verti. Viſcoſitatem venæ pulmonali in infante lethali eventu vidit adhærere. Sputi variæ ſpecies. Mucoſitatem in ſanguine increſcere, & vaſa obturare. Salina ſanguinis degeneratio & ſulfurea. Sputum in tabidis ſubdulce. Emplaſtra glutinantia, & balnea frigida hæmoptoën augere. Purulento infanti lac in duritiem fere tofaceam degenerabat. A nimio uſu dulcium cholera. Halituum & ſuffituum ſumma utilitas in vero pulmonis ulcere, inque aliis phthiſicis, cum pulmonis corruptela. Sic etiam in pervicacitate tenacis ſputi ſudorem moviſſe profecit.

Theatrum ipſum. Tabes: humores in ea alienati, ſanguis ſalſuginoſus; ſigna mali & prognoſis. Hæmoptoe critice ſuperveniens ſæpe innocua. Tabes abſque pulmonis vitio Anglis familiaris. A menſibus ſubpreſſis hæmoptoe peſſima. Curatio: tempora leniter purgantis medicamenti. Deterſiva deinde, quoad ſputum colore & conſiſtentia ſit meliori: illa ex abiete, pino & terebintho optime ſumi. Acria torpidis danda. Sudorifera matutinum & diuturnum ſudorem expedientia in principio mali optima ſunt, inveteratæ phthiſi non conveniunt. Suffitus in principio difficiles, progrediente deterſione meliores: Neque adhibendi, niſi poſtquam per aliquot hebdomades hæmoptoe conquieverit. Venæ ſectio, potius minor & repetita convenit. Formulæ, inter eas decoctum limacum. Victus ratio. Vapores varii. Balſami pectorales, adſtringentia, ſed etiam auripigmentum, cum inſtrumentis ad ſuffitum recipiendum aptis. Ferrata aliqua medicamenta. Alia ſparſa. Cervix veſiculæ felleæ calculo obturata, ſero plena, in albuminis ſpeciem coagulabili.

Bartholomæi Bausner Tranſſylvani, *de conſenſu partium corporis humani L. III.* Amſterd. 1656. 8. *. Singularum corporis partium cum omnibus aliis conſenſus phyſiologicus, pathologicus, therapeuticus.

JOHANNIS CHICOT Medici Regii, *Epiſtolæ & diſſertationes medicæ* Pariſ. 1656. 4. *. Satis doctus vir & latinus, neque undique inutilis, etſi ſæpe meris inmerſus theoriis. Libelli ſunt ſeptem vel octo. *Manuductio ad medicinam faciendum: de anno & anni tempeſtatibus diſſ: de purgandi ratione*; hic fuſe, cordate antimonialia medicamenta contra acerbos horum medicamentorum adverſarios tuetur; eorumque laudes in malignis febribus celebrat, ut poſt iteratam phlebotomen vomitus cieatur, in ipſo principio acutorum morborum. *De rheumatiſmo* ampliter; iterum ſtibium defendit, cum tamen Hippocraticum ſe eſſe glorietur. Thermas non valde probat. *De morbillorum & variolarum ortu & cauſis*; non eſſe ab aliquo ſanguine menſtruo matris, quæ in ſenibus ſæpe primum erumpant. Non metuendam eſſe in variolis venæ ſectionem; LUDOVICO XIV. annum degenti duodecimum quater ſanguinem feliciſſime miſſum eſſe. Illuviem primarum viarum omnino expurgandam, ALFONSO MARESCOTO, DURETO, S. PIETREO auctoribus. *De dolore* fuſe. *De ſomno & vigilia*. *De vi opii*; vulgare noſtrum, quod merum ſit meconium, ſe non probare. Ut ex ſativo papavere inciſis capitibus ipſe opium præparet, mitiorem cum ſucco limonum tincturam daturum, quam exhalando in extracti formam denſes. *De melancholia morbo*. Pro GALENO contra AVERRHOEM. Aqua lactis e ſero ſtillans cum ſuccis cichorii &c. igne ſubjecto ſenſim pulſa, admiſtis fructuum horæorum ſuccis, una fermentationi permiſſa, hoc auxilii genus noſter putat efficax eſſe. Scriptiones aliquæ medicamentorum ex ferro, ex antimonio ſumtorum. Venæ ſectio receſſaria. Recuſæ ſunt Pariſ. 1667. 8. ASTR.

EJ. *poſteriores cogitationes epiſtolæ & diſſertationes medicinales* ed. III. Pariſ. 1669. 8. TR. *Acc. epiſtola de cholera morbo, diatriba de aſthmate ſ. ſuſpirioſo anhelitu*.

HONORATI BICAISSE *Manuale medicorum, ſ. ſyntaxis aphoriſmorum ex* HIPPOCRATIS *operibus, Prænotionum & prædictionum ſecundum propriam morborum omnium nomenclaturam ordine alphabetico* Aix. 1655. 12. 1656. 12. BUR. LIND. Genev. 1660. 12. Jen. 1712. 12. Pariſ. edente HENRICO GUYOT 1739. 12. BUR.

BENEDICTI SYLVATICI Equitis, Patritii Patavini, P. ſuper ordinarii. *Conſiliorum & reſponſorum medicinalium Centuriæ IV. accedit methodus collegiandi* Patav. 1656. fol. *. Morbi a capite ad calcem, & ad unumquemque pluſcula exempla. Ipſius morbi brevis hiſtoria, deinde ratiocinatio, denique curatio Galenica; multa conſilia pro Polonis, Germanis, & in univerſum illuſtribus ægrotis. Multa ſeculo condones, curationes imbelles: etiam ignorata, quæ ſcire potuerat, ut modum conſolandi myopes, cujus mali cauſam, dudum tamen detectam, noſter ignoravit. Non tamen nulla ſunt utiliter ab auctore adnotata. Omne excretionis genus nonnunquam ſuas ſervare periodos. Sudorem quavis nocte redeuntem ſe vidiſſe, & alias ſemel in menſe, menſtruæ purgationis locum tenentem. Multi ægroti, quos noſter morbo gallico laborare aperte fatetur. In planitie (illa ab effuſis aquis inſalubri mare inter & Lucam) febris acuta epidemica. Plicam a.

1560.

1560 in Alſatia & Helvetia graſſatam eſſe, poſſe abſque periculo aut cruentitione capillos reſecari, quod ipſe fecerit poſt neceſſarias purgationes: neque tanta mala ut cæcitatem, gibbum ablatæ plicæ ſupervenire. In ulcere palati gallico decem grana mercurii dulcis in dies imperat cum conf. hamech ſumenda. Epilepſia a ventre adſcendens, quam flatus erumpentes levabant: aquam Tettuccianam dat, & hieram picram, lapidem etiam lazuli, ut arabiſtam adgnoſcas, multoque magis ridicula alia, hirundinum picarumque cum pæoniæ radice certo ſub ſigno effoſſa tincturam. In mania laudat cranii terebrationem, cauterium prope ſuturam coronalem inuſtum, cui globulus inmittitur, alia in capite cauteria, non antimonium, quod noxium ſit expertus. In melancholia balnea, galenicum auxilium; a D. POMME denuo commendatum. In ſemiparalyſi folia nicotianæ maſticanda. In catarrho ſalſo cum difficili ſpiritu aerem frigidum jubet inhalare. Nyctalopia, nempe cæcitas nocturna. Viſio duplicata diuturna, nullo apparente vitio, tum ſplendores ob oculis verſantes. Polypum narium mavult evelli, quod MARCHETTO bene ſucceſſerit. In phthiſi laudat carnem porcellorum, in pleuritide oleum amygdalorum; in empyemate ſpiritum vitrioli. Qui panem non poterat deglutere, eum is morbus ſuſtulit, cum omnis deglutitio abolita fuiſſet. Qui guſtum amiſerit. Morbus niger. Vomitus materiæ nigræ, acidæ, acerbiſſimæ. Pus per alvum & vomitum redditum, cum tamen in crure ulcus eſſet. Ex brachii abſceſſu pus in alvum decumbens, inteſtinum perforatum, tamen ſanatum. Iſchuria a caruncula. In veſtali virgine alvus per triginta menſes obſtructa; oleum amygdalorum dat aliaque lenientia. Poſt colicam pus per alvum & urinam. Funeſtus A. SPIGELII morbus; a compuncto indice tumor & dolor in brachio, inde bubo ſub axilla cum febre & acuto dolore, apertus ichorem demittens, tunc diurrhœa funeſta: abſceſſus erat in hepate ſecundum prognoſticon. Lien tumidus cum ſynocho tertianæ duplicis typum ſervante. Cylaminis radix in ictero. Cum alvo adſtricta & dolore circa umbilicum, pulſus per univerſum corpus. Diabetes in puero ſeptenni. Potulenta non mutata per urinam reddita. Calculi duo inſignes ex femina exciſi. Urinæ ſumma parcitas, ut decimo fere die lacteæ urinæ modicum redderetur, alvus una ſicca. Ex renis ulcere lotium lacteum. Calculoſus luna creſcente atrociter dolebat, nihil quidquam luna tabeſcente. Calculus felleus interno nucleo circumnatus. CAROLUS auſtriacus a calculo ut videtur peremtus, & frater LEOPOLDUS (imperator) in juventute de calculo ſuſpectus. Qui ſemen ex levi tentigine aut libidine reddebant. Frequentiſſimos ὀνειρογμος, inde impotentia ad levandum oculum. Cui in venere penis flaceſcebat. Hydrops uteri & ex utero aqua manans cum abortu: partus vivus, ſed artubus contortuplicatis editus. Quæ claudos pueros pariebat. Calculus ridicule poſitus, ut quinquemeſtris fetus vitalis eſſe poſſit, menſes faciendo lunares, & connumerando imperfectos. Mors a fungorum eſu, certe ut putebatur nimis enim fera ſymptomata ſe extulerunt; ſic alius a veneno exſtinctus. Aſphyxia cum multis aliis malis conjucta, quam noſter non metuebat.

LEONHARDI SIMON *Gelodachrya ſ. de naturali & præternaturali fletu & riſu* Meſſan. 1656. 4. MANGET.

Samuel Stockhausen *de lithargyri fumo noxio morbifico ejuſque metallico frequentiori morbo vulgo dicto die Huttenkaze oder Huttenrauch cum app. de Montano affectu aſthmatico metallicis familiari die Bergſucht* Goslar 1656. 8. *. Novum morbum deſcribit; primum quidem a plumbo natum, cum immenſo alvi dolore, eaque pertinaciſſime obſtructa, cum cardialgia, ſyncope, inflammatione inteſtinorum, urinæ ſuppreſſione, deinde cum membrorum paralyſi & convulſione, & univerſi corporis atrophia. Invadere potiſſimum Euro flante, fumo antrorſum pulſo: in plumbariis, non in ærariis officinis. Malum non ab arſenico eſſe, neque ab antimonio, a ſulfure, a cadmia, a vitriolo, ſed ab ipſo lithargyrio; illis enim infeſtum eſſe, qui plumbo argentum depurant, aut alioquin in lithargyrio occupantur. Ad curationem, *benedictam* laxativam ſæpe non poſſe alvi ſtricturam ſuperare. Clyſterum neceſſitas. Emetica in morbi principio: deinde ſcammonium, jalappa, anodyna, emollientia.

Alter morbus eſt moleſta tuſſis abſque febre, ſicca, anheloſa inque phthiſin degenerans. Cauſæ variæ, fumi metallici & pulveres, & fætores metallornm. Subjecta eſt opuſculi epitome Germanica. Nuper Stokhausii opus in Gallia prodiit, gallice verſum 1776. 12.

In Thomæ Wharton *adenographia*, paſſim varia ad rem clinicam faciunt. Prodiit Lond. 1656. 8. *. Weſel. 1664. 12. *. Scirrhi glandularum meſentericarum, & ingens in meſenterio a Whartono repertus tumor. Pancreatis ſcirrhi, abſceſſus. Bubones varii generis. Proſtatam non eſſe gonorrhœæ ſedem. Strumæ & ſcrofulæ, nam utrumque genus ſeparat, & deſcribit. Strumas evaneſcere, & noviter redire. Cum externis ſtrumis internas fere conjungi, potiſſimum meſenterii. Externas dari, etiam in ciliis. Sub cornubus caprarum & ovium naſcuntur vermes, qui per nares & palatum deſcendunt, & in muſcas carnivoras abeunt.

Caroli Valesii de Bourgdieu *Commentatio de peſte & exanthematibus ad* Alexandrum *VII.* Rom. 1656. 4.

Ej. *aphoriſmi prognoſtici* Hippocratis *in febribus acutis, commentariis illuſtrati* Rom. 1659. fol. Hebenstr.

J. *de* Goris *diſſ. de pleuritide infera deſcendente vel hypochondriaca* Pariſ. 4. Falc.

. . . Eberhart *medulla totius praxeos medicæ aphoriſtica ex emendatione* Joach. Schelii & Val. Andreæ Moellenbrokii Erford. 1656. 4.

Franc. Pidoux I. F. M. D. *de febre purpurea* Poitiers 1656. 4. Bur.

Franc. Chomel *de tuſſi* Lion 1656.

Georg. Roscius Sabinus *de peſte* Rom. 1656. 8. Cin.

Manuale medicorum. Aquis ſextiis 1656. 4.

J. Muller *miracula chymico medica* Amſterd. 1656. 8.

Christiani Ostenfeld *oratio in obitum* Thomæ Finkii (avi Bartholini) Hafn. 1656. 4.

Ej *prodomus exercitationum de medicinæ fundamentis* ib. 1656. 4. L.

J. Braun *de vita & morte J. Dueleri prof. Ingolſtad* Ingolſt. 1656. 8. Grienwald.

Pharmacia bipartita Francof. 1656. 4.

Pharmacopœa Ultrajectina Ultraj. 1656. 4.

Catalogus medicamentorum reipublicæ Tauberanæ Rotenburg 1656. 4.

§. DCLXXIV. Varii.

David Valetta medici Veneti, *liguleio aphoriſtico overo promtuario methodico di preſervazione e curazione contro la peſte* Venez. 1656. 4. *. Curationem ſe ſuperſtruxiſſe experientiæ in peſte factæ, quæ annis 1630 & 1631 in urbe Veneta ſæviit, cum auctor ſolus noſodochio Veneto præeſſet. Excuſes accuſatas eclipſes & malignas planetarum conjunctiones. Hiſtoria morbi. In *ghetto* (vico Judæorum) intra ædes cubiculum erat, in quod ægrotos includebant, ita malum non tranſiit ad reliquos ejuſdem domus incolas. Divites debere propriis in ædibus coerceri. Venæ ſectionem excludi a putredine, a petechiis. Febres malignas nunquam non venæ ſectionem poſcere, non ita peſtilentes: venam tali optime ſecari. Primi qui a peſte infecti fuerant, a venæ ſectione adjuti ſunt, non ita, qui malo jam incrementa nacto. Sudorem Ulyſſipone profuiſſe; eum noſter ſuadet ciere, quando malignitas putredine major eſt, & viciſſim. Decoctum D. Ambroſii. Signa majoris malignitatis. Putredinem malignitate majorem indicant petechiæ, quæ abſque bubonibus & anthracibus erumpunt. Veſicatoria ad bubones conveniunt; horum & carbonum cura. Venetiis tamen quinquaginta hominum millia perierunt.

Fabricii Ardizzoni medici Genuenſis, *Ricordi intorno al preſervarſi e curarſi della peſte* Genov. 1656.

Ej. *ragionamento o ſia diſcorſo ſopra l'eſſenza, coſa, ed effetti dell' aqua minerale, li abuſi ed errori che ſi commettono &c.* Genova 1680. Manget.

Conſulti de medici per preſervarſi de' mali correnti nella città di Napoli Rom. 1656. Cinell.

Breve compendio del contagio della citta di Napoli principiante Maggio Napoli 1656.

G. Andrea Lorenzini *Breve compendio del contaggio di Roma dell a.* 1656. In dictione Papali quinquaginta millia hominum periiſſe.

J. Franc. Capello Genoveſe, *epilogo da maraviglioſi ed eſperimentati antidoti contro la peſte* Genova 1656. 12. Cin.

Avertimenti contro la peſte racolti degli ſecretti da P. Ingrassia Genova 1656. 12.

And. Cirini *hiſtoria della cauſe ed effetti della peſte* Genova 1656. 4. Mongit.

Frediano Elici *arca novella di ſanità, trattato ſiſico morale* Lucca 1656. 8. d'Etr.

La ſtimiomachia; ou le combat des médecins ſur l'antimoine Poeme par C. C. (Corneau Caupin) Pariſ. 1656. 8. Falc.

Bineteau *la ſaignée réformée, ſes abus, ſon mauvais & trop fréquent uſage corrigé par quantité de raiſons naturelles & d'autorités d'Hippocrate & de Galien* La Fleche 1656. 8. Bur.

Pierre de Lune *le nouveau cuiſinier* Pariſ. 1656. 8. 2 vol.

Tho de Grey *the compleat horſeman and expert farrier in 2 books* Lond. 1656. 4. B. Bodl.

Rich. Short περι ψυχροποσιας *of drinking water againſt our noveliſts, that preſcribed it in England, whereunto is added* περι θερμοποσιας *of warm drink* Lond. 1656. 8 Pl.

. . . . Irvine *medicina magnetica, or the art of curing by ſympathy* Lond. 1656. 8. an Idem qui Walaei opera edidit.

John. Smith *compleat practice of phyſik* ib. 1656. 8.

Jerem. Girnti *Peſtregiment oder kürzlicher Bericht wie ſich geſund u. kranke in der giftigen Seuche der Peſtilenz verhalten ſollen* Lipſ. 1656. 4.

Leichpredigt auf Andr. Rivinum ib. 1656. 4.

Et *Programma* 1656. 4.

Christ. Farner's *Ehrenrettung wider die Apologie* J. Rud. Glauberi *ſamt angehängter Verantwortung* Stutgard 1656. 8.

Ej. *podagriſcher Triumph* 8. Tr.

Martini Tseh *hovar orvoſſagos ſzép ujj köng watss huji Leutſchau* 1656. 9. 1676. 8. ſ. de cura equorum Weszpremi.

§. DCLXXV. Disputationes.

Michael Lyser *de ſphacelo cerebri* Lipſ. 1656. 4. *. A capite adliſo apoplexia, ſanguis in altero latere ad picis modum niger.

Ej. *de maraſmo* ib. 1656. 4.

Ej. in *cultro anatomico* exſtant *obſervationes* a Bartholino editæ Hafn. 1665. 8. *. 1679. 8 *, quæ huc faciunt. Febris ardentis æſtum ut temperaret, in acervis graminis virentis ſe ſepeliit, ſub iis enixe ſudavit, & convaluit. In virgine artus partim æſtu urente, partim frigore infeſtati. Sudore critico curata febris quartana. Ab uva criſpa mota alvus.

In *Epiſtolis ad* Bartholinum II. n. 73. agit de vomica hepatis.

Sigismund Rupertus Sulzberger profeſſor Lipſienſis.

Ej. *diſp. de mola* Lipſ. 1656. 4. Pl.

Ej. *de ictero flavo* ib. 1665. 4. Id.

Ej. *de ſcorbuto* ib, 1666. 4. He.

Ej. & Michaelis Ettmuller *de morſu viperæ* ib. 1666. 4. *.

Ej. *de iliaca paſſione* ib. 1667. 4. Pl.

Ej. *de rachitide Anglorum* ib. 1668. 4. Riv.

Ej. *de abortu* ib. 1669. 4. He.

Programma in ejus funere Henrici Rapolt ib. 1675. 4. B. Bun.

Jac. Jodocus Raabens *caſus practicus de pleuritide* Jen. 1656. 4.

Ej. *de αἱμοπτυσι ſ. ſanguinis ſputo* Jen. 1656. 4. Menz.

J. Casp. Fausius *de peſte* Heidelb. 1656. 4. Pl.

Ej. *de venenis morbiſque venenoſis* ib. 1656. 4.

Ej. *de paſſione iliaca* ib. 1657. 4. Pl.

Ej. *de morbo nigro Hippocratis* ib. 1657. 4.

Ej. *de morbo Hungarico* ib. 1666. 4. He.

Jac. Israel *de phlebotomia & arteriotome* Heidelbergæ 1656. 4.

Ej. *de febribus in genere* ib. 1665. 4. *.

Ej. *de empyemate* ib. 1665. 4. He.

Ej. *de urinæ incontinentia* ib. 1673. 4. *.

Ger. Thilenius *de ictero* Gieſſ. 1656. 4. *.

Tobias

TOBIAS HEINSIUS *de aſcite* Baſil. 1656. 4. RIV.

CHRISTIAN KIESLING *de ſingultu* Argent. 1656. 4.

NIC. JUNTA *de vertigine* Argent. 1656. 4. PL.

BERN. BREDENBECK *de dolore* Leid. 1656. 4. PL.

FR. LANDRIEU & NIC. MORIN *E. pleuritidi inferæ in principio levior purgatio* Pariſ. 1656.

ANT. *de* SARTE & FR. *de la* CHAMBRE *E. aſthmati thermarum potus* ib. 1656.

DANIEL ARBINET & FR. BOUJONNIER *E. febribus intermittentibus inutilis chinæ chinæ pulvis* ib. 1656.

CHARL. BARALIS & NIC. LIENARD *E. gonorrhææ virulentæ ſuperiorum venarum ſectio* ib. 1656.

ANT. BOURGAUD & ÆGID. *le* BEL *E. a pituita alba hydrops* Pariſ. 1656.

MICH. LANGLOIS & PHIL. CHARTIER *E. poteſt debilius pharmacum crebritate vel copia vires ſupplere fortioris* ib. 1656. Reſponſionem ignoro.

CAR. *le* CLERC & ABR. THEVART *E. conferunt curandis magnis morbis animi pathemata* ib. 1656.

J. BOURGEOIS & NIC. LIENARD *Non E. eclipſes portentoſæ* ib. 1656.

J. MERLET & CL. *de* FRADES *Non E. obſoniis condendis peregrina* ib. 1656.

JAC. PERREAU & ÆGIDIUS *le* BEL *E. piſces convaleſcentibus* 1656.

FRANC. LOPEL & CL. *de* FRADES *E. dyſenteriæ opium* ib. 1656.

CAROL. GUYOT *an ſit in arthriticis affectibus neceſſaria venæ ſectio* Angers 1655. 4. HE.

§. DCLXXVI. PAUL BARBETTE.

PAULUS BARBETTE medicus Amſtelodamenſis, clinicus, inciſor & chirurgus, auctor, aut certe propagator acus triquetræ, & medicamentorum nonnullorum, quæ etiam nunc uſu veniunt.

In *Chirurgia* Belgice Amſterd. 1657. 8. *. 1664. 8. latine a J. MUYS Amſterd. 1693. 12. Patav. 1689. 12. edita, & alibi, aliqui morbi interni tractantur, tum hirudinum & cauteriorum uſus, inflammatio, eryſipelas, oedema, vena Medinenſis, bubo, carbunculus, opthalmia, angina.

EJ. *anatome practica* Belgice, Latine Amſterd. 1659. 8. *. Cum partium corporis humani deſcriptione morbos conjungit, chirurgicos & internos. Ita hydrocephalus, & uvulæ vitia, ſtruma, pleuritis, empyema, inflammatio mediaſtini,

vermes

vermes in pericardio, & hydrops aſcites. Calculi ſupra 200 per anum egeſti cum ægrotus medicamento alvum duceret. Uteri mala. Iſchias.

Ej. *praxis Barbettiana* Amſterd. 1665. 8. *. 1669. 12. L. Belgice vertente Jac. Lescuilie' Roterdam 1665. 8. Amſterd. 1669. 8. Tr. & in *coll. oper.* Breve compendium cum longa ſerie auxiliorum ad quemcunque morbum. Interpoſitæ ſunt adnotationes auctoris. Epilepſia ſola venæ ſectione & medicamento purgante ſanata, tum in alio exemplo, venæ ſectione, laxante medicamento & ſapone cum lacte cocto. Sic in aliis morbis fere exempla felicis eventus. Alii tamen caſus minus ex voto evenerunt, ut angina, quæ ægrotum ſuffocavit, poſt repetitam venæ ſectionem. Scrofulæ ſupra mille a collo ad pubem numeratæ. Pleuritis poſt iteratam venæ ſectionem curata miſtura de taraxaco. Tabidi ſanati. Ab oleo vitrioli caſu deglutito ſingultus, ſucco ſempervivi ſanatus. Scorbutum ſpiritu ſalis ammoniaci feliciſſime ſuperavit. In dyſenterico poſt plurimum ſanguinem egeſtum, inteſtina tenuia ſphacelata, tunicæ eroſæ & perforatæ. Volvulus a ſphacelo coli inteſtini, & alius ab ileo ſepties convoluto.

Cum multis notis recuſam dedit Fridericus Decker Leid. 1669. 12 Amſterd. 1678. 12. *. 1702. 12. Patav. 1676. 12. Venet. 1732. 12. Germanice Francof. 1693. 8. Tr. Lubeck 1700. 1718. 8. Anglice. 1718. 8.

Ej. *beſchryving der peſt* Amſterd. 1662. 8. Lamberg 1663. 8. Tr. 1664. Trew. 1672. 8. *. Ipſe peſtem cominus vidit, & rariores eventus deſcripſit. Iſchuria cum maximo dolore, ſanguinis, deinde puris effluxu ſanata. Carbunculus, ut putat. Multi facit lapidem *del porco*, qui ſudorem cieat, cordi robur addat. Opio feliciſſime ſe uſum, potiſſimum cum vigiliæ urgerent. Emplaſtrum peſtilentiale, quod arſenicum recipit Bubo peſtilens facillime aufertur. Adjectæ obſervationes. Cum hæmorrhagia adeſſet, ſudorem Paulus aliquando non movit, nam cæterum ſudorem ſolebat urgere. Tota glandula bicipiti muſculo inhærens conſumta pars tendinis deceſſit, abſque malo. Bubo abſque ſuppuratione, & bono cum eventu diſcuſſus. Carbunculus abſque febre. Carbunculus in manu igne tentatus, ſed fruſtra. Peſtis recidiva, tamen ſanata. Mota ſternutatione pus de naribus ejectum, morte ſequente.

Hæc *opera conjuncta* prodierunt Leid. 1672. 12. *. & recudi fecit Jacobus Manget Genev. 1683. 4. *. 1688. 4. Trew. Germanice prodierunt Francof. 1673. 4, vertente Philippo Jacobo Waldschmidt, tum Hamb. 1677 8. Tr. Francof. 1683. 8. Lubeck 1692. 8. 1700. 8. Gallice Genev. 1675. 8. Italice Venet. 1693. 12. Tr.

§. DCLXXVII. F. M. v. Helmont.

Franciscus Mercurius van Helmont, J. Baptistæ filius, ipſe patre ſuo, ſingulari viro, etiam magis ſingularis, propriis ubique uſus cogitatis, & in omnia

paradoxa atque inaudita delapſus, peritia chemica inſignis, BOERHAAVIO in ſenectute notus, ad quam ſummam pervenit, magni viri benignum judicium expertus eſt.

EJ. *Alphabeti vere naturalis hebraici delineatio, quæ methodum ſuppeditat, juxta quam ſurdi nati ſic informari poſſunt, ut ad ſermonis uſum perveniant* Sulzbach 1657. 12. *, & Germanice ibid. eodem anno *. Mirus libellus, neque totus inanis. Etſi enim vix credas uvulam, quæ alioquin nihil ad loquelam confert, cum lingua literas hebraicas & earum figuram chaldaicam repræſentare, laudes tamen virum, qui primus modum expoſuit, quo ad quamque literam pronuntiandam os hominis & ejus organa adaptentur: ſurdum etiam loqui docuit, etſi non primus.

EJ. *orgatrice or phyſik refined* Lond. 1662. fol.

EJ. *the paradoxal diſcourſes concerning the macrocoſm and microcoſm* Lond. 1685. 8. *. Belgice Amſterd. 1693. 12. Hamburg. 1691. 8. Macrocoſmum omitto, alias de theoria viri dicturus. In microcoſmo multos ſe gibboſos curaſſe, quibus curandis paratam machinam deſcribit. Aquam emiſſuri, cum tympaniticos ægros ignari medici incidiſſent, cum aere vitam erupiſſe. Morbum equi *a brokenwindneſſ* curari inciſione facta inter anum & caudam, deinde alte in inteſtinum cauterio adacto, denique loco uſto anulo plumbeo confirmato. Ad morſum canis rabidi certiſſimum auxilium ferrum eſſe ignitum. Opio hydropem ſanari & quartanam febrem, cum aliis tamen miſto.

EJ. *ſpirit of diſeaſes* Lond. 1694. 8. FOLKES. *Obſervationes circa hominem & ejus morbos vertente* J. CONRADO AMMAN Amſterd. 1692. 8.

Lego etiam *Vindicias, ſ. de vita diu conſervanda;* Anglicum ſcriptum Lond. 1657. 8, ſed vereor, ne error ſubſit, & ne hic liber ſit GEORGII STARKEYI, chemici.

§. DCLXXVIII. VARII.

ATTILII BULGETII *Patavini de affectionibus cordis tr. in tres libros diviſus. Acc. de morbis venenatis veneniſque tractatus generalis* Patav. 1657. 4. *. Antiqua equidem ratione ſcripſit, & formulas numeroſiſſimas operi immiſcuit. Neque tamen non laudes, quod per experimenta vim pulſificam arteriarum refutaverit. Palpitatio cordis, ſyncope.

FRANC. OSWALDI GREMBS Archiatri Saliſburgenſis, *Arbor integra & ruinoſa hominis* Monach. 1657. 4. 1671. 4. *. Phyſiologia, deinde pathologia viri HELMONTIANI, qui plurima ad archæum auctorem morborum refert. Morbi a capite ad calcem chemice expoſiti. Ita in angina venæ ſectionem nonnunquam juvare, quod archæus in terrorem conjectus de furore ſuo remittat. Intercedunt tamen adnotationes aliquæ. Ita qui laute & edaciter vivebat, conſtrictionem colli

colli periodicam paſſus, ſponte ſanatus eſt, poſtquam fortunis imminutis parcius vivere inſtituit. Dolor immanis pylori a ſumtis cibis, quem noſter pyloro furenti tribuit. Aqua Tettucciana febricula diuturna, & alias pertinax cephalea ſuperata, tum hypochondriaca flatulentia, poſtquam a pnrgantibus medicamentis æger potius pejus habuerat. Colicam ſe ſæpe paucis medicamentis ſanaſſe, ſed cum abſtinentia a vino conjunctis. Tympaniticum ægrum acidis condimentis ſanatum. Qui vino poto ſolebat calculos expellere, denique poſt id remedium convulſus periit, cum lapillus initium ureteris obſideret. Sic porro pluſcula paſſim ab experientia ſua repetita utiliter adſpergit. Inde ad febres tranſit. L. III. agit de longævitate vitæ humanæ. Poſt iſchuriam calculi in veſica fellea, & una in urinaria.

GABRIELIS FONTANI *de veritate medicinæ Hippocraticæ firmiſſimis ratione & experimentorum momentis ſtabilita, ſ. medicina anti Hermetica* Lion 1657. 4. Apologeticon adverſus HELMONTIUM.

EJ. *Epitome tractatus de febribus. Tetras graviſſimorum capitis adfectuum, vertiginis, epilepſiæ, convulſionis & apoplexiæ.* Medica practica utrum mulieribus abortum petentibus more primario adfectis liceat venam malleoli ſecari: an potius ex brachio ſanguinem mittere. Aphoriſmi Hippocratici XV. Apologeticon pro vera Galeniſtarum cura Pleuritidis quorum curatio defenditur adverſus *van* HELMONT. Conſultandi methodus ad quoslibet affectus propoſitos neceſſaria. Prodiit Lion 1657. 4. L.

NICOLAI MORIN medici Pariſini, *Panegyris ſ. ſtadium ſtudii jatrici Pariſini heroico carmine* Pariſ. 1657. 4.

CÆSARIS ZAROTTI *in* MARTIALIS *epigrammata medica & philoſophica enarratio* Venet. 1657. 4.

GUIL. SLATHOLME *nonnihil de febribus* Lond. 1657. 8.

BARTHOLOMÆI TORRINI *Parnaſſus triplex* Taurin 1657. fol.

EJ. *analyſis de ſectione ſaphenæ in ſuppreſſione menſtruorum* ib. 1661. 8. FALC.

EJ. *diſcuſſione ſe ſia bene di cacciar ſangue a fanciulli ſul principio del vajuole* Torin. 1672. ASM.

JACOBI HOLST *de flammula cordis liber* non huc facit.

EJ. *protropium doctrinæ medicæ de febribus* 1657. 4.

EJ. *Epiſtola ad* BARTHOLINUM 77 Cent. III. Calorem tamen febris individuum eſſe comitem.

MICHAEL WAGNER, HELMONTIUS *redivivus, ſ. de morbis tam univerſalibus quam quibuſdam particularibus ad calculum revocatio* Herbipoli 1657.

J. Christ. Fromanni *hiſtoria ſerpentis nuper ex femina expulſi* Duisburg 1657. 4.

Ej. *de conſenſu partium corporis humani* Coburg 1658. 4.

Ej. *de balneis, imprimis ſudatoriis* ib. 1659.

Ej. *quæſtionum medico phyſicarum triga* ib. 1665. 4. Burkh.

Ej. *de venæ ſectione in declinatione morbillorum oborta pleuritide adminiſtratio* Lipſ. 1668. 8.

Ej. *de faſcinatione l. novis & ſingularis* Nurnb. 1674. 4.

Ej. *de hæmorrhoidibus* Coburg. 1669. 4. Nurnb. 1677. 12.

Ej. *tractatus ſingularis de hæmorrhoidibus problematum theoretorum & practicorum centuriæ abſoluta* Nurnb. 1677. 12. Tr.

Ej. *Peſtordnung* Nürnb. 1681. 4.

Ej. *anſer martinianus* Lipſ. 1683. 4. *. miſcellanea cum viribus medicis.

Ej. in E. N. C. II. obſ. 11. In virgine mola inteſtinis incumcens, & aliud exemplum

Bernardi Swalwe *therapeuticus generalis, ſ. artis medendi methodus Walæana methodo confirmata* Amſterd. 1657. 12. *. Jen. 1677. 12. De purgatione, vomitu, ſudore, earumque evacuationum moderamine. Opium optime ſudoriferis addi. Porro diureſis, inedia, ſanguinis evacuatio varia. Inde medicamenta alterantia. Spirituum vitia, vires.

Ej. *querelæ & opprobria ventriculi abuſus tam diætetici quam pharmaceutici* Amſterd. 1665. 12. *. 1675. 12. L. Longas illas apoſitias ſuſpicatur fictitias eſſe. Tabaci fumum ventriculo nocere, neque ſtrictam diætam omnibus convenire: duros homines a molli cibo lædi, per exempla. De cibis ſingulis, & de potulentis; Contra polypharmaciam fraudeſque pharmacopolarum; contra medicamenta metallica, mercurialia, antimonialia, Omnia purgantia nocere. Venena, In febribus neque ſemper alvus ducenda, neque ſemper urgendi ſudores. Ut in variis morbis ventriculus mala adfectus ſit. Ejus morbi, flatus, inappetentia, bulimus, pica, dolor, ardor, ſingultus. Circumforaneos a venenis non lædi, quod pinguibus abſorbtis ſe muniant.

Ej. *alcali & acidum, ſ. naturæ & artis inſtrumenta pugilitica* Amſterd. 1670. 12. *. 1678. 12. Jen. 1677. 12. De ea hypotheſi eo maxime tempore celebri fuſe, & in utramque partem diſputat, potiſſimum de Tachenii placitis, & de fervore ſucci pancreatici cum bile. Poſterius autem cum rationes in novatores producat, adparet his noſtrum non faviſſe.

Ej. *pancreas pancrene* Amſterd. 1668. 12. *. Morbi pancreatis non ſatis expediti. In pancreate ſedem eſſe intermittentis febris, & ab ejus ſucco in inteſtino fermentante. In febrientium cadavere injectum in pancreas liquorem ejus glandulæ acinos non potuiſſe ſubire. In febribus pancreatis cura gerenda. A pancreate adfectio hypochondriaca, ejus ſuccum vix differre ab eo, quem veteres melancholicum dixerint. In morbo longo pancreas corruptum. His fuſe expoſitis contra eadem ſua dubia movet.

Joachimi Jungii *hiſtoria vermium e ſchedis M. S. auctoris a* J. Vagetio *eruta a* D. J. Garmers *orbi erudito communicata* Hamburg 16 . . . 8. Obierat vir inſignis a. 1657. Opus ipſum eſt chaos adnotationum variarum, non perfectum, nec perpolitum.

Andreas Ravenstein *lexicon medicum Græco latinum Caſtellianum recuſum* dedit Roterd. 1657. 8.

Raymond Restaurand *monarchia microcoſmi* Lion. 1657. 4. Rast.

Ej. Hippocrates *de natura lactis ejuſque uſu cum curationibus morborum* Avenione 1677.

Ej. Hippocrate *de l'uſage de boire à la glace* Lion 1676. 12. *. Partem libri I. Hipp. de *diæta* gallice convertit. Ex eo locum excerpit, in quo Hippocrates adverſus ſitim vinum maxime frigidum imperat, & alium, quo ad typhum vinum gelidiſſima aqua temperatum, & alios paſſim, in quibus aquam quam frigidiſſimam commendat. Ipſe deinde ſententiam dicit, ut juniores vino detrahant, glaciei portionem, augeant, cum ſenio contra paulatim vino addant, maxime bilioſi, calidi, corpus vehementer exercentes. A glacie aquam corrigi. Optimum effectum glaciei ſæpe ſe vidiſſe, etiam in cholera morbo. Eſſe tamen ubi noceat.

§. DCLXXIX. Varii ad a. 1657.

J. *v.* Hadden *pleuris geneeſinge zonder aderlaaten* Amſterd. 1657. 8. Contra hunc l. ſcripſerat J. B. v. Lambsweerde, reſpondit noſter in altero, edito 1660. 8. *. qui coram eſt. Commendat ſuccum plantæ *paardebloemen* cum ſyrupo papaveris, ad cochlear omni bihorio aut trihorio ſumendum.

Ralph. Williams *phyſical rarities containing the moſt choice receipts of phyſik chirurgery for the cure of all diſeaſes wich the phyſical of Hermes triſmegiſtus* Lond. 1657. 8.

John. Hall *ſelect obſervations on Engliſh bodies* Lond. 1657. 12.

William Marqueſſ of Newcaſtle general ſyſtem of horſemanſhip Anvers 1657. f. 1674. 8. Carls. Gallice Leid. 1743. fol. Pariſ. 1743. fol. 2 vol. Germanice vertente P. F. Pernauer Nürnb. 1700. fol. 1764. 8. Suecice Stokholm 1752. 8. Morbos equorum continet.

The expert phyſician concerning agues, and fevers London. 1657. 8. BRODL.

MATTHIAS de LARA GILL *practica de fuentes, ſu utilidad: modo de nocer las con muchas advertencias* Madrit. 1657. 4. C. de V.

GIUSEPPE BALESTRA *gli accidenti del mal contagioſo oſſervati nel' Lazaretto all l'Iſola e la ſpecialita de medicamenti eſperimentati* Rom. 1657. 4.

GIACOMO MICCIONI *providenza de morbi particulari* Perugia 1657. 4.

MARCUS GARCIA Chir. Madritenſis, *honor de la medicina aplauſo de la chirurgia Caſtillana la fama de* PEDRO FERNANDEZ Madrit. 1657. 8. C. de V.

Kurzer Bericht wie die Peſtilenz zu curiren ſey Hanover 1657. 4.

Alius titulus *kurzer Unterricht wie der giftigen anklebenden Seuche der Peſtilenz zu begegnen ſey* Hanover 1658. 4.

Apothekerordnung der Stadt Northauſen North. 1657. 4.

J. GUALTHER HIMANTOTOMUS *de incerto urinarum judicio* Quedlinburg 1657. 4. Germanice contra uromantas.

§. DCLXXX. DISPUTATIONES.

CASPAR HANNASCH *miſcellanea medica* Baſil. 1657. 4.

FRANCISCI MEYER *de ictericæ flavæ theoria & therapia* ib. 1657. 4. RIV.

ANDR. SCHULZE *de phrenitide* ib. 1657. 4. RIV.

ADAM NEUFVILLE *de febribus in genere* Leid. 1657. 4. BURKH.

GEDEONIS HOLSTEIN *apoplexiæ hiſtorica* ib. 1657. 4. *.

J. LEPPIN *de lue venerea* Utrecht 1657. 4.

J. HENR. PAULI *de ſecundinarum retentione præſide* T. BARTHOLINO Hafn. 1657. 4. Anatomica laude florentem dixi in *B. Anat.*

CHRIST. HALBACH *de dolore capitis* Altdorf. 1657. 4.

J. ANDR. BOSII *de clinicis eccleſiæ veteris* Lipſ. 1657. 4. PL.

ROB. PATIN & J. B. REVELLOIS *Nihil E. ab annis climactericis metuendum* Pariſ. 1657.

NIC. MORIN & LUD. GALLOIS *An qui cæteris præſtant mente minus præſtant corporis valetudine?* ib. 1657.

PHILIP. DOUTE & FRANC. GOUEL *E. canities a timore* ib. 1657.

NIC. LIENARD & RAPH. MAURIN *E. a ſalacitate vita brevior* ib. 1657.

J. *de* Gorris & Petr. *le* Large *E. eſt certa quædam medendi methodus omnium ſaluberrima* Pariſ. 1657. traditio Pariſina.

Car. Bouvard & Ant. Morand *E. infantibus ſolum lac nutricis* ib. 1657.

J. *de* Bourges & Pet. Cresse' *E. Forgenſium aquarum vices ſupplere poſſunt Paſſianæ* ib. 1657.

Rob. Patin & Franc. Gouel *E. ſenibus vinum parcius dilutius* ib. 1657.

Abr. Thevart & Pet. Cresse' *E. arthritidi thea Chinenſium* ib. 1657.

§. DCLXXXI. J. Jacob Wepfer.

Scaphuſianus, ex præcipuis hujus ſeculi ornamentis, laborioſus inciſor, experimentorum patientiſſimus, clinicus celeberrimus, cui facile condones, ſi quidem venia aliqua indiget, quod archæum præſidis nomine admiſerit, cui principio fere ea officia tribuebat, quæ vulgo nunc ſolent irritabilitati tribui, aut in Gallia principio vitali.

Ej. *hiſtoria apoplecticorum obſervationibus & ſcholiis anatomico medicis illuſtrata* Scaphuſ. 1658. 8. *. 1675. 8. *, quæ editio plenior eſt, Amſterd. 1681. 4. 1724. 8. *. Egregium opus, cujus præcipua pars meris eſt in corporum inciſionibus. Per eas conſtitit Wepfero, cauſam apoplexiæ multiplicem eſſe, & eos omnes caſus comprehendere, in quibus ſanguinis ad cerebrum acceſſus impeditur: inter eas cauſas eſſe compreſſionem cerebri, factam a ſanguine de ruptis venis in ventriculos effuſo. Hydrocephali inciſio. Vertigo boum ab hydatide cerebrum premente. Sanguis de poro cutaneo exſiliens. Curatio per ſanguinis revulſionem Sanguinem ſub cranio effuſum aliquando ſponte diſſipari. Cum ſomnambuloni cranium fiſſum fuiſſet, abſque trepano reſtitutus eſt. Vermes hepatis bubuli habitare in bilis vaſis, non in ſanguineis. Hydatides propria encheireſi ex vertiginoſis jumentis extractæ, quales etiam in cerebri ſanguis effuſus, in altero hydatides plexus chorioidei. Plurima intercedunt utilia, quæ ſigillatim repetere non licet, hujus enim pretii libros totos oportet legere.

Ej. *hiſtoria anatomica de puella ſine cerebro nata* Scaphuſ. 1665. 8. & in E. N. C. Dec. I. ann. IV.

Ej. *cicutæ aquaticæ hiſtoria & noxæ commentario illuſtratæ* Baſil. 1679. 4. *. 1716. 4. *. Leid. 1733. 8. *. In immortali libro plus eſt experimentorum, quam facile quiſquam unquam vitalium ad verum revelandum fecerit, potiſſimum ad effectus irritatarum primarum viarum & dati veneni. Neque contentus enim incidiſſe, & accurate in cadavere indagatum eſſe mala a cicuta aquatica ſumta nata; vivis animalibus numeroſis in experimentis venenum dedit, deinde viva accurate incidit, ut & vivorum ſymptomata videret, & a morte mutationes, quas a morbo viſcera paſſa eſſent. Adjuvarunt Cl. viri gener Brunner & J. J Harder.

Primum

Primum accurate exponit ſymptomata & inciſiones hominum, qui a cicuta aquatica interemti fuerunt; mortes, coagulationem, frigus ante mortem perpetuum in dyſentericis, quod pariter vidi, ſed paradoxo effectu a poto ſpiritu vini ſuperveniſſe WEPFERUS. Non reperit in febribus acutis ſanguinem cogi. Polypi cordis. Ætiologia ſymptomatum a cicuta deglutita ortorum. Felis inciſa, cui a partu uterus inflammatus, fœtidiſſimis lochiis plenus erat. Epilepſiæ ſymptomaticæ exempla: clyſteribus ſanata. A cancro ſecto nunquam convulſionem oriri, neque ab eroſis partibus genitalibus, a funiculo ſeminali utique. Plura exempla epilepſiæ a terrore natæ, etiam in infante. Alvus mota a ſolo de purgantibus colloquio. Inde experimenta in vivis animalibus facta, cum eadem cicuta, & ſymptomatum inde ortorum hiſtoria. Vomendi mechaniſmus, diaphragmatis, & ventriculi actio. Inde alia venena. Napellus: cocculi, ab iſtis primæ viæ inflammatæ, ſanguis floridiſſimus, ſic a vomica. Canis, cui dati cocculi, gramen quæſivit, declutivit, & vomuit. In pelvi renis canini coagulum, grumoſum & ren fere deſtructus. In nullo animalium ſanguis coactus. Porro vomica nux, helleborus, jalapa, corona imperialis, ſolanum, belladonna, hyoſcyamus, cum aliis ejus veneni ab hominibus ſumti effectibus. Tunc mineræ, antimonium, ab ejus vitro vomitus & veſicula bile plena; ab eodem hypercatharſes, tuſſicula, alia incommoda. Arſenicum, auripigmentum. Arſenici ad febrem ſuperandam fruſtraneus uſus. Ab arſenico ſudor frigidus, lac datum in grumos coactum, & per annos ſumma debilitas ventriculi ſuperſtes. Exempla ubi vomitus arſenici periculum ſuſtulit. Puer pigmentum lambſerat, quod ſandaracham recipiebat: vomuit, convulſus eſt, deglutire nequivit, periit. Ab eo veneno ventriculus inflammatus, tunica interna eroſa, ſanguis grumoſus in pectore effuſus. Canis decem granis ſublimati mercurii captis alvo ſurſum deorſum mota nihil paſſus eſt. Puer 30 menſium ſervatus lacte equino, cum grana octo cum ſemiſſe mercurii ſublimati ſumſiſſet. Cicutæ utilitas ex variis auctoribus: apparet vulgo intus datam fuiſſe. Orvietanni venditores venenum ſumturi, & oleoſis ſe muniunt, & vomitu ſibi conſulunt, perituri niſi vomuerint.

Codices MS. bene multos noſter reliquit. Eorum aliquos nepotes BERNARDINUS & G. MICHAEL WEPFERI ediderunt, & titulum fecerunt *Obſervationes medico practicæ de affectibus capitis internis & externis* Scaphuſ. 1727. 4.*. Spiſſo volumine continentur 222 morborum hiſtoriæ, quarum guſtum aliquum interim dabimus. Ad epilepſiam, aliquot ægrotorum narrationes & diaria. cum conſiliis, ſæpe nulla cum adnotatione eventus. Valeriana plurimum uſus eſt, in pluſculis exemplis felix. Ad maniam & melancholiam alvum molliebat, ſerum lactis dabat, denique ſeculi vitio etiam abſorbentia. A fumo carbonum pene ſuffocatus. Memoriæ vitia, ut etiam vulgatiſſimorum oblivio ægrum debilitaret. Veſicatoriis noſter utebatur; & memorabiles hujus mali varietates recenſet. Paſſim feliciter curavit.

Epiſtolæ ejus exſtant apud VERZASCHAM pluſculæ, & alia. Ad BARTHOLINUM IV. ep. 13. A febre intermittente tumor indolens hypochondrii ſiniſtri, lienis, ut videtur.

Cum

Cum E.N.C. prodiit *vita viri* ILL. a genero BRUNNERO ſcripta, eadem cum *obſervationibus de morbis* capitis recuſa. Ex longo malo moriens juſſit incidi corpus ſuum, quo etiam a morte publice prodeſſet: aorta boni ſenis oſſeis ſquamis varia fuerat.

Ej. in E. N. C. multa ſunt adnotata.

Dec. I. ann. I. Lien magnus 6. l. pondere, alvus dura, apoplexia. In ventriculo ulcus, idemque flatu facillime ruptus eſt.

Ann. II. obſ. 39. Colica ex vino, ut putat. Inde pareſis, abſceſſus meſenterii.

Ann. VI. obſ. 116. experimenta nupera cum cicuta aquatica facta. Pereuntes inde homines: alii vomitu ſervati.

Obſ. 119. ad cervi inteſtina & in ſcroto maximi tumores adhærentes, folliculis lamellatis, aqua, materie varia pleni, intus cavernoſi.

Ann. VII. obſ. 16. In canis ventriculo tumor quaſi de pediculo ſuſpenſus, vermibus teretibus plenus, muco inmerſis.

Ann. VIII. obſ. 1. de vermibus in ventriculo lupi viſis.

Obſ. 68. Vitia appetitus. Qui cum per quinquennium a matre nutritus fuiſſet, per integram reliquam vitam non alio alimento abſque ſummo incommodo vivere potuit, niſi quod ligna varia comederet; ei alvus conſtanter tarda fuit: idem ex hydrope periit. Quæ ſolo lacte vixit puella. Alius qui ad an. 47. carnium odorem averſatus eſt. In monaſterio pica varia inter virgines dominata eſt. Qui arenulas per ſex dies in ventriculo retinuit, male ab iis habuit.

Ann. IX. obſ. 229. In phthiſico, purulenta rejiciente, hæmoptoe ſupervenerat: pulmo undique adſperſus tumoribus exiguis, albis, ſubrotundis. Abſceſſus in aſperam arteriam aperiebatur, particulæ pulmonis fundum petebant, natabant aliæ.

Ann. X. obſ. 171. Abſque injuria externa, poſt multa mala; abdomen plenum flatu fætidiſſimo: ileo inteſtinum paulo ſupra cæcum ruptum, & paſſim idem inteſtinum ulceroſum & gangrænoſum. Docta ad hunc morbum commentatio.

Obſ. 172. Ex lapſu, ut videtur, 36 hora mors: inteſtinum fæces & aërem per foramen in abdomen dimittebat.

Dec. III. ann. I. obſ. 135. Ab inſultu epileptico proxima mors ſupervenit. Vaſa cerebri ſanguine turgida, circa occiput ſanguinis libra effuſa.

Obſ. 136. ex terrore vox vitiata, ut cantillare videretur, cætera ſanus. Cartilago ſcutiformis per medium fiſſa erat, & pars altera depreſſa, altera eminebat. Clamori forti in præcone (*Nachtwächter*) hoc malum WEPFERUS tribuit.

Apud LENTILIUM in *miſcell.* Hydrargyrus in ſceleto repertus: Apud PEYER *hydr. ovar.* exemplum hydropis ovarii cum pilis piloſis.

§. DCLXXXII. Varii.

August. Gallarati *de peragendis in peſte & peſtiferis affectibus* Ticin. 1658. 4. Cat.

Francisci Cavalli *de inſito morborum medicum opus & novum* Catanæ 1658. 8. Mong.

Casp. Calderæ de Heredia *tribunal medicum, magicum & politicum* Lond. 1658. fol. Straſb. 1663. fol. In P. I. prognoſis fallacia in communi & in particulari: obſervationes ſelectæ medicæ. Theſeus climactericus peregrinus. Antitheſeus expugnatus. Conſultatio de palpitatione cordis. De pulmonis & pectoris tuberculo. Judicium de ratione minorandi in praxi Hiſpalenſi. App. ad quæſtionem de V. S. in talo. De potionum varietate, de chocolata. Auxiliorum chemicorum judicium æqua lance libratum. De peſte Hiſpalenſi. In P. II. Tribunal continetur medico magicum; in P. III. Tribunal politicum. Acc. l. de facile parabilibus.

Ej. *Tribunalis medici illuſtrationes. Febrium & ſymptomatum accuratiſſima curatio. L. de facile parabilibus* Antverp. 1663. fol. Separat Lindenius.

Separari debet Petrus Michael de Heredia Complutenſis, quem dicemus.

J. Bapt. Bindi *Loimographia ſ. hiſtoria peſtis contagioſæ, quæ a. 1656. in Eccleſiaſticam ditionem fuit illata* L. V. Rom. 1658. 4. Mazuch.

Ej. *de nova epilepſiæ differentia conſultatio* Rom. 1658. 8. Bur.

Simon de Molinariis *Ambroſia Aſiatica, ſeu de virtute & uſu herbæ The ſive Cia* Genuæ 1672. 12. *. In botanicis dixi: elogium potius eſt herbæ theæ, ad omnes pene morbos, epilepſiam etiam & catochum. Medicamentorum nonnullorum formulæ. Virtutes aquæ communis.

Ej. *de trochiſci de vipera compoſti* Genova 1664. 4.

Josephi Faulisi *de virtutibus Xalappæ, quod non ſit venenoſa, neque hepati, ventriculo, cordi inimica, neque nimis laxativa* Panorm. 1658. 4. Mongit.

Phlebotomia heroico carmine adumbrata Pariſ. 1658. 4. Falc.

Martin Schook *de butyro* Groning. 1658. 12. 1664. 12. *. Hiſtoria phyſica butyri, ejus noxæ, quando nimis ubertim in uſum recipitur. Caſei noxæ & averſationis exempla.

Ej. *de ſignaturis fetus & nævis* Groning. 1659. 12. Immenſa compilatio.

Ej. *de cereviſia* 1661. 12.

Ej. *de fermento & fermentatione* 1663. 19. L.

Ej. *de inedia medicamento univerſali* Groning 1664. 12.

Ej. *de ſternutatione* Amſterd. 1664. 12. L.

Diſpenſatorium Hafnienſe a medicis urbanis & aulicis concinnatum Hafn. 1658. 4.

Christ. Ehlwart *metrica deſcriptio peſtis, quæ a. 1667. M. Julio primum affligere cepit, & quingentos circiter homines ſuſtulit, cum gratiarum actione* Colberg. 1658. 4. Oelrichs.

Joachimi Hildebrand *Oratio de fundatione Academiæ Juliæ. Acceſſit* Henrici Meibom *de fundatione urbis Helmſtadienſis oratio* Helmſt. 1658. 4. Tr.

Ej. *de jejunio prælectio* recuſa cum Christ. Henric. Ritmeyer ib. 1719. 4. Tr.

J. Andr. Graba medici Erfordienſis *caſus laborantis affectu hypochondriaco cum ſymptomatibus ſcorbuticis* Gieſſ. 1658. 4. Pl.

Ej. *Beſchreibung der unaufhörlichen giftböſen anfälligen Landfiebern* Erfurt 1660. 8.

Ej. *kurze Erinnerung von der hin und wider graſſirende Seuche der Blattern u. Maſern* ib. 1661. 8.

Ej. *kurzer Unterricht vom Scharbok* ib. 1661. 8.

Ej. *medicinaliſche Erinnerung wie man ſich bey jeziger gefährlichen böſen Seuche von der Peſt verhalten möge* ib. 1666. 8.

Ej. ελαφογραφια, *ſ. cervi deſcriptio phyſico medico chymica* Jen. 1667. 8. *. In cervo pene panaceam ad omnes corporis humani morbos invenit: cornu cervi, chemicæ ejus præparationes, ſal volatile, bezoar, ſanguis, medulla: formulæ quas quæque pars cervi præparata ſubit, morbi quibus opponi ſolent &c.

Carolus Patin, Guidonis fil, vir doctus, antiquitatum amans, in exſilium ivit, quod mandata regia neglexiſſet, & Patavii docuit.

Ej. *de optima medicorum ſecta oratio inaug.* Patav. 1676. 4.

Ej. *oratio de febribus* ib. 1677. 4.

Ej. *oratio de* Avicenna, *habita a.* 1676. Patav. 1678. 4. B. Bun.

Ej. *oratio de ſcorbuto* Patav. 1679. 8.

Ej. *quod optimus medicus debeat eſſe chirurgus* ib. 1681. 4.

Ej. *oratio quod medico chirurgo liceat abſque artis dedecore etiam beſtiis mederi* Venet. 1682. 4.

Ej. *oratio medicinam practicam non ſatis æſtimari* ib. 1682. 4. Riv.

Ej. *de peſte* Patav. 1683. 8. Aug. Vind. 1683. 4. B. B. Primarium medicamentum adverſus peſtem Carolinam eſſe antidotum, cui a Carolo Borromeo nomen ſit, compoſitam ex medicamento ſudorifero, cardiaco, & purgante. Ipſum Carolum carbunculo correptum, eum propria manu incidiſſe, pus emiſiſſe, ita ſymptomatibus omnibus finem feciſſe.

Ej. *quod optimus medicus debeat eſſe polymathes* ib. 1684. 4.

Ej. *Lycæum Patavinum* Patav. 1682. 4. *. Vitas & icones profeſſorum univerſitatis ſui temporis tradidit, eas inter ſuam aliquanto fuſiorem.

Ej. *oratio in febribus medendis inſpiciendum eſſe lotium* Patav. 1688. 4.

Ej. *theoremata philoſophico medica de vita & morte* Patav. 1685. 4.

Ej. *ερωτηματα ιατρικα de medico* Patav. 1685. diſp.

Ej. *flores medicinæ theoreticæ* Patav. 1686. 4.

Ej. *opiniones medicæ de febribus* Patav. 1687 diſp.

Ej. *oratio luem Veneream non eſſe morbum novum* Venet. 1687. 4.

Ej. *de remediis ſpecificis Oratio* Patav. 1689. 4.

Ej. *de remediis ſudoriferis* Patav. 1689. 4. Riv.

Ej. *de aorta polypo epiſt.* Brix. 1731. 8. Smith. niſi error eſt.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* X. *obſ.* 123. Hydropicis aquis ſubito evacuatis mors ſupervenit.

Ej. *commentarius in* M. Artorii *medici* Cæsaris Aug. *cenotaphium ex Græcia adlatum* Patav. 1689. De aſclepiadeæ ſectæ medicis.

Carolus *de* Laurendiere edidit Melampum *de nævis* Gr. lat. & Cardani *metopoſcopiam* Pariſ. 1658. fol.

Caroli Barbeirac *quæſtiones medicæ duodecim* Monſpel. 1658. 4. *. Medicus reformatæ religioni addictus, ſimpliciſque curationis amans. Potum nive refrigeratum ſanitati convenire, chalybem viſcerum obſtructionibus, vomitum ſuffuſioni. Philtris amorem conciliari. Scirrhum & exquiſitam quartanam cauſa convenire & curatione. Contra antimonialium uſum in febribus putridis. In variolis erumpentibus, & bubonibus peſtilentialibus, venam debere ſecari. Annos climactericos non eſſe pertimeſcendos. Summus clinicus. Vieussenio audiit.

Ej. *medicamentorum conſtitutio*, *ſ. formulæ editæ & auctæ* a D. M. Monſpelienſi (Jacobo Farjon) Lion 1751. 8. *. 1760. 8. Fatetur editor, incertum eſſe num C. B. verus auctor ſit. Formulæ, 1. Claſſes medicamentorum, qualia Monſpelii in uſu ſunt. Apozemata numeroſa, ut in Arabicis ſcholis ſolent. Additamenta paſſim adjecta ſunt, etiam criticæ notæ, & refutationes aliquæ. Ita cum Barbeyracus helleborum nigrum in apozemate adverſus melancholiam adhibuiſſet, editor monet, hanc radicem nimis ſiccare, & ſpiſſare; monet idem, ne in rheumatiſmis viperina juſcula nimis libere adhibeantur, profutura ſi ſpiſſitas humorum adfuerit. Potio quæ corticem peruvianum recipit, cum ſale abſinthii, hic enixe laudatur. Remedium Arabicum ad hydropem, quod Pariſiis potiſſimum ex ſanitate D. Herault reſtituta famam adquiſivit, ex antimonio crudo, croco martis aperiente, ſcammonio mixtum. Inter emetica plurimo in uſu eſſe ſirupum emeticum Glauberi; neque debere medicamenta antimonialia ſuſpecta eſſe, cum in morbis acutis princeps fere mali fomes in ventriculo reſideat. De Ipecacuanha & Simaruba Cl. Farjon. Juſcula, formulæ Monſpelienſibus propriæ & familiares, inter eas juſculum viperinum, ubi monetur, non ſemper neque in iis morbis convenire, cum quibus acrimonia conjuncta fuerit.

Iterum

Iterum Cl. F. adnotat, amygdalarum ſuccum ventriculo ſæpe moleſtum eſſe. Deſcribit *ptiſanam regiam* ex lignis, adjectis alvum ducentibus paratam. Sic pulpam colocynthidis in decocto ſudorifero admiſceri, cum monitore pariter mireris. Purgantia bonum lactis effectum turbare. Lac caprillum verno tempore aſinino præferri. Cum virum illuſtrem vomitus acidi, cum terra effervescentis, liquaminis mire vexarent, BARBEYRACIUS ægrotum ſolius lactis pro cibo & potu uſu conceſſi ſervavit. Aquæ minerales Gallicæ aliquæ; potiſſimum Balarucenſes. Aqua levis, non mineralis, diluendis humoribus apta, *du Maine* dicta. Vomitus omnium ciborum cum colico dolore, hic Bellilucanis a D. SIDOBRE ſublatus. Corticis peruviani uſum debere aliquamdiu continuari, etiam quando febris ceſſaſſe videtur; nocere tamen in vino infuſum (imo vero efficacius operatur, nimis vero utique efficaciter, quando timetur, ne æger nimium caleſcat). Aliæ laudes corticis Peruviani. Coffea, Thea, Chocolata. Laudatur coffeæ uſus viris ſtudioſis & ſenibus proficuus; nocere quoties ægrotus hæmorrhoidibus obnoxius eſt, aut eryſipelati. Nihil in acore ventriculi ſuperando aloe efficacius. Pulvis de gutteta etiam nunc frequenti in uſu eſt.

EJ. *traités nouveaux de médecine contenant les maladies de la poitrine des femmes & de quelques autres maladies ſelon les nouvelles opinions* Lion. 1654. 12.

Recuſum cum tit. *Diſſert. nouv. ſur les maladies de la poitrine, du cœur, de l'eſtomac des femmes, vénériennes, & quelques maladies particulieres*, Amſterdam 1731. 12. Laudat frictionem hydrargyri.

EJ. *elogium* ad a. 1699. reperitur in Hiſtoire literaire de Louis XIV. par LAMBERT.

SYLVESTRIS RATTRAY M. D. Glaſgovienſis, *Aditus novus ad occultas ſympathiæ & antipathiæ cauſas inveniendas per principia philoſophiæ naturalis ex fermentorum anatomia hauſtâ patefactus* Glaſgov. 1658. 8. L. Tubing. 1660. 12. *. & in *Theatro ſympathetico* Nurnb. 1660. 12. *. 1662. 4. *. Antipathias, etiam herbarum & aliorum medicamentorum, ad morbos certos curandos. Plurima fabuloſa.

Hoc *theatrum ſympatheticum*, in quo ſympathiæ variæ ex libellis DIGBÆI, PETRINII, HELMONTII &c. aliorum repetuntur Nurnb. prodiit 1660. 12. *. 1662. 4. *. V. in chirurgicis T. I. p. 367. Multa tamen paſſim habet, pleraque equidem fabuloſa, quæ ad medicinam internam referas.

MICHAEL BOYM miſit a. 1658. ex Regno Sina I. *de pulſuum doctrina ſ. clavem medicam*. Ea a PHILIPPO COUPLET ejuſd. ſocietatis a. 1686. cum appendice ad *ann.* IV. *Dec* II. E. N. C. edita eſt, qui l. diverſus eſt a CLEYERIANO, quem dicemus. Icones aliæ vere Chinenſes, ut facile ex longis adgnoſcas unguibus, quos CLEYERUS non habet, & in quibus externæ fere partes & puncta exprimuntur, qua ſede pulſus tangitur, tum medici manum prehendentis legitimus geſtus. Cum vero

CLEYERI opuſculum multis libellis fiat, hic capita ſunt 17. quæ CLEYERUS non habet, ut a decimo octavo incipiat. Compendium anatomes, & phyſiologiæ, a BOYMIO ad Chinenſium placita ſcriptum, cum recenſione locorum pulſuum, & humorum ſcaturiginibus. Tum pulſus tangendi ratio, locus, tempora, fuſe. Numerum pulſuum cum numero reſpirationum comparat, & prognoſtica a pulſibus ſumta, ſpecieſque pulſuum tradit.

LUDOV. JACOBILLI *Bibliotheca Umbriæ* Fulginei 1658. 4. CARR.

§. DCLXXXIII. VARII.

MARTINI ARREDONDO *Albeiteria* Madrit. 1658. C. de V.

ANT. DE SAN BONAVENTURA *Lazaretti della citta e riviera di Genova del anno 1657 ne quali ſi narrano l'operazioni di quelli ſi ſacrificano alla ſalute del proſſimo, e ſi danno le regole del ben governare un popolo flagellato della peſte* Genova 1658. 4. MAZUCH.

GUISEPPE COLANTONIO *ragguaglio della peſte ſcuoperta nella citta di Rieto a. 1656.* Rom. 1658. 4. *. Hiſtoria potius quam medica relatio. In montanis, ſaluberrimo loco, ſita urbs infecta fuit peſte, bubonibus, carbonibus & petechiis nigris fecunda, dum tamen morbus pertinaciter diſſimulabatur. Acorem noſter dabat vitriolicum & theriacam. Vi denique & ſuppliciis bonus ordo in civitate reſtitutus fuit, & tria conſtituta noſodochia, infectum, dubium, & ſanum. Pauci mortui ſunt. Octoginta diebus domus clauſæ fuerant, & cum aperirentur, peſtis recruduit.

MIGUEL PARACUELLOS *libro de Albeitar y qual ſi contien multas coſas* Savagoſſa 1658. 8. 1702. 8. Hæc editio aucta eſt arte equorum calceandorum C. de V.

Alphabeto delle materie ſpettanti all arte de ſpeciaria Bologn. 1685.

G. ALFONSO BORELLI magnus mathematicus. Lego ſed nimis ſero, anno jam 1649. ſcripſiſſe, *delle ragioni delle febri maligne di Sicilia* negli anni 1647. 1648. Coſenza 1649. 12. MAZUCH.

EJ. *della cauſa de febri maligne* Piſa 1658. 4.

In *Poſthumis* MALPIGHII, *epiſtolæ* aliquæ BORELLI exſtant, de morbo epidemico, qui a. 1661. Piſis graſſatus eſt. Ventris dolor aderat, vomitus frequens, ſitis, inquietudo; levamen a fluore ventris, non ita a venæ ſectione. Pulmones ſani, nullum in cadavere vitium, niſi moles felleæ veſiculæ aucta.

In *l. de motu animalium* P. II. Rom. 1681. & 1689. 4. *. de dolore caput legas, cujus proxima cauſa non ſit ſolutio continui, ſed utique nervi vellicatio. Laſſitudo. Convulſio, cujus cauſa ſit moleſta nervorum mordicatio. Tumor. Febris, quæ non fiat a fermentatione aliqua, neque a ſanguinis putredine, aut ab alia quacunque corruptione, ſed a ſpirituum acrimonia cor irritante & nervos.

Theoria

Theoria periodorum, ſymptomatum febrilium. Curationem febris vix medicamentis deberi. Venæ ſectionem & purgationem alvi aliis conferre, aliis nocere. De vaporibus ſpecus ad lacum Agnanum.

STEPH. BRACCIOLINI *bewährte Roßarzneyen* eſt liber II. cum PLUVINELLO editus Erford. 1658. 8. CARLS. Primam editionem ignoro.

MARIN HAMEL *diſcours de la cure & de la préſervation de la peſte* Rouen 1658. 12. FALC.

J. CHRISTIAN GEILFUS *truz podagra* Augſpurg 1658. 8.

EJ. *de terra ſigillata Laubacenſi* . . . .

EJ. *inſtitutiones medicæ* Augſp. 16 . 8. TR.

Treatiſe of phlebotomy with the uſe of cupping glaſſes and leeches Lond. 1658. 8.

§. DCLXXXIV. DISPUTATIONES.

MARTINUS FRIDERICUS FRIESE Profeſſor Lipſienſis.

EJ. *de hyſteralgia ſ. dolore uteri* Lipſ. 1658. 4.

EJ. *de epilepſia* Lipſ. 1658. 4. HE.

EJ. *de medico naturæ imitatore* Lipſ. 1664. 4.

EJ. *coralliorum tinctura examen* ib. 1665. 4. 1679. 4. HE. PL.

EJ. *de tuſſi* ib. 1667. 4. HE.

EJ. *de aſcite* ib. 1664. 8. HE.

EJ. *de podagra* ib. 1673. 4.

EJ. *de auctoritate medici* 1680. 4.

EJ. *de ſalivatione* ib. 1648. 8. HAEN. RIV.

EJ. *de apoplexia* HE. anno omiſſo.

HIERONYMUS BAUHINUS περι της περιπνευμονιης Baſil. 1658. 4. PL.

EJ. *de odontalgia* Baſil. 1660. 4.

EJ. & TSCHIENTSCHI *de diarrhœa* Baſil. 1663. 4. *.

EJ. *prolegomena medica in ſuccinctas theſes reducta* Baſil. 1665. 4.

EJ. *theſes medicæ de peſte* Baſil. 1666. 4. PL.

EJ. *de tertiana intermittente* Baſil. 1666. 4. PL.

EJ.

EJ. *de catarrho* Baſil. 1665. 4. PL.

J. DIETR. BRANDES *de epilepſia* Utraj. 1658. 4. PL.

ANT. BERCKHUYS *de arthritide* Groning. 1658. 4. PL.

ANT. GUNTHER FRIDERICI *de hæmorrhoidibus immodicis* Lipſ. 1658. 4. PL.

MART. WEISE *de phthiſi* Leid. 1658. 4. PL.

JACOBUS *de* PAZ Malacitanus Judæus *de ſyncope* Leid. 5418, quod interpretor 1658. 4. *.

CASPAR MARCH *de apoplexia* Roſtock 1658. 4.

EJ. *programma ad præparationem theriacæ Andromachi* Kiel 1665. 4.

EJ. *de affectu hypochondriaco* Roſt. 1665. 4. HAEN.

EJ. *de menocryptia* Kiel 1666. 4. PL.

EJ. *conſilia de memoria conſervanda*, cum HENR. MULLER *eccleſiaſtico* Roſtock 1654. 8. MOELLER.

EJ. *de melancholia hypochondriaca* ib. 1673. 4. MOELL.

GEORG. CASP. KIRCHMAIER de *vita & morte* Witteb. 1658. 4.

EJ. *de aranea imprimis & de tarantulis* ib. 1660. 4. HE.

EJ. *de paſſionum & corporis morborum traduce* Witteb. 1684. HE.

EJ. *pathologia vetus & nova* Witteb. 1685. 8. TR.

J. JACOB SCHUSTER *de pica ſ. malacia* Argent. 1658. 4. RIV.

HENR. COELLER *diſquiſitio morbum ſacrum veluti ignotum in republica medica humani corporis hoſpitem vulgata medicorum de eodem dogmata refellendo ac veram eſſentiam ſedem declarando introducens* Gieſſ. 1658. 4. *.

J. FITZMANN *de phthiſi* ib. 1658. 4. *.

ANT. BIGORRE *declaratio laureæ.. triumphus novem celeberrimis quæſtionibus medicis pro more completus* Monſpel. 1658. 4.

J. BACMEISTER dictus eſt T. II. p. 676. ſed omnibus computatis, puto huc potius referenda eſſe, ut prima diſputatio ſit anni 1658. tantum ut addatur.

EJ. *de cachexia* diſp. ib. 1658. 4.

EJ. *problemata phyſiologico medica* ib. 1664. 4.

PETRI PERREAU & FRANC. GOUEL *E. hydropi elaterium* Pariſ. 1658.

J. ARM. de MAUVILLAIN & ANT. JOH. MORAND *E. febribus putridis cardiaca* Pariſ. 1658.

BERTIN

BERTIN DEUXIVOYE & LUD. GALLOIS *E. febri quartanæ Peruvianus cortex* Pariſ. 1658.

STEPH. BACHOT & PETR. *le* LARGE *Non E. affectibus melancholicis manna* Pariſ. 1658.

J. B. MOREAU & FAB. PERREAU *Non E. colico & nephritico dolori eadem remedia* ib. 1658.

EUSEBII RENAUDOT & MICH. DENYAU *E. arthritidi pyrotica conveniunt.* ib. 1658.

MICH. *de la* VIGNE & J. GALLOIS *Non E. in medendo acrium ſalutaris uſus* ib. 1658.

PETR. PERREAU & RAPH. MAURIN *E. melancholicis venus* ib. 1658.

STEPH. BACHOT & J.B. *de* REVELLOIS *E. utendum cibis ſimplicioribus* ib. 1658.

§. DCLXXXV. THOMAS WILLIS.

Inciſor, in hypotheſes proclivior, potiſſimum chemicas, & effervescentias.

Ej *diatribæ duæ*, 1, *de fermentatione*, *ſ. de motu inteſtino particularum in quocunque corpore.* 2, *de febribus*, *ſ de motu earumdem in ſanguine animali* Haag 1659. 12. L. Lond. 1660. 8. L. 1662. 8. *. 12. Amſt. 1663. 12. L. 1665. 12. L. 1665. 8., ut legi, 1669. 12. Leid. 1680. 12. Hæ editiones tertia parte auctoriores ſunt quam prima.

Liber *de fermentatione* phyſici fere argumenti eſt, aut certe ad fermentationes pertinet, quas noſter putat in animalium ventriculo, ſanguine, liene, ſemine & fere ubique locum habere. Morbos a fermentatione eſſe, & unumquemque ſuas tragœdias fermenti cujuſdam ope ludere. Corruptio & putredo.

In tr. *de febribus* in ſanguinis elementa inquirit: quatuor antiqua elementa refutat, iis tria elementa chemica ſubſtituit. Febrem oriri a mala fermentatione & ſanguinem duplici effervescentia cieri, quaſi naturali, & alia præter naturam. In febre effervescentiam fieri a ſucco nutritio depurato, congeſto, unde ſanguinis dyſcraſia. Ut febres medicamentis emeticis curentur. Febres ſingulæ, & cujuſque periodus, & curatio. Hæc fit diaſcordio, ſale abſinthii. In quartanæ curatione fidelem corticis peruviani efficaciam laudat. Febres continuæ ab effervescentia ſpirituum, ab inflammatione partis oleoſæ ſanguinis, aque contagio. Singularum febrium hiſtoria. Pulſuum uſus in prognoſtico, & urinæ, quam & plurimi facit. Curatio; vomitum movet, ſanguinem mittit, cereviſiam dat tenuem, lactis ſerum, refrigerantia omnia. Pulſus intermittens non ideo malignus eſt. Febris maligna a ſanguine aut nimium diſſoluto, aut conpacto. Peſtis cum ſymptomatibus. Vomitum hic

movet, inde ſudorem. Febres malignæ; epidemica illa anni 1643. cum ſtupore. Variolæ. Gravis caſus ſola refrigerante curandi ratione ſuperatus: alias ab hæmorrhagia. Tertianas febres victu tenui & alvum ducentibus ſanat; quartanam emeticis, ſudorificis, etiam ſalivatione: Peſtem evacuantibus metallicis & alexipharmacis. Venæ ſectionem defendit. Febris purpurata catarrhalis anni 1638. cum virium proſtratione. Alvum ducit, veſicas trahit.

In *Urinæ* analyſi aliquanto plus profecit, ad quam & exhalatione uſus eſt & ſubſidentia, & admiſtis quæ vocantur *reagentibus*. Colorum aliorumque adtributorum urinæ ſignificationes. Habet etiam morborum rariorum memoriam aliquam. Calculorum generatio. Calculi intra membranam veſicæ tanquam cyſtidem incluſi: ejuſmodi membrana, cruſta arenoſa plena, a femina egeſta. Sanguis, carnium quaſi fruſta, tubuli cum urina excreti, morbus ſpiritu vitrioli ſanatus. In alio pus & ſanguis cum urina prodiit; cum ceſſaret prodire, febris mali moris ſucceſſit, quoad abſceſſus ſponte natus pus iterum funderet. Ren a morte alter nihil reliquerat ſui præter membranam, altero calculis repleto, quorum unus inpactus ureterem claudebat. Sedimentum farinaceum album, quod decidit, & urinam limpidam relinquit, nunquam non calculum indicat &c.

Ej. *cerebri anatome* Lond. 1664. 4. *. 1664. 8. *. & alias. Princeps viri opus, anatomici utique argumenti, Phyſiologica admiſta habet, pathologica pauca. Mireris docere bonum virum, humores per infundibulum & in glandulam pituitariam ferri, & in proceſſus mammillares, & per os cribroſum trajicere, etiam exemplis adductis, ut feminæ, cui de naribus aqua ſtillabat limpida, cum gravi cephalæa & vertigine laboraret. A nervorum conjunctione & adfectione varia, ſympathia & alia ſymptomata. Suffocationis ſenſus in gutture, ab adfecto nervo intercoſtali: vomitus in adfectu nephritico.

Ej. *Pathologiæ cerebri & nervoſi generis ſpecimen, in quo agitur de morbis convulſivis & de ſcorbuto* Oxon. 1667. 4. L. Amſterd. 1668. 12. L. 1670. 12. Lond. 1678. 12. *. editio quarta, ab auctore locupletata. Pergit hypotheſin ſuam proponere, ſpirituum ſe explodentium, in varias acrimonias degenerantium, multaſque huic hypotheſi hiſtorias medicas interponit. Morbum hypochondriacum in cerebro ſedem habere. Convulſionum cauſam utique ſæpe, etiam in cadavere inciſo, oculos fugere. Frequens eſt aqua in cerebro effuſa abſque epilepticis aut convulſivis motibus. Non in meningibus cauſam convulſionum ſedere. Vertiginem epilepſia ſecuta eſt, quæ circa pubertatem erupit. Alia, cui menſibus in ordinem redactis morbus deſiit. In epilepſia noſter vomitum antimonialibus ciet, pæonia utitur, oleo ex ſale veneris &c. Convulſiones. Fonte in cervice, deinde veſicis excitatis, cum puer ſanus videretur, ſucceſſit tamen crurum imbecillitas & paralyſis. Opii in hyſterica femina felix effectus. Aliam veſicatoria empl. curarunt, & alcalia volatilia. In alia convulſiones in inſaniam perpetuam tranſierunt. Malum hyſterici ſimile in viro. Ventriculi tumor hyſtericus. Febris epidemica anni 1661, cum tuſſi, ſtupore, etiam phreneſi & cerebri adfecti ſignis,

ſæpe

ſæpe valde diuturnis; in cadavere intuſſuſceptionem inteſtini vidit, pulmonem nigrum, cerebrum aqua irrigatum. Nulli dies critici obſervari potuerunt, noſter emetica dabat. Adfectus hyſtericus periodicus. In hyſterica femina uterus ſanus, quinta ab abortu hebdomade. Tuſſi convulſiva abſque vitio pulmonum a nervis, ut videtur, nata. In ſcorbuticis adnotat, ſe crepitum oſſium motorum percepiſſe. LINDIO cæterum diſplicuit, quod omnia confuderit, arbitrarias ſcorbuti claſſes fecerit &c. In ſanguine ſulfureo ſalinum & ſalino ſulfureum vitium eſſe, & in nerveo liquido tria genera acrimoniæ ſedem habere.

EJ. *adfectionum quæ dicuntur hyſtericæ & hypochondriacæ pathologia ſpaſmodica vindicata contra* NATH. HIGHMOR. *Acc. diſſ. de ſanguinis accenſione de motu muſculari* Lond, 1670. 8. Leid. 1671. 12. *. Genev. 1675. 4. Contra HIGHMORI placita WILLISIUS defendit, malum hyſtericum & hypochondriacum nervorum vitium eſſe. Paſſim tamen bona aliqua habet. Polypum cordis in pueris poſt febriculam aſthma facere. In teneris corporibus a clyſteribus flatulentiam inteſtinorum & ventriculi excitari.

In *l. de motu muſculari* aliqua habet de ſpaſmis. In hyſterica femina videri paroxyſmum ab *αναισθησια* initium facere, deinde caput inclinari, brachia & crura rigere; ſuccedere cuique generi motuum alios contrarios: his denuo alios longiores, & demum emproſthotonum & opiſthotonum; huic malo paralyſis crurum ſucceſſit.

EJ. *de anima brutorum exercitationes duæ. Altera pathologica morbos qui cerebrum & nervoſum genus afficiunt explicat eorumque Therapejas inſtituit* Lond. 1672. 4.*. 1672. 8.*, Amſt. 1674. 12. L. Primam exercitationem anatomicam & phyſiologicam omitto. Altera multas habet hypotheſes de ſpiritibus lucidis degenerantibus.

Multa tamen etiam utilia intercedunt, curationes integræ & inciſiones cadaverum. Morbos autem capitis recenſet, cum cujuſque cauſis. Cephalalgiam terebrato cranio HARVEIUS ſanare volebat. Quæ inveteratæ luis venereæ effectus eſt, eam ſalivatione non debere tractari, quæ fere infeliciter ſuccedat, producto exemplo. Veterinarios arterias incidere. Cephalæa diuturna in lethalem lethargum tranſiit; aliud exemplum, ubi cephalalgiæ paroxyſmus in ſoporem, ſed minime malignum abiit. Aliud exemplum hemicraniæ, cui tumores in collo, convulſio & rigor funeſti eventus ſucceſſerunt. In alio exemplo vaſa cerebri & meningum ſanguine pleniſſima fuerunt, ventriculi ſero. Iterum morbus meningum craſſo ſanguine diſtentarum, ipſæque totæ phlegmone adfectæ. Aliæ cephalææ periodicæ. Lethargus ſæpe fit a ſeroſa cerebri colluvie. Exemplum mali a nimia doſi opii ob colicos dolores ſumti nati; inde oppreſſio ventriculi, ſyncope & mors intra tres horas. Subita mors abſque cauſa probabili in cadavere conſpicua. Lethargum pene ſemper venæ ſectionem requirere. Convenire veſicatoria emplaſtra ſincipiti admota. A cucurbitula cum multa flamma lethargicus homo ſanatus; ſic alius, tamen ut memoriam amiſerit. Tres homines WILLISIUS ſanavit profundo ſopore obru-

obrutos, cum radicem, ut ſuſpicatur, hyoſcyami ediſſent. Vomitum movit, clyſteres acres ſubjecit. Vinolentus homo, qui hydropem ſolebat abſtinentia facillime abigere, cum porro poculis indulgeret, in profundam ſomnolentiam incidit, aque coffea & ſtimulantibus liberatus ex aſthmate periit. Pervigilium & coma vigil. Vertigo. Sanatus æger antimonialibus emeticis. Alium noſter reſtituit, cui crura intumeſcebant cum paralyſi & oblivione. Apoplexia: ejus ſpecies, quam noſter habitualem vocat. In cadavere apoplectici nullum repertum vitium, cui apoplexiæ cauſa imputaretur. Paralyſis: eſſe ubi thermæ noceant. Paralyſis cum oculi immutabilitate, & univerſi corporis torpore & debilitate, cum ſanguis in ventriculum cerebri effuſus eſſet, & ab eo thalamus opticus, corpus calloſum atque corpus ſtriatum comprimeretur. Ex febre intermittente colica, deinde paralyſis, ſuperata ſalivæ fluxu per præcipitatum hydrargyrum excitato. A lethargo paralyſis. Abſceſſus in rene principia, & effuſa ſanies cerebrum multa aqua circumfuſum, qua etiam ventriculi ultra modum turgebant, unde cæcitas. In alio phrenitico partim, & partim apoplectico, ventriculi cerebri aqua pleniſſimi. Omitto phrenitidem, melancholiam &c.

EJ. *pharmaceutica rationalis*, *ſ. diatriba de medicaminium operationibus in corpore humano* T. I. Oxon. 1674. 4. *. T. II. 1675. 4. *. Totum opus Oxon. 1678. 8. *. Haag. 1675. 12. L. 1677. 12. *. Anglice, vertente D. PORTAGE Lond. 1683. fol. Ejuſdem generis utilis liber, cui tamen noſter immortuus eſt. Anatomica & phyſiologica omitto, illa non optima. Vomitus. Qui deglutire non poterat, niſi virgula, cui ſpongia adfixa erat, detruſa viam cibo in ventriculum præiret; totis ſedecim annis. Emetica medicamenta & eorum agendi ratio, ſcriptiones. Vomitus nimius, ut compeſcatur. Purgatio & purgantia medicamenta. Mali effectus draſticorum purgantium. Ab hypercatharſi ungues nigri & cruſtoſa de tota cute ſcabies. Contra olei olivarum vim purgantem. Dyſenteria Londinenſis incruenta, & altera anni 1670. cruenta, cui contemporanea ſolet eſſe febris quædam anomala. Noſter dabat rheum, theriacam, medicamenta adſtringentia, diacodium ad unciam, (qua tamen doſi perparum operatur). Diureſis & diuretica medicamenta, eorumque ſcriptiones. Diabetes, qui ſanguinis eſt deliquium. In calculoſo poſt diuturnam lotii retentionem mors, cum nihil in uretere obſtructum videretur. Saporem mellitum lotii adfuiſſe; laudat ſpiritus alcalinos volatiles. Curatio, cypreſſi nucleis, gummi, rheo, ſirupo de meconio. Adſtringentia parum prodeſſe. Sudatio & medicamenta ſudorifera. Sudoris nimii poſt quartanam febrem exemplum. Diſpoſitio ad morbos catarrhales. Sudor immenſus multorum annorum, ut multæ unciæ ſudoris de femoribus in pelvim defluerent. Sudor Anglicus. Medicamenta cardiaca. Palpitatio cordis cum auricula cordis dextra immenſum turgida eſſet, pulmo obſtructus. Opii uſus & damna: ſudorem movere & alexiteriam vim exercere. Ab opii uſu in cacochymo hydrops anaſarca: repetito opii uſu & paulatim aucto ſanatus, ſudore ingenti excitato. Immanes dolores non tantum opii uſu ſedati, ſed omnino ſublati. Noxæ variæ ejuſdem opii; mors ſubita per ſoporem, etiam abſque ſopore.

Pectori

Pectori nocere, & adpetitum tollere. Felem ab exigua opii doſi necari, canem ne a magna quidem, neque a duabus drachmis. Coffeam aliquid ſtuporiferi habere.

P. II. Reſpirationis vitia. Venæ pulmonalis lapidea durities, ut vix guttatim ſanguis in cor deſtillaret. Pulmones tumidi ſanguine obfarti. Tuſſis. Phthiſis, etiam nervoſa. Acorem ſulfureum tabidis conferre. Tuſſis puerorum convulſiva epidemica; ad eam curandam lichen pyxidatus. Balſamica laudat. Hæmoptoe, a cauſa ſcorbutica, poſt ſalivationem nata. Hederam terreſtrem vehementer laudat. Hæmoptyſis curata carcere & aquæ ſolius potu. Peripneumonia. Poſt repetitam venæ ſectionem noſter ſpiritum ſalis ammoniaci dedit, veſicas copioſe traxit, felici eventu. Pleuritis. Venæ ſelectum parum laudat. Empyema. Sectio in eo malo alias felix, alias morti impediendæ impar. Alii ægri a morte inciſi, quos forte ea paracenteſis ſanaſſet. Vomica pulmonis. Exemplum fonentis emollitæ & apertæ vomicæ, & in fiſtulam abeuntis. Aſthma. Senex, cui a ſomno graviſſimi paroxyſmi imminebant, malum gummi ammoniaco mitigabat. Hydrops pectoris. In juvene pulſus quaſi vaſis rupti, inciſo pectore hactenus reſtitutus. Alium noſter uſu calomelanos reſtituit. Icterus. Aſarum adhibet, & lumbricorum pulverem. Morbus hepaticus. Hydrops aſcites. A nimio potu hydrops. Hydrops hydragogis ſanatus. Tympanites. Anaſarca. Phlebotomiæ uſus ſanguinis copiam minuit, miſtionem emendat, motum inordinatum corrigit. Selectus venarum. De vena brachii ſanguis mittitur, quoties ſubito magna plethora deplenda eſt. Ad revulſionem potius in pede, aut de hæmorrhoidum venis, ſanguis trahitur. Medicamenta iſchæma. Veſicatoria: Non conveniunt hominibus calidæ temperiei. Materiem morbi tamen auferunt, & loco criſeos ſunt. Fonticuli. Morbos cutaneos omitto.

Opera omnia prodierunt Genev. & Lion 1676. 4. B. B., qua editione ea comprehenduntur, quæ recenſui; porro Genev. 1680 4. L. Amſterd. 1681. 1682. 4. Venet. 1720. fol. Anglice 1684. fol. Folk.

Lego etiam Willis *Receipts for the cure of all diſtempers* Lond. 1701. 8.

Et Willis *plain and eaſy method againſt the plague* Lond. 1691. 8. Nomen tamen Thomæ in catalogo legi, ſed in operum collectione non redit.

§. DCLXXXVI. G. Blasius.

Gerardus Blasius, Leonhardi fil., medicus Amſtelodamenſis, qui juniores medicos domi alere ſolebat, & in arte inſtituere, potiſſimum etiam in brutis incidendis.

Ej. *impetus* J. Primerosii *in* V. F. Plempium *retuſus* Amſterd. 1659. 4.*.

Ej. *de noviter inventis oratio habita* 6. Oct. 1659. Habet v. Beughem.

Ej. *oratio de iis quæ naturæ, quæ homo arti debet* Amſterd. 1660. fol.

Ej. *medicina generalis nova accurataque methodo fundamenta exhibens* Amſterd. 1661. 12. *. Breve compendium univerſæ medicinæ, etiam anatomes, phyſiologiæ & pharmaceutices.

Ej. *medicina univerſalis hygieines & therapeutices fundamenta methodo nova exhibens* Amſt. 1665. 4. Schulz.

Ej. *Inſtitutionum medicarum compendium diſputationibus* 12 *abſolutum* Amſterd. 1667. 12.

Ej. *apologia ob editionem operum* Pauli Barbette ib. 1672.

Ej. *obſervationes medicæ rariores* ib. 1677. 8. *. Plurima ſpectant ad anatomen corporum morboſorum. Tumores cartilaginei, hydatici, ſpongioſi capitis, ex quorum aliquo multa lympha coagulabilis prodiit. Cum omnia vomitu reddita fuiſſent, colon inteſtinum duobus locis connaum erat, & mire arctatum. Abdomen pene cartilagineum & partim cancroſum. Uteri durities cartilaginea cum mola accreta, ut pondus librarum eſſet octodecim. Ovarium plenum veſiculis & cartilagineis tumoribus, materia pingui, pilis: multum etiam oſſeorum concrementorum. Poſt dolorem inſignem hepatis abſceſſus, aliique per abdomen, alius etiam in meſenterio. Pulmo inflammatus cum ſuppurationis initiis. Hydrops pericardii, veſicula fellea plena craſſa materie, intus in cruſtam coacta. In veſica fungus ſuppuratus, de quo carunculæ deceſſerant. Ventriculus hominis a frigido potu præcipiti morte abrepti inflammatus. Pancreas ſcirrhoſum; lien permagnus. Ilei inteſtini intus ſuſceptio. Veſicula fellis mole aucta. Ductus cyſticus cartilagineus; ſic uterus, aliquoties. Loco renis ſteatoma, in quo calculi: alias ren alter per ſuppurationem conſumtus, & pulmo alterius lateris poſt aſthma. A partu laborioſo uterus ſuppuratus. Ulcus uteri & vaginæ. Veſica urinaria enormiter dilatata. Poſt cardialgiam & ſputum ſanguineum & purulentum, ventriculus enormiter dilatatus & eroſus. Polypi in corde, in cerebri ſinubus. Poſt vomitum cruentum ventriculus ſanguine plenus. Aorta arteria ſupra cor oſſea, & alias in arteria oſſeæ particulæ. Vermis cum urina excretus. In corde calculus & in ductu Whartoniano. Calculus pene circularis in aſthmatici ægri pulmone, & lapillus in hepate cochleam referens. Vermes ex rene prælongi.

Ej. *medicina curatoria methodo nova conſcripta* Amſterd. 1680. 8. Moeller.

Idem edidit P. Morel *methodum præſcribendi formulas* Amſterd. 1659. 12. 1665. 12. 1680. 12.

Tum Beguini *tyrocinium chymicum*, Philippi Muller *miracula chemica*, *myſteria medica* ib. 1659. 12.

Ej. *diſp. de ictero* ib. 1682. Moeller.

§. DCLXXXVII. Varii.

Francisci Plempii *munitio fundamentorum* V. F. Plempii *adverſus* J. Primirose Lovan. 1659. 4. potius phyſiologica. Lego etiam Amſterd.

Ej. *loimographia ſ. tractatus de peſte* ib. 1664. 12.

Joseph Zamora y Claveira *pathologicæ elucubrationes, in quibus explicantur ſex* Galeni *libri de morborum & ſymptomatum differentiis eorumque cauſis* Saragoſſ 1659. fol. Seguier.

Jacobi Mancini *ars viſitandi infirmos* Venet. 1659. 8.

Octavius Ferrarius literator Patavinus his temporibus floruit, natus anno 1607.

Ej. *l. de balneis veterum* exſtat in *collectione Theſ. antiq Rom* Græv. III.

Ejus *Epiſtolæ;* Vita viri apud Patinum in *Lyceo.*

. . . . Whitmore *febris anomala* Lond. 1659. 8.

J. Conr. Wechtler perſonæ imp. Leopoldi medicus, *Homo oriens & occidens* L. II. *Hominem ad corruptionem delabentem comitatur* Francof. 1659. f.*. Vaſtum volumen merito ignoratum. Scholaſtica methodus fuſiſſima; multum arabiſmi & inutilium ſpeculationum.

Joach. Polemanni *novum lumen medicum* Amſt. 1659. 12. 1660. 12. 1699. 12. 1747. 8. Tr.

J. Ebeling *vita* Erhardi Stedii *medici hexametris græcis* Wolfenbuttel 1659. 4.

Hieron. Kromayer *programma ad funus* Philippi Muller Lipſ. 1659. 4. B. Bun.

Pharmacopœa Hagienſis Haag. 1659. 4, & 12. Tr.

Tobias Andreas Profeſſor Francofurti ad Viadrum.

Ej. *caſus epileptici* Duisburg 1659. 4.

Ej. *de catarrhis* Francof. Viadr. 1675. 4.

Ej. ſed anonymi *de calculo in equo obſervato* Act. Erud. 1682.

J. Gorrhaei junioris *animadverſio in libellum* J. Lanæi *chirurgi togati, quo Hippocratis aphoriſmos in novum ordinem, meliorem ſi Diis placet, digeſſit* Pariſ. 1659. 4. Sa.

Christiani Marggraf Stadenſis, *de convulſione diſp.* Franeker 1659. 4. 4. He.

Ej.

Ej. *materia medica contracta exhibens ſimplicia & compoſita medicamenta officinalia, ſelecta, cum viribus doſibus methodoque deligendi, præparandi & componendi* Amſt. 1682. 4. Gunz Leid. 1716. 4. *. Breve compendium. Primum claſſes medicamentorum. Eadem ſecundum vires, deinde ſecundum formas, & penum ex qua ſumuntur. Altera ſectione labores pharmaceuticos deſcribit, tertia & quarta formas medicamentorum præparatorum, ſiruporum, pilularum, cum diſpenſatorio medicamentorum uſitatorum. Ut ſpecimen dem compendii; in clyſtere primo loco ſuſcipientia recenſet, quantitatem deinde, tunc copiam ſinguli medicamenti, quod clyſterem ingreditur; urinam in hydrope ad tres uncias, Philonium ad drachmas duas, quadruplum doſis per os ſumtæ. Sic per ſingula. Compoſitorum & eductorum ſcriptiones integræ, cum modo præparandi, utendi, & medicatis viribus. Intercedunt minus vulgaria aliqua, ut aqua antepileptica Amſtelodamenſis, aromatica cum ſpecificis, quæ putabantur, paeonia imprimis. Decoctum vulnerarium Londinenſium, valde compoſitum, ut pleraque. Sirupum papaveris cardiacum vocat, quem ego lenientem & refrigerantem in me ipſo experior, tantum ut doſis unciarum duarum, & trium ſit, etſi vellem vim nimium ſacchari abeſſe. Pulveres chemici. Croco antimonii in peſte Leidenſi a. 1667. optimo ſucceſſu Marggravius uſus eſt, quem negat corrodere. Sic bezoardicum minerale laudat, quod alcalina vi humores *edulcoret*.

§. DCLXXXVIII. Varii.

Carlo Morisiano *torchio dalle oſſervazioni della peſte di Napoli nell anno* 1656. Napoli 1659. 4. Mongit.

Iconographie & vies des hommes illuſtres du dix-ſeptieme ſiecle Amſterdam 1659. fol.

Nic. Lienard *diſſ. ſur la cauſe de la purgation* Pariſ. 1659. 4. Falc.

Pierro Alziari *concluſions ſur le boire à la glace ou à la neige* Toulouze 1659. 8. Falc.

Requête de la faculté contre les titres de faculté, de licence, de bachelier à MM. du Parlement Pariſ. 1659.

Extrait des regiſtres du conſeil du Roi du 29 Août 1655. *Extrait des Regiſtres du Parlement du* 15 *Sept.* 1659. Pariſ. 1659.

J. Pistorii *conſilium antipodagricum, oder Zipperlein Bericht* Halberſtatt 1659. 4.

Jonas Zippel *podagriſcher Triumph* Altenburg 1659. 8.

Andere conſultation den podagriſchen Stand wieder honorabel zu machen 1659. 4. ſi huc facit.

Scharboks Spiegel oder ausführliche Beſchreibung &c. Nürnberg 1959. 12.

Taxe des Roſtocker Apotheker Roſtock 1659. 4.

Will

WILL. BULLEYN *a dialogue wherein is a good regiment againſt the fever peſtilence &c.* Lond. 1659. 8. MEAD.

Pharmacopœa Londinenſis or the London diſpenſatory Lond. 1659. 8.

Counteſſe of Kent choice manual or rare and ſelect ſecrets in phyſik and chyrurgery Lond. 1659. 12. 1676. 24. quæ editio eſt decima ſeptima. De pulvere Vaſconico, lapide contrayervæ.

§. DCLXXXIX. DISPUTATIONES.

FLORIAN GERSTMANN *de ictero flavo* Gieſſ. 1659. 4. *.

J. ALB. SEBIZ *de ſyncope* Argent. 1659. 4. PL.

EJ. *de inedia* ib. 1664. 4. *.

EJ. *de phthiſi* ib. 1665. 4. *.

EJ. *de cachexia* ib. 1665. 4. RIV.

EJ. *de colica* ib. 1665. 4. *.

EJ. *de vertigine* ib. 1666. 4. legi & 1668.

EJ. *de Æſculapio inventore medicinæ* 1669. 4. PL.

EJ. *de fonticulis* 1669. 4. HAEN.

EJ. *pathologicarum exercitationum prima* 1669. 4. *.

EJ. *ſecunda* ib.

EJ. *tertia* 1669. 4. *.

EJ. *quarta* 1670. 4.

EJ. *quinta* ib. 1670. 4. *.

EJ. *ſexta* 1670. 4. *.

EJ. *ſeptima* 1670. 4. *.

EJ. *octava* 1670, 4. *.

EJ. *nona* 1671. 4. *.

EJ. *decima* 1671. 4. *.

EJ. *undecima* 1671. 4. *.

EJ. *duodecima* 1673. 4. *.

EJ. & J. VAL. SCHEID *decima tertia* 1673. 4. *.

EJ. *decima quarta* 1674. 4. *.

EJ. *decima quinta* 1674. 4. *.

Ej. *decima ſexta* 1675. 4. *.

Ej. *decima ſeptima* 1675. 4. *.

Ej. *decima octava* 1677. 4. *.

Ej. *decima nona* 1678. 4. *.

Ej. *vigeſima* 1679. 4. *.

Ej. *vigeſima prima* 1682. 4. *.

Ej. *vigeſima ſecunda* 1682. 4. *.

Ej. *vigeſima tertia* 1682. 4. *.

Ej. *vigeſima quarta* 1682. 4. *.

Ej. *vigeſima quinta* 1682. 4. *.

Una continua paginarum eſt ſeries. Tractatus ſunt miſcellanei, ad veterum ſaporem.

Ej. *Nachricht von dem anderthalbjährigen Faſten einer annoch lebenden Haderslebiſchen Jungfer* 1724. 8. Boehmer.

J. Mich. Kuhn *de fluxu menſium nimio* Leid. 1659. 4.

Arnoldi Syen *de hydrope aſcite* Leid. 1659. 4. Riv.

Theod. Steudner *de auditus diminutione & abolitione* Leid. 1659. 4. He.

Petr. Schreckinger *de phthiſi* Argent. 1659. 4. Pl.

Pauli Etschenreuter δραχμοληπτον, *ſ. calculus perutilis medicis & ægrotantibus, ſi ſcire deſiderent, quot grana ſingulorum ingredientium medicamentorum in drachma una adſumantur: acc.* δραχμολογια, *ſ. partium drachmæ doſes* ib. 1659. 4. Riv.

Esaias Luderens *de ictero flavo* Altd. 1659. 4. Riv.

J. Ever. Kirchhof *de gutta roſacea* Altdorf. 1659. 4. He.

Sam. Kaldenbach *de incubo* Francof. V. 1659. 4. Pl.

Petri Benoit *quæſtiones medicæ duodecim* Monſpel. 1659. 4. *. Ad praxin iſtæ. *E. vita ſine ſomno tranſigi non poteſt. E. ſenes minus ægrotant. E. luis venereæ prima origo ab antropophagia. E. vita ſine alimentis aliquot annis non poteſt conſervari. E. in ulcere ventriculi cathartica.*

Caroli Fesquet *quæſtiones medicæ duodecim* Monſpel. 1659. 4. *. *E. algores diei ſexti in febribus continuis ſiniſtri ſunt judicii. E. aſtrologicæ obſervationes medicis abſurdæ. E. luis curatio per guaiacum quam per hydrargyrum tutior. Non E. datur catholicum purgans omnes humores. E. in dolore venæ ſectio & frigida. E. ex matre mortua fetus vivus. E. vulnera recens occiſorum præſentibus occiſoribus ſanguinem fundunt naturaliter. E. plica polonica a tarantiſmo differt. E. pulſus dicrotus ſemper pernicioſus. E. cataphoræ poſſunt jungi phrenitidi & venæ ſectionem poſtulant.*

Petri

Petri Cresse' & J. Groult *E. ſomnolenti ſtolidi* Pariſ. 1659.

J. B. Moreau & Dion. Puylon *Non E. idem in aſſumendis alimentis ordo* ib. 1659.

Euseb. Renaudot & Ant. Raffine' *E. melancholicis accommodata parvæ pilæ exercitatio* ib. 1659.

Isaac Renaudot & Ant. *de* Caen *E. vinum Hiſpanicum confert melancholicis* ib. 1659.

Ant. Morand & Car. *de* Laval *E. ſomnus viſceribus vigilia jucundior* ib. 1659.

Raph. Maurin & J. Groult *E. orgaſmi tempore purgandi opportunitas* ib. 1659.

J. Maurin & Dion. Puylon *E. ſine ſanguinis in corde concoctione παλμος* ib. 1659.

Edm. Charrier & Ant. *de* Caen *E. Pariſini ab Aquilone tuſſi obnoxii* ib. 1659.

Fab. Perreau & Ant. Rufin *E. volvulo balneum* ib. 1659.

§. DCXC. Georg Hieron. Welsch.

Auguſtanus, Med. Lic., nec unquam Doctor, vir eruditus, orientalium linguarum peritus & nuperarum, magnus codicum manu ſcriptorum collector, quos multos edidit, aſtrologiæ faventior. Multa edidit, plura inedita, ſed ad prelum parata, reliquit, cum ante diem obierit, annis non major 53.

Ej. *diſſ. de ægagropilis*, *ſ. calculis in rupicaprarum ventriculis reperiri ſolitis* Aug. Vind. 1660. 4. *. Non ingrata lectu varietas. Ægagropilas habet varias, intus fibris filiſque & radiculis, ſpinis, foliis, cauliculis fartas, exterius coriaceas & cortice quaſi ligneo tectas; easdem diſſolvit. Cogi a ſalſis illis aquis putat, quas hæc animalia lambunt (*ſulzen*). Non ex ſolo Doronico conpingi. Vires medicæ. Calculi lamellati ex colo inteſtino equi. In omento rupicapræ repertam fuiſſe ægagropilam oſſeam, rotundam, ſolidam.

Editio II. 1668. 4. *. multo plenior eſt, cum *altera diſſertatio*, eaque amplior acceſſerit, in qua multa varietas de animalibus congeneribus, de herbis, quibus paſci putes, de ſtrumis earumque cauſis, de ciborum digeſtione, loci fere auctorum, quibus noſter nihil addidit. Tunc decades curationum, quas in morbis acutis his ipſis ægagropilis noſter debuerit. Multa ad rem diæteticam.

Ej. *ſylloge curationum & obſervationum medicinalium Centuriæ* VI. Marcelli

Cumani, Jeremiæ Martii, Achillis Gasseri, Udalrici Rumler, Hieronymi Reusneri & *ſuarum obſervationum epiſagmata centum* Augſp. vel Ulm 1668. 4. Veteres auctores dixi, qui hic conjuncti reperiuntur. *Epiſagmata* centum Welschii ſunt adnotationes. Multas ex Italia ſecum in Germaniam retulit, ſumſitque ex chartis Johannis Prevot & Pauli Marquart Slegel. Aliqua ſuperſtitioſa, ut harpyja elephanti formam referens.

Prioribus vetuſtis adnotationibus notulas adjecit & loca ſimilia. Hydrargyro diſſolutus calculus. Mors ex tumore ſteatomatoſo adipe pleno, hepati adnato. Quæ ex hæmorrhagia uteri mortua eſſe putabatur, altero die revixit. Emetica non debere in febribus exhiberi, niſi poſt venæ ſectionem. Acerbiſſima cephalæa, ſanata ſcarifatione & temporum uſtione. Maniam herba Paris fuiſſe ſuperatam. In menſibus maligne fluentibus alterius lateris ſtupor. Poſt novum morbum *Frieſel* cæcitas. Idem malum curatum. Phthiſis meliori in aere curatio, tunc ſuffitu, hæc a Veslingio perfecta. Abſceſſus cartilaginis mucronatæ, ferramentis candentibus uſtus. A cordis polypis (adipem vocat) aſphyxia. Vir ruminans abſque malo ſapore: intus pyloro adnata caruncula. Volvulus hydrargyro ſanatus. Integri abdominis tumor. Aqua hydropica intra omentum incluſa. Subita evacuatio in hydrope funeſta. Omitto reliqua.

Ej. *exercitatio de vena medinenſi ad monita* Ebnsinæ, *ſ. de dracunculis veterum* Aug. Vind. 1674. *. *Acc. diſſertatio altera de vermiculis capillaribus infantum.* Doctum iterum opus, neque ex vulgatis ſcriptoribus, ſed ex puris utique fontibus collectum, etiam ex rariſſimis codicibus. Caput eſt Avicennæ, cum ampliſſimis commentariis, nova verſione critica, ex adnotationibus ad omnia, quæ ullo modo Avicenna tetigit. Homines ex India reduces ſecum venam medinenſem adtuliſſe. Vermes animalium viſceribus circumplicati ex Gordii adfinitate. Alii vermes. De re cibaria plurima & docta collectio, & de materie medica. Non probes, quod in aliena & ſuperflua delabatur, qui de draconibus & ſerpentibus a noſtro cutaneo verme alieniſſimis fuſe commentetur, ipſa de Laocoontis ſtatua. In experimentis parcior eſt, ut qui neque morbum, de quo ſcribit, niſi ex hodœporicis noverit. Curatio ex Arabibus.

Altera diſſertatio mera eſt compilatio. Vermes in corde teretes, articulati; alii etiam ejuſmodi vermes in hepate, inteſtinis.

Synopſis utriuſque diſſertationis.

Ej. *Obſervationum hecatoſteæ* II. *obſervationum phyſicomedicarum* Aug. Vind. 1675. 4. *. Varia rariora omnis generis ad rem naturalem facientia, & ad materiem medicam. In Centuria I, Glans plumbea hæſerat in animalis corpore folliculo obducta. Vitrum medicinale Avicennæ adverſus calculum. Summa macies. Lana querna ad ſanguinem ſiſtendum idonea; prodromus Agarici Broſſardiani. Roris ſolis efficacia adverſus peſtem.

In altera varia practici argumenti, & arcana medicamenta continentur. Purulenta

rulenta deceſſio ex meſenterii abſceſſu. Cephalalgia ceſſans, cum ſanguis ex naribus flueret. A repulſivis in podagra funeſta convulſio. Opii uſu averſa podagra. Reſiduum reſinæ Jalapæ & ipſum alvum ducere. Pro panacea ANWALDI, noſter enim in univerſum ſpecificis & panaceis faventior erat. Phthiſis a magno liene. Febris tuſſiculoſa, quam noſter credit a nemine fuiſſe deſcriptam. Morbus malignus epidemicus verminoſus. Volvulus hæmatodes Auguſtæ Vindelicorum endemius. Vermis de umbilico erumpens. Vulnera methodo MAGATI ſimplici deligatione ſanari, neque ſympathia opus eſſe.

EJ. *ſomnium* VINDICIANI *ſ. deſiderata medicinæ* Aug. Vind. 1676. 4. *. Satyra eſt multis verborum ambagibus obvoluta, potiſſimum in CASPARUM HOFMANNUM, nimis in GALENUM acrem. De THEODORO GAZA malo interprete. Conſilium de condenda ſocietate pro iis colligendis, quæ Arabes & Orientales viri utiliter ſcripſiſſent. Linguæ Arabicæ in medicina utilitas. Deſiderata medicinæ, nempe fere omnia, quæ cuncta noſter elaboranda ſuſceperat.

EJ. *conſiliorum medicinalium centuriæ* IV. *Acc. Exoticarum curationum & obſervationum medicinalium chiliades duæ* Aug. Vind. 1675. 4. 1698. 4. *. In priori opere conſilia ſunt Italorum paulo pleniora, ex ſeculio XVI & XVII, quos vel ipſe noſter audiverat, aut certe codices eorum penes ſe habebat. Multa Patavinorum, ſæpe a ſe invicem diſſentientium. Sæpe ſolum morbi nomen dat, cum prælonga ſerie medicamentorum. Adjecit noſter ſuas adnotationes, multas ex Arabicis literis deſumtas. Auctores ſunt THOMAS STROMAYER, cujus experimenta ad chirurgiam pertinent; CAROLUS WIDMAN, AUGUSTUS JUNG medicus Auguſtanus, J. ASSELINÆUS, alii, quorum aliquos ſuis locis citavi. Exempla aliqua. Partus monſtroſus manubus deformibus, genitalibus & ano deſtitutus. Aneuryſma, in cujus cavea materies dura cum ſanguine grumoſo, duro, poſt pilæ & veneris immoderatum uſum. Aurum potabile & irreducibile verum promittit ex J. U. RUMLER. Febris maligna ejuſque curatio, bezoardicis, hirudinibus, venæ ſectione, veſicatoriis, mithridatio.

Exoticæ curationes traduntur ordine alphabetico, ſecundum morborum nomina, ad quorum quodque medicamenta a Cl. viris laudata breviter recenſentur, multa parum vera. Ex L. GHINO, T. GEORGIO LAFFILE, CHRISTOPHORO PEUTINGER, JAC. RENERIO, qui luem veneream guaiaci ligno ſanavit: MICHAELE REZER Tubingenſi. Ex variolis abſceſſus cubiti. Tetanus in milite Cæſariano graſſans. A frigida pota mors. Porro adnott. GEORGII VOLLAND, F. WEISSENFELS, J. VUARHOROSKI Hungari, qui ad dyſenteriam felicem ſuam methodum aperit; HENRICI MINSINGER tertiana febris, quæ viginti fere puſtulis variolarum ſimilibus erupit. Enterocele curata a PETRO GASSER ſcabioſæ infuſo & aliis internis medicamentis. Rubiæ in phthiſi & ictero efficacia. Variolæ frigido aere ingraveſcentes.

Ej. *decas epiſtolarum de ſcriptis ſuis ineditis* Aug. Vind. 1674. fol. B. Bun. 1691. f. B. Tig.

Ej. *epiſtolæ mutuæ Argonautæ ad Neſtorem & Neſtoris ad Argonautam de theſauro ſcientiæ medicæ. Item* Welschius *de abortu* Aug. Vind. 1677. 4. Nempe J. Mich. Fehrii & Welschii commercium epiſtolicum.

Ej. *epiſtola de ſolano furioſo ad* J. M. Fabrum cum Ejus *ſtrychnomania* edita 1677. 4. *.

Ej. *curationum propriarum & conſiliorum medicorum decades X cum commentario, opus poſthumum* Aug. Vind. 1681. 4. *. 1698. 4. Edidit Lucas Schroeck. Centum ſunt morbi: deſcriptiones morborum ſemper breves, multum medicamentorum, deinde commentarius, in quo cum Arabibus aliiſque noſter ſuas adnotationes comparat. In morbis acutis theriacam cæleſtem dat, plurimumque in eventu determinando benigno vel maligno adſpectui ſiderum tribuit. Parcius venam ſecat, in alexipharmacis uberior. Diei ſeptimi criticam efficaciam Galenicam deridet. Paſſim rariora intercedunt, ut mirificus abortuum in eadem femina numerus.

Ej. *bewährte Arzneymittel*, cum aliis Baſil. 1704. 4.

Lucæ Schroeck *memoria* Welschiana Aug. Vind. 1678. 4. *. Incredibilis numerus librorum, partim abſolutorum, partim certe adfectorum, quos Welschius ad prelum parabat. Abſoluti fuerunt libri *Compendium medicinæ practicæ; Variæ lectiones de re medica.*

Alia vita reperitur in Brukers *Ehrentempel deutſcher Gelehrſamkeit* Dec. III. Aug. Vind. 1747. 4. *.

Walæi *methodum medendi animadverſionibus noſter illuſtravit*, quas Leidæ prælegerat Aug. Vind. 1679. 8. L.

Adnotationes bene multas adjecit *Ephemeridibus Naturæ Curioſorum.*

In *Dec.* I. *Ann.* I. *obſ.* 158. Calculus friabilis calci concretæ ſimilis, a commentario plurima cum tuſſi rejectus.

Ann. II. *obſ.* 8. Matronæ nephriticæ datum oleum terebinthinæ, inde vomitus, animi deliquium & epilepſia.

Obſ. 9. In ignem illapſa ab epilepſia liberata fuit.

Ann. III. obſ. 35. de puella 18 annorum aſitiam perpetuam ementita, cujus fraus detecta fuit.

In *Mictomimematibus* cum anno IV. V. E.N.C. editis Centuriæ ſunt tres adnotationum medicarum a claris viris communicatarum, breviſſimarum, cum ſuis notis. In

In centuria II. cephalæa veſicatoriis coxæ admotis ſuperata. In dyſenteria aſphyxia, quod ſymptoma cum omnia bene ſe habere viderentur mortem intulit. Juniperi turiones purgare & Sambuci, ſic ſalviam creticam. In lue hungarica ſuborta diarrhœa non ſiſtenda, cum ab ea repulſa per corporis habitum ulcera oriantur. Singularis dolor capitis ſupra ſupercilia cum pulſatione, ſub ſolis ortum naſcens, ſub occaſum evaneſcens. Venetiis ad mala hyſterica celebrata botrys Lycopodium vulgare vomitum movere. Infuſo antimonii crudi intra triduum ſanatus icterus, & ulcera tibiæ decocto foliorum quercus. A ſuffuſione a SANCTORIO præſervatus radice thymelææ tamquam ſetaceo trajecta. Pleuriticos omnes evadere, qui a principio vomuerunt. Febrem tertianam erumpentes variolæ ſuſtulerunt. Nimiæ medicamentorum laudes.

Ann. VIII. obſ. 37. diarrhœa pertinax curata ovis cum aceto roſaceo.

Obſ. 38. lien in febre tumidus.

Obſ. 40. femina cæterum orthoſtadios, cui ex vulnere pro ſangui ſerum emanabat.

§. DCXCI.

JOHANNES BOHN.

Profeſſor Lipſienſis, inciſor, chemiæ non imperitus, vir recti judicii, & paulum ſceptici, in re forenſi integritate conſpicuus.

Numeroſas ſcripſit diſputationes, easque melioris notæ.

EJ. *de faſcia zodiacali* Lipſ. 1661. 4.

EJ. *de ſudore & ſudoriferis* ib. 1661. 4. HE. præſide G. WELSCH.

EJ. *de cholera* ib. 1666. 4. LIND.

EJ. *de chyloſi abolita & imminuta* ib. 1667. 8. HAEN.

EJ. *an mors ſit malum?* ib. 1668. 4.

EJ. *de pica* ib. 1670. 4. *.

EJ. *de lactis defectu* ib. 1674. 4. *.

EJ. *de catarrhis* ib. 1675. 4. HE.

EJ. *de variolis hactenus in patria graſſatis* ib. 1679. 4. *. A principio morbi purgans dat medicamentum, cum mercurio dulci, quo malignitatem morbis ſperat ſe ſuperaturum. Adultis hominibus opium indulget, & in malignis veſicas trahit. Bona diſp. cum adnotationibus. Ulcus in oſſe ſacro ſanatum.

EJ. *de cephalalgia* Lipſ. 1680. 4. HE.

EJ.

Ej. *an medicina recte diſtinguatur in theoreticam & practicam?* Lipſ. 1681. 4.

Ej. *de aeris in ſublunaria influxu* ib. 1681. 4. recuſ. in 8.

Ej. *de torminibus colicis* ib. 1684. 4. Haen.

Ej. *de dyſpnœa* ib. 1686. 4. *.

Ej. *de inflammatione* ib. 1686. 4. Haen.

Ej. *de atrophia* ib. 1688. 4. Riv.

Ej. *de vomitu* 1688. 4. Haen.

Ej. *de duumviratu hypochondriorum* ib. 1689. 4. *.

Ej. *de torminibus colicis* ib. 1689. 4. Pl.

Ej. *de rationis & experientiæ connubio in praxi medica* Lipſ. 1689. 4. *.

Ej. *medicinæ forenſis ſpecimina tria* Lipſ. 1690, 1691. & 1692.

Ej. *progr. quo prælectiones therapeuticas vindicat contra* Aristidem (Sbaraleam) Lipſ. 1691.

Ej. *de utilitate anatomes ſubtilioris in praxi medica* Lipſ. 1691. 4.

Ej. *de hæmorrhoidibus cæcis* Lipſ. 1694. 4. Haen.

Ej. *de angina* Lipſ. 1696. 4. & 1709. 4. an alia

Ej. *de ſymptomate urgente* Lipſ. 1697. 4. & cum *Circulo Anat. Phyſ.* 1710. 4. *.

Ej. *de medici officio* Lipſ. 1697. 4. & II, III & IV. ib. 1700. Inde natus eſt liber, quem laudabimus.

Ej. *de ſingultu* Lipſ. 1697. 4. Haen.

Ej. *valetudinarium parturientium* Lipſ. 1703. 4.

Ej. *dc revulſione cruenta* Lipſ. 1704. 4. *.

Ej. *de arte naturæ æmula* Lipſ. 1704. 4. He. & cum *Circulo* 1710. 4. *.

Ej. *de medicamentorum chymicorum & Galenicorum præpollentia dubia* Lipſ. 1706. 4. & cum *Circulo* 1710. 4. *.

Ej. *de victu ſalubri* Lipſ. 1707. 4. *. & cum *Circulo* 1710. 4. *.

Ej. *de hæmoptyſi* Lipſ. 1708. 4. *.

Ej. *de præmatura intermittentium fuga ſuſpecta* Lipſ. 1709. 4. Vater & cum *Circulo* 1710. 4. *.

Ej. *de experientia fallaci* Lipſ. 1710. 4. *. & cum *Circulo* 1710. 4. *.

Ej. *an medicus ſub conſcientiæ & exiſtimationis ſuæ integritate a pharmacorum confectione & exhibitione abſtinere queat?* Lipſ. 1710. 4. Vater.

Ej. *de prophylaxi peſtis dubia* Lipſ. 1711. 4. Vater.

Ej. *de phlebotomia culpoſa* ib. 1713. 4. *.

Ej. *caſus ægri ſomnambuli* ib. 1717. 4. *.

Ej. *de diſcuſſione* 1717. 4. Haen.

J. Cypriani *programma in ejus funere* ib. 1718. fol.

In Ej. *de renuntiatione vulnerum* ib. 1689. 1701. 4. *. Amſterd. 1710. 8. 1732. pluſcula huc faciunt, ut in univerſum caput de *deponendi* modo, ſigna fetus vivi nati aut mortui. Qui vivus mortuusve ſtrangulatus fuerit. Recte monet rariorem aliquam curationem nihil lethali naturæ vulneris detrahere. Neque vomicam, neque ſenium, aut debiliorem corporis conſtitutionem homicidam excuſare. Poſt diras ſuffocationes ſteatoma cordi adnatum, & aliud in pulmone ſimile. Dorſum incurvatum a vomica cruento ſero plena. Male ex funiculo umbilicali ſanguinem retropelli.

Ej. *de officio medici duplici, clinico & forenſi* ib. 1704. 4. *. Eximius liber. In l. *de medicina clinica* oſtendit anatomen practicam non omnes morbos detegere; denique fallere poſſe. Ob anatomes & inſtructorum noſodochiorum raritatem opus eſſe peregrinatione. Fortuna medica, & ægri caſu ſanati. Empirici, etiam pharmacopœi, qui mederi ſuſtinent, hominum ſaluti nocent; neque chirurgis licet internis malis mederi. Prudentia & decorum medicum, maſcule & cordate. In deſperatis morbis fortiora tentanda, quorum nonnunquam felix ſit effectus: ipſi ſucceſſit empyema perforatione feliciter ſanare, & alias inciſus abſceſſus inter muſculos abdominis: neque quiſquam deſerendus, qui medici opem requirat, tantum ne medicaturus nimia promittat. Conſultationum utilitas, ratio, moduſque. Quæſtiones neceſſariæ & juſta ſubinde de reſponſionibus dubitatio. Cauſæ remotiores ab abſtantibus hauriendæ, non ab ægroto. Fallax ſpeculatio ſanguinis; cruſtæ fallacia, & color, & ſeri portio. Idioſyncraſia, ejus peculiaria exempla. Ficti morbi. In prognoſi modeſta diffidentia. Urinæ & pulſuum mendacia indicia. Adſtantes de periculo monendi. Monita aliqua de prudenti uſu efficaciorum auxiliorum, etiam diureticorum in calculo. Incommoda fumi nicotianæ & theæ, quæ eo ævo a medicis mirifice ſolebat laudari. In venæ ſectione meticuloſus noſter, in febribus ſuſpectam habet, in variolis rariſſime admittendam putat. Vanitas influxus ſiderum, quem nulla experientia fulciat. Symptomatum curatio. Symptoma urgens. Ut ſymptomata morbi curationem turbent. Doſes, Margaritæ, cinnabaris, bezoar debent ad minimum ad dimidiam drachmam dari, & ſæpe in alterantium nimis maligna doſi peccari. Somnum conciliare convenit. Indicationes. Vitalis indicatio. Contra indicantia. Menſes venæ ſectionem non contraindicant, neque fere morbi tempus: neque parvum vulnus eſſe debere, aut parcam ſanguinis omiſſi copiam. Purgatio etiam in inflammatione revellit. Non debet prophylactice purgari. Eſſe ubi crudos humores purgare oporteat, non autem in malignis febribus. Vomitorium alvo ſicca non dandum. Auri fulminantis aliquot grana emeticorum effectum adjuvare.

Purgantia ſigillatim. Mercurium dulcem eſſe blandum tutumque auxilium. Pro aloe. Poſſe hypnotica purgantibus addi. Salivatio; ea ſed ſpontanea, quartanam febrem ſublatam fuiſſe. Commode a mercurio dulci ſalivam moveri. WISEMANNI mercurium ſublimatum nimis eſſe corroſivum. Sudor; ubi eo ſit abſtinendum. Fonticulorum utilitas, locus. Ptarmica: ad partum expediendum. Clyſteres tepidi ſint; ſitus ad eos ſubdendos opportunior. Vitia humorum. Revulſio, repulſio, derivatio. Anodyna. Pro opio, quod nonnulli clinici male reformident. Febris acuta cum magno dolore artuum majori opii doſi ſuperata, ut tincturæ tres unciæ intra 15 dies ſumerentur. Damnum, in ventriculo potiſſimum: extus admotum opium parum valet. Victus ratio paulo benignior. Aerem craſſiorem aſthmaticis nocere (imo utiliſſimus eſt). Abſtinendum nimio calore, etiam in variolis. Ægri ut edant non urgendi. Pro vini uſu & ſomno mediocri. Quibus exercitatio noceat, arthriticis tenerioris corpuſculi hominibus. Alvus ſicca movetur deſidendo (nihil quidquam). Animi adfectus utiles, noxii. Medicis jus eſt medicamentorum parandorum, didendorum, per leges patrias datum: a medico enim efficaciora medicamenta ſperare licet, & ipſi medici per hoc ſtudium peritiores in arte redduntur. Exigua vis unionum, lapp. pretioſorum, auri, gemmarum. Pro Galenicis: ſæpe æque efficacia, cæterum tutiora & corpori humano magis accommodata eſſe. Chemicæ artis vires ſimplicium medicamentorum ſpecificas deſtruere. Chirurgica omitto.

De medicina forenſi. Medicis eam artem deberi, magis quam juriſconſultis. Quæſtiones de venenis: de veſtibus venenatis. Morbi ſimulati In *depoſitionibus* medico legalibus medicus director eſt chirurgi & obſtetricis. Caute reſpondendum, neque niſi re deliberata. Male chirurgos a nonnullis Juris conſultis medicis præferri. Obſtetricum imperitia, ejus exempla, etiam in quæſtione, num femina pepererit Collegium medicorum: de relationibus judicium. Diſpenſari medicum ab inciſione cadaveris nimium putridi. Aliquando tamen abſque inſpectione cadaveris pœnam ultimam inflictam fuiſſe (quod noſtro ævo, in Germania nunquam locum habuerit, aliis in regionibus utique). Sollicite inquirendum, cum non raro violentia ictus interiora læſerit, ut tamen cutis nihil videatur paſſa fuiſſe. Medici officia. Stolidi judices feminam epilepſiam cauſantem a tortura liberarunt. De veneno ſumto per ſectionem inquirendum: & de ſuſpecto cibo vel potu inquirendum, etiam per experimenta in animalibus facta. Qui ſexto menſe ex eroſo ventriculo periit. Carcerum inſpectio in Anglia peſtilentium. A veſte arctius adſtricta funeſta pleuritis. Ordo & forma relationis. Signa partus ſeptimeſtris, octimeſtris, maturi. Tempora partus. Contra HIPP. ſeptimeſtris partus encomia, pro octimeſtri, neutrum tamen vitalem eſſe. Virginitas: eſſe ubi ab ea demonſtrata vita accuſati pependereit. Qui majorem doſin opii ferre didicit, ad ſeptem grana. Mortes a rebus non vere venenatis. Lividitas & alia ejuſmodi ſigna venenum non demonſtrant, neque ſymptomata. Summa hic cautione opus eſſe noſter ſapienter monet. Idem in fictitia epilepſia fraudem detexit. Arſenici dati ſigna, in exemplo. Cancer mammæ, a contactu male ſanati hominis natus, aque terrore. Contra ſtigmata, quæ ſagarum ſigna dicuntur.

dicuntur. Medici non eſſe in mitiora declinare. Signa vivi ſubmerſi vel mortui. Spuma non ſufficit, ut oſtendatur vixiſſe. Ficta amentia detecta, & amentia pro magia habita. Bonum librum & ſuo ſeculo eximium, placuit accuratius perſequi.

Pauca reperias in *chirurgia naturali* a WINKLERO verſa & poſthuma Brunſwic. 1732 8. *. poſtquam VALENTINUS codicem citaverat.

In actis Eruditorum 1683. refert de propagine venæ pulmonis tuſſi cum ſanguine rejecta.

Epiſtolæ ad SCHELHAMMERUM in poſthuma collectione extant.

§. DCXCII. PAULUS AMMAN.

Breslavienſis, profeſſor Lipſienſis, acris ingenii homo, & minime ſui diffidens.

Ej. multæ ſunt diſputationes.

Præſide J. Michaelis *de pareſi ſ. paralyſi* Lipſ. 1660. 4. HE.

Ej. *de plethora* ib. 1661. 4.

Ej. *de ſuffocatione uterina* Jen. (ſic RIV.) 1661. 4. RIV.

Ej. *de rabie ſ. hydrophobia* 1662. 4.

Ej. *de ſoda* Lipſ. 1663. 4. *.

Ej. *de antiquartii peruviani hiſtoria* Lipſ. 1663. 4. BURKH.

Ej. *de affectione hypochondriaca* Lipſ. 1664. 4. HE.

Ej. *de dyſenteria* 1664. 4. HE.

Ej. *de phthiſi* 1664. 4. *.

Ej. *de podagra* 1664. 4.

Ej. *de arthritide* 1666. 4. PL.

Ej. *de pleuritide* 1666. 4. PL.

Ej. *de nephritide* 1666. 4. PL.

Ej. *de phthiſi* 1666. 4. *. alia diſp. a priori.

Ej. *de pleuritide vera* 1666. 4. *.

Ej. *de hæmorrhagia* 1667. 4. HE.

Ej. *de febre Hungarica* 1668. 4. Riv.

Ej. *de ſuffocatione uterina* 1668. 4.

Ej. *de ſpina ventoſa* 1672. 4.

Ej. *de mictione cruenta* 1673. 4. *.

Ej. *de autopſia medica* 1675. 4.

Ej. *de palpitatione cordis* 1680. 4. Riv.

Ej. *de ϛομακακη ſ. ſcorbuto* 1681. 4. Riv.

Ej. *de ictero* 1681. 4. Riv.

Ej. *de remediis ſtomachicis* 1689. 4. Riv.

Ej. *medicina critica, ſ. deciſoria, centuria caſuum medicinalium in conciliis facultatis medicæ Lipſienſis reſolutorum* Erford. 1670. 4. *. Stade 1677. 4. *. Lipſ. 1693. 4. *. Habuiſſe hos caſus a Johanne Michaelis, & in eos prælegiſſe a. 1666. Cæterum hæc reſponſa ab anno 1516. ad Ammanni tempora continuata ſunt. Breves ſunt hiſtoriæ, reſponſa ſæpe paradoxa. Ita fetum quinquemeſtrem Lipſienſes pro legitimo habent, undecimeſtrem pro illegitimo, fetum 12 ½ menſium iterum pro legitimo. Medullæ ſpinalis vulnus pro non lethali. Artemiſia rubra datur pro abortivo. Sponſalia diſſoluta, quod femina olim maniaca fuiſſet, & a maniaca nata. Matrimonium ſolutum ob tuſſim, ob alios morbos. Fætorem tamen alarum, ob quem maritus matrimonii diſſolutionem petebat, Lipſienſes declarant non eſſe ſignum luis venereæ. Contra Judæum recutitum, cum chriſtianas feminas corrumperet. Paſſionem hyſtericam intercedere, ne torturæ rea ſubjiciatur. Contra chirurgum aquas deſtillantem & vendentem. Contra privatam diſpenſationem Lipſienſes, arcana tamen admittunt. Auripigmentum venenum eſſe. In arthritide radix bryoniæ ad artum laborantem adſtricta, deinde defoſſa. Ab arſenico mors, manuum pollices clauſi. Damnati chirurgi, qui drachmam ſcammonii cum ſcrupulo opii dederant.

Ammannus *notas* addidit *locaque* fere *parallela*. Stuprationem non demonſtrare ſtuprum violentum.

Poſteriorem editionem edidit Christianus Franciscus Paulinus, & epiſtolas, atque reſponſa facultatum latine vertit.

Facultatis medicæ Lipſienſis excuſatio præliminaris, qua caſuum & reſponſorum ſuorum importunam editionem deprecatur Lipſ. 1670. 4. *. Oſtendit facultas, editionem ſuorum actorum ſibi diſplicere.

Ej. Ammanni *parœneſis ad docentes occupata circa inſtitutionum medicarum emendationem* Rudolsſtatt 1673. 12. *. 1677. 12. *. cum titulo *Conſilium de inſtitutionum medicarum emendatione neceſſario ſuſcipienda*. In iſta editione acceſſit *Archæus ſyncopticus* & diſſ. de *Vade & occide Cain*. Veritatis amans, & paulum ſcepticus, inve-

invehitur in hypotheſes, per totam artem medicam non ſatis firmas, maxime Galenicas, ſed meliora non ſubſtituit.

In ARCHÆO *Syncoptico* ſe contra LEICHNERUM tuetur Lipſ. 1674. 12. *. 1676. 12. vel. 1677.

Ej. *praxis vulnerum lethalium ſex decadibus hiſtoriarum rariorum cum cribrationibus* Francof. 1701. 8. *. Præter vulnera etiam de venenis agit, de atretis, ex Lipſienſium actis, cum adjectis minime reo parcituris animadverſionibus AMMANNI, qui rigidus amator juſti hypocriticas mitigationes culpoſorum damnat.

Ej. *Irenicum* NUMÆ POMPILII *cum* HIPPOCRATE, *quo veterum medicorum & philoſophorum hypotheſes civilis & canonici juris a præconceptis opinionibus vindicantur* Fr. Lipſ. 1689. *. Satyra. In medicinam nuperam, in pretioſa medicamenta. Deinde relationes medico legales, integræ diſſertationes cum argumentis ſententiarum, & exemplis analogis. Porro ſimiles quæſtiones, de quibus non quidem a facultate, ſed ab AMMANNO definitur. Partui certum tempus ſtatutum eſſe, contra laxas nimis collegiorum ſententias, confirmat, quæ & nimis teneros fetus vitales admittunt, & nimis ſerotinos, undecimeſtres & ultra. Contra ſententiam ſenatus Gratianopolitani. An tolerandi ſint medicaſtri quærit. Exemplum ſordidiſſimi medicamenti ab ejuſmodi ſaga exhibiti. Abſurditas & ignorantia obſtetricum. An dentur ſigna prægreſſi partus. De virginitatis ſignis. De impotentia ex alterius teſticuli defectu male præſumta C. DRELINCOURTII relatio. Atretæ. Contra Hippocraticam venam pone aures decurrentem, a qua inciſa impotentia ſequatur. Cruentatio ad præſentiam homicidæ in exemplo nulla ſecuta eſt. Venena: inter ea recenſus hydrargyrus ſublimatus; ab eo mors & ventriculus eroſus. Venenati mytuli, ex iis ingeſtis mors, ventriculo eroſo, pene ſubita. Reſponſum Leidenſium. In familia morbus malignus orius a glire, qui in dolium cereviſia plenum irrepſerat. Ridicula hiſtoria famuli tonſoris, quem collegio tonſores expellere volebant, quod hircum occidiſſet. Rident ignaros Lipſienſes medici, & hominis factum laudant. Sanata virgo, quæ ſe noctu commingebat. Mortes in convictorio ſtudioſorum a corruptis cibis frequentes.

JOACHIMI FELLER *programma* in AMMANNI *funere*.

Edidit etiam FORTUNATUM FIDELEM.

Et in E. N. C. *dec.* I. *ann.* II. obſ. 184. Lochia ſuppreſſa: eorum loco hæmorrhagia narium.

§. DCXCIII. VARII GALLI.

ANTONIUS MENIOT medicus. EJUSDEM eſt *Hiſtoria & curatio febrium malignarum. Acceſſere diſſertationes pathologicæ de delirio in genere; paraphroſyne, furore uterino, hydrophobia, incubo, catalepſi, convulſione & ſpaſmo cynico, catarrho, rheumatiſmo, mydriaſi, phthiſi pupillæ, bombis aurium, aphonia, voce*

voce depravata, clangoſa nempe, & raucedine, mutitate & balbutie, cholera, dyſenteria hepatica, atrophia Pariſ. 1660. 8. Houss. Uff. Mea editio eſt Pariſ. 1665. 4. *. Hoc primo volumine continentur, quæ modo citavi. Non licet omnia perſequi. Primum de febribus malignis; concurrere cum putredine venenum. Theoria & ætiologia Galenica. Signa. Pulſus varius, etiam nihil quidquam mutatus. Venam tamen ſecari debere, etiam quando papulæ effloreſcunt. Saburra primarum viarum laxante medicamento educi debet & vomitu, decocta dari cichoracea, graminea, tum alexipharmaca. Nullum experimentum. Reliqua capita totidem ſunt ſymptomata, deinde diſſertationes propriæ.

Pars poſterior una prodiit. Diſſertationes ſunt de melancholia, tuſſi, inappetentia, bulimo, pica, ſiti nulla & nimia, imbecillitate ventriculi, cachexia, hydrope, nephritide, lithiaſi. Ejuſdem cum parte priori ſaporis, mere græca.

Ej. *Epiſtola apologetica de variis ſectis amplectendis adverſus* Hadriani Scauri *ineptias defenſio* Pariſ. 1666. 4. *. 1674. 4. *Epiſtola* ſola ib. 1666. 12 *. cum Smitziano *compendio* & Utrecht. 1682. 8. L. prodiit. In editione forma 12. dicitur *de variarum ſectarum amplexu*. Hippocraticum ſe eſſe, methodicos tamen ſe magni facere. Ipſum Hippocratem diverſas ſectas eſſe amplexum. Sed ſe neque empiricos ſpernere. Scaurus negabat Hippocratem ſyncretiſmo faviſſe, quem ipſe improbabat.

Iſte Hadrianus Scaurus vero nomine fuit, Petrus Petit, Patin *Ep.* 437. Alii tribuunt P. Sauvageon Meniotum rhetorem eſſe exprobrabant, neque recedit Astrucii judicium.

Iterum numeroſæ ſunt diſſertationes *partis tertiæ* quæ prodiit 1674. 4. *. De ſterilitate, comate, vertigine, epilepſia, tremore, horrore & rigore, hæmorrhagia, polypo, pleuritide, nauſea, vomitu, ſingultu, fluore cœliaco, lienterico, diarrhœa, dyſenteria & teneſmo, ictero, paſſione hypochondriaca, lumbricis. Ejuſdem iterum Græci ſaporis.

Pars quarta 1677. 4. *. De lue venerea, fatuitate & amentia, memoria læſa, aſthmate, tabe ſ. phthiſi, exſolutione, lipothymia & ſyncope, de arthritide. Luem veneream novum morbum eſſe.

Ej. *Opuſcules poſthumes contenant des diſcours & des lettres ſur divers ſujets* Amſterd. 1697. 4. *. Omiſſis theologicis. Primum vita viri: Doctor Monſpelienſis Pariſiis vixit, medicis Pariſinis carus, regi etiam a conſiliis medicis ordinariis, etſi firmus religionis proſcriptæ defenſor. Iterum breves fere diſſertationes. Parte prima, earum quæ ad pathologica pertinent, aliqua habet de delirio, de nova hypotheſi ad catalepſin quam refutat, & defenſam iterato impugnat. De medicamentis & medicis nuperis epiſtolæ variæ & aliqua conſilia. In hoc volumine Sylvio & Cartesio adverſus videtur. In l. de delirio ſtatuit ideas mobiles, in ſpiritibus habitantes, & fixas, cerebri incolas. Epilepſia, chemiſtæ hypotheſin refutat; Sylvianos in *lettres ſur la médecine* contemnit. In epiſtola hominem improbat, qui quotidie ſtimulo nares & uvulam cruentare ſuadebat.

Nicolaus Chesneau medicus Maſſilienſis, clinicus.

Ej. eſt *Pharmacie hiſtorique* Pariſ. 1660. 4. Falc. 1682. 4.

Ej. *obſervationum medicarum libri* V. Pariſ. 1671. 8. L. 1683. 8. *. Leid. 1719. 4. *. 1742. 4. De quoque morbo diſſertationem ſcribit, deinde aliquot exempla curationum addit, quæ bene ceſſerunt, ſive ſecus, cadaverum etiam paſſim inciſiones dat. Cum Schneidero litigat de via a cerebro in nares, quam patere debilibus argumentis, & tabaci flavo colore ad meninges adſperſo, demonſtrare ſatagit. Indulget uſtioni, emplaſtris acribus, ut ranunculo ob hemicraniam impoſito. Epilepſiam veneficio tribuit. In pleuritide venam lateris adfecti ſecat. Colicam frigida ſuppreſſam vidit, & ego vidi. In dyſenteria laudano uſus eſt. Calculum tutius ſuperari aptis medicamentis in urethram injectis. Podagram purgantibus adgreditur, deinde decocto bardanæ. In quartana medicamentum purgans ſumſit, inde curſu ſe exercuit, vomuit, ſudavit, piperis grana ſumſit quatuordecim. Sed etiam aranea devorata & lapide lazuli quartanam curat. Variolas antiquis non fuiſſe cognitas: eſſe qui bis eas paſſi ſint. Febris continua gangræna judicata. Capitis dolor inſanabilis; reperta aqua limpida in baſi & laterali parte cerebri, & cerebrum corruptum.

Trophimi Serrier medici Arelatenſis *Hydatologia* Arelate 1669. 12. *. De fontibus ſoteriis nonnullis, & de fetu lapideo Muſſipontano.

Ej. *pyretologia ſ. de febribus* Loudon 1663. 12. L.

Ej. *obſervationes medicæ* Lion 1673. 8. *. Ad quamque curationem conſilia morbique paralelli. Dyſenteria contagioſa. In febre, quæ mitiſſima videbatur, aſphyxia funeſta. Hydrops uteri. Calculorum varia exempla. Prægrandem calculum a chirurgo non potuiſſe detegi. A colicis doloribus inteſtinum, ut auctor prædixerat, arctius repertum. Caro quaſi per alvum elapſa, ex regione umbilicali, bono eventu. Acicula deglutita multos poſt annos expulſa. In gonorrhœa maſtiche uſus eſt. Funeſtum experimentum cauſtici medicamenti, ad regionem umbilicalem admoti. In pleuritide venam lateris adfecti incidit. Innoxius mictus puri ſanguinis in corporis exercitatione.

Ej. *enchiridion ſur les cinq parties de la médecine* Lion 1664. 8.

Georg Questier *de naturalibus & legitimis matrimonii diſſolvendi cauſis medica deciſio* Rouen 1660. 8. Falc.

Jac. le Royer *cauſæ fluxus & refluxus maris, ventorum & febris intermittentis* Pariſ. 1660. 12. Gunz.

Philippi Labbe S. J. Claudii Galeni *elogium chronologicum cum* Jacobi Mentelii *ad eundem epiſtola* Pariſ. 1660. 8. *. Vir doctus, non quidem medicis ſtudiis innutritus, vitam Galeni ex ejus ſcriptis concinnavit. Librum de theri-

theriaca ſpurium facit, juvenis opus eſſe contendit, non viri gravis. Paſſim in MARTINUM EUSTACHIUM, qui Galeni vitam ſcripſerat, in NEANDRUM etiam magis; GALENUM natum eſſe a. C. 131.; & ſex vel ſeptem prioribus annis SEVERI ſuperſtitem fuiſſe.

EJ. *vita* GALENI *ex propriis ſcriptis collecta* Pariſ. 1660. 8. Epitome prioris libelli.

EJ. *bibliotheca bibliothecarum* Rouen 1672. 4. ob bibliographiam hactenus huc facit.

IDEM *hiſtoriam medicinæ* ſcribere adgreſſus non perfecit, H. MEIBOM.

FRANCISCO BLONDEL Decano, prodierunt *Statuta facultatis medicinæ Pariſienſis* Pariſ. 1660. 12.

NICOLAI FIGULI *novum medicinæ univerſale ſpeculum* Bruſſel 1660. 12. L.

§. DCXCIV. ALII.

PLACIDI *de* TITIS Peruſini, Olivetani monachi, profeſſoris Ticinenſis, *de diebus decretoriis & ægrorum decubitu epitome aſtroſophica, phyſicis rationibus, deinde* GALENI, ARISTOTELIS & PTOLEMÆI *principiis contenta* P. I. II. Ticin. 1660. 4. *. Serium delirium hominis ſobrii. Ex PTOLOMÆO aſtrorum conjunctiones &c. Valor ſiderum benignorum & malignorum. Solis & lunæ actio in ſublunaria corpora. Periodi. Criſes. Cur pituita periodicas exacerbationes faciat, bilis diebus alternis, quarto die atra bilis. Morbi chronici. Eorum criſes ſequuntur motum ſolis, ut in acutis motum lunæ & menſtruum & diurnum. Anni climacterici. Themata, tempora quo quiſque decumbit: humorum quidem conditio conjungitur cum ſiderum influxu. Planetarum efficacia ad præſagiendos morborum eventus. Frigus a Saturno, calor a Jove, ſic porro. Duodecim ſignorum poteſtas. Ita ſagittarius, qui biformis ſit, morbos facit difficillimos, miſta cum flava bile, altera quæ atra. A cane rabies. Siderum in varias corporis partes ad venæ ſectionem poteſtas. Themata ſexaginta, in quibus tempora decubitus, mortis: pertinet ad Pontifices, Cardinales &c. ſed ex ARGOLO fere ſua habet, Criticorum dierum & Neapolitanæ ſeditionis a. 1641. cæleſtis cauſa.

In T. II. univerſales aeris & rerum conſtitutiones, quæ univerſales effectus producunt. Cauſa eventus, vitæ longæ, brevis. Valetudo parentum. Temperamenta, ſanitas, morbus. Ad vitia ſingularum corporis humani partium. Gibbi, claudi. Febres contagioſæ, febres in genere, tunc criſes, anni climacterici, ſignificationes ſiderum. Quinquaginta themata natalia Pontificium, Regum ex ARGOLO, aliis.

CAROLI MARIOTTI *de febribus tractatus* Neapoli. 1660. fol. Editio ſecunda.

Jos.

Jos. Gislimberti *tractatus quo pulvis viperinus a quadam contracta calumnia liberatur, ac carnis viperinæ temperamentum expenditur* Ratisbon. 1660. 4. Tr.

Alexandri Deodati *valetudinarium, ſ. obſervationum, curationum & conſiliorum medicinalium ſatura* Leid. 1660. 12. Amſterdam 1668. 12. L.

J. Daniel Dieterichs *Oratio qua* Gregorio Horst *parentavit* Ulm 1660. fol. & cum operibus Horstii.

Guil. Davisson *Comm. in* Severini *ideam medicinæ philoſophicæ, in quo* Platonicæ *doctrinæ explicantur fundamenta, ſuper quæ* Hippocrates, Paracelsus, & Severinus, *nec non in antiquis* Aristoteles & Galenus *ſua ſtabiliverunt dogmata* Haag 1660. 4.

J. Ulacveld *hydropota* ελεγχομενος, *ſ. refutatio falſiſſimæ opinionis, quæ aquæ frigidæ potum etiam illo cereviſiæ ſalubriorem eſſe contendit* Galenus de Haen Harlem 1660. 4.

Dan. Berckring *oratio in mortem* Danielis Voetii *medici*, Gisberti *filii* Utrecht 1660. 4. B. Bun.

Flaminii Gastonis *de peſte tr.* Görliz 1660. 12. Pl.

V. H. Z. *Xenium inauditum, ſ. ſynopſis omnium corporis humani ſymptomatum a capite ad plantam, morborum colli, brachiorum, articulorum, nervorum, venarum* Bellopoli Francof. 1660. 16. Compendium phyſiologiæ, tum qualitates medicamentorum. Acc. Hippocratis jusjurandum.

Albertus Otto Faber. Ej. *paradoxa de morbo gallico von der ſchaam ſeuche* Altona 1660. 4. M

Ej. *de auro potabili* Amſtd. 1672. 8.

Huc pertinet Sigismundus Nigrisolius Aquilæ prior. Ej. ſunt *medicorum deciſiones medicæ. De curandis fractis. De concoctione humorum, de ſomno in principio acceſſionis, de morbi comitialis cauſa, de venæ ſectione in febribus ardentiſſimis. An fontes febrientibus excitandi*, ſi recte lego (a) Codices MS.

Tobiæ Whitaker *de ſanguine uvæ* Haag. 1660. 8. etiam Anglice. Uſum vini etiam in morbis defendit, & ætiologiam dat a fermentorum theoria deſumtam, & a fermentorum naturalium corruptione. Huic theoriæ ſuam curationem ſuperſtruit.

Ej. *An Elenchus of opinions concerning the cure of the ſmall pox together with problematical quæſtions on the french pox* Lond. 1671. 8. Astr. Alii 1661. 12.

(a) Lanzon.

§. DCXCV. Nuperi.

Nic. le Fevre *chymie* Paris 1660. 8. Leid. 1669. 12. *. nuper recuſ. Dicetur in phyſicis.

Filip Mouteau *les miracles de la nature en la guériſon de toutes ſortes de maladies pour l'uſage de ceux Bourbon-Lancy* Châlons 1660. 8.

Appendix medicamentorum antipodagricorum Martini Birr. Amſt. 1660. 8. eadem etiam calculum frangere.

Syffredi *Maître d'Hôtel de la Reine, nouveaux ſecrets rares & curieux donnés charitablement au public par* Pe. Eresalde *contenant divers remedes eprouvés, utiles & profitables pour toutes ſortes de maladies* Paris 1660. 4. He.

Simon *le* Bossu *de l'uſage de la glace* Paris 1660. 4. 2 vol. He.

Extrait des privileges de l'univerſité de Paris appartenans à la faculté de médecine ib. 1660. 4. Fontett.

Arrêt du Parlement confirmatif de l'union des chirurgiens & barbiers à la charge de ſoumiſſion à la faculté de médecine ib. 1660. 4.

Joh. Wynel *lues venerea wherein the nature, ſubject, cauſe, ſignes and cure are handled* 1660. 4. *Cat Osb.* Alexipharmacum indicum habet, & arcanum magnetem inter luem veneream & theriacam.

Phyſick for families Lond. 1660. 8. *Cat Osb.*

Christoph Merret *collection of acts of parleament concerning the grants to the college of phyſicians . . . . . by* S. G. Alston Lond. 1660. 4.

Idem contra apologiam pharmacopolarum ſcripſit *ſelfconviction or an enumeration of the abſurdities and railings againſt the college of phyſicians* ib. 1671. 4.

Henr. Wolf *von der Peſt* Duderſtatt 1660. Heist.

Ej. *Zerlegung des Fleckfiebers* Halberſtatt 1670. Id.

J. Frid. Helvetii Cöthenienſis, Alchemiſtæ, *runder Schauplaz der arzneyiſchen Geſichtkunſt* Heidelb. 1660. 8. *. Belgice 1664. 8. Lamberg. Temperamenta ſecundum planetas, quibus ſubjiciuntur, ſuis cum ſignis. Herbæ cuique planetæ ſubjectæ.

Ej *mors morborum, der Krankheiten Tod, wie man ein gewiſſes Urtheil von allerley Gebrechen fällen ſoll* 1660. 8.

Ej. *luſtiger Spatziergang der Kräuter* Heidelberg 1661. 8. *. Herbarum catalogus ſecundum membra corporis, ad quæ putantur pertinere.

Ej. *beryllus medicus ein Edelgeſtein der Arzney* ib. 1661. 8. *. Iterum claſſes plantarum & de præparatione aliqua.

Ej. *der Krankheiten Todt* Heidelberg 1661. 8. *. De ſcholis querela & aliqua de præcipuorum morborum ortu & cauſis.

Ej. *diribitorium medicum* Amſterd. 1670. 8. *. Morborum definitiones.

§. DCXCVI. G. Seger.

Georgii Seger Thorunienſis, diſcipuli Th. Bartholini, *oratio de vita & obitu* J. Jacobi a Brunn profeſſoris Baſil. 1660. 4.

Idem in *Epiſtolis ad* Bartholinum C. III. n. 61. de ſingultu per biennium durante.

Cent. II. *epiſt.* 79. de bezoar occidentali maximo.

Ej. *oratio inaug. de curioſitate medica, & medico phyſica* Gedan. 1675. 4. alias lego *de curioſitate phyſica.*

Ej. *numeroſæ adnotationes* in E. N. C.

E. N. C. anni II. obſ. 2. Menſes nimii per medicamenta reſtringentia repreſſi, deinde alvus conſtipata, alia ſymptomata, mors ipſa.

Obſ. 56. Ex aqua impura, acido impraegnata, varia mala, denique bufones vomitu redditi.

Obſ. 121. Ex lapſu in caput mutitas, tamen ſanata.

Ann. III. obſ. 82. Colicus atrox dolor cum inflatione abdominis, datis narcoticis tamen lethalis. Sphacelus inteſtini, peritonæi, pancreas ulceroſum, in hepatis parte ſima magnum ſteatoma.

Obſ. 95. a terrore inſomnium terrificum, evigilanti epilepſia, eventu funeſto.

Obſ. 160. In femina gravida epilepſia, motus in fetu violenti, convulſiones, ut tamen ſanum puerum ſanum eniteretur.

Obſ. 161. convulſiones in paturiente, poſt eas plena cæcitas, ſponte tamen diſſipata.

Obſ. 164. Vagitus uterinus, pro re certa.

Obſ. 198. mens confuſa, memoria abolita, ut ne legere quidem poſſet, quadrageſimo die ſponte reſtituta.

Obſ. 227. Urina purulenta, lumbricus, ut videtur, renalis, cum ea expulſus, niſi ſunt ſanguinei thrombi, tum renis particulæ. Ren pure plenus, in eo calculus corallii figura.

Ann. IV. V. obſ. 85. Nulla deglutiti aranei noxa.

Obſ. 86. neque a deglutitis acubus.

Obſ. 87. puella crebro vomens, diarrhœa gravi laborans, melancholica. Pancreas undique ſcirrhoſum erat, ſic meſenterii glandulæ.

Obſ. 142. infanti durus in toto abdomine tumor, diarrhœa, hepar inſolitæ molis. Lien ſcirrhoſus, pancreas putridum, ren ſiniſter eroſus, favorum ſimilis.

Ann. VIII. obſ. 33. in puero modo nato mucronatæ cartilaginis a ſterno dimotio ſponte curata. Et mobilitas inſolita cartilaginis thyreodeæ, ut nihilo ſecius lepide & caneret, & loqueretur.

Ann. IX. obſ. 97. clyſma per os rejectum, abſque malo eventu.

Obſ. 99. lacrumæ ſanguineæ.

§. DCXCVII. Disputationes.

Cl. Quina *de medicina* Leid. 1660. 4.

J. Kerfbyl *de dyſenteria* Leid. 1660. 4. Riv.

Petrus Hoffwenius *athleta hippocraticus aphor. 3. ſect. 1. deſcriptus* Leid. 1661. 4. He.

J. Van der Meer *de fame canina* Leid. 1660. 4. He.

Assuerus Schut *de catarrho* Leid. 1660. 4. Riv.

Jac. Hoobroeck *de melancholia* Leid. 1660. 4. Riv.

J. a Wassenaer *de convulſione* Leid. 1660. 4. Riv.

Florent. Lakeman *de ολιγαιμια ſ. penuria ſanguinis* Leid. 1660. 4. Riv.

Corn. Slingeland *de noxiis ex abuſu cibi & potus frigidi* Leid. 1660. 4.

J. Downes *de affectione hypochondriaca* Leid. 1660. 4. Riv.

C. a Groenendyck *de ſterilitate in utroque ſexu* Utrecht 1660. 4.

Arn. Slepegrel *de pleuritide in puerpera* ib. 1660. 4. Pl.

Laurentius Drayer *de incubo* ib. 1660. 4.

Theod. Winand *de pleuritide in puerpera* ib. 1660. 4. Pl.

Matthias Bieben *de inflammatione* Baſil. 1660. 5.

Samuel Eglinger *de nephritide* Baſil. 1660. 4.

Ej. *de lienteria & cœliaco adfectu* ib. 1677. 4. Pl.

J. Jeremiæ Wollhardt *de melancholia* Baſil. 1660. 4. Pl.

Barth. Kisselbach *de febribus in genere* Baſil. 1660. 4. Riv.

J. Ro-

J. Rodolph Burchard *de melancholia* Baſil. 1660. 4. Riv.

Ej. *diſſertatio medica de dyſenteria* ib. 1660. 4. Schulz.

Mauritius Grimm *de ſyphilide* ib. 1660. Pl.

Jac. Stelzlin *theſes ex univerſis inſtitutionibus medicis* Ingolſt. 1660. 8. Tr.

Marci Mappi Prof. Argent. 1660. 4. *.

Ej. *de dolore nephritico* 1672. 4. He.

Ej. *de lue venerea* 1673. 4. He. Pl.

Ej. *de potu calido* 1675. 4. He. I. & II.

Ej. *de febribus quæſt.* X. 1675. 4. He.

Ej. *de flatibus* 1675. 4. Pl.

Ej. *catameniorum vitia & ſuppreſſio* 1676. 4. *.

Ej. *de ſuperſtitione & remediis ſuperſtitioſis inſignioribus* 1677. 4. He.

Ej. *de foedis virginum coloribus* 1682. 4. *.

Ej. *de morbillis* 1688. 4. *.

Ej. *de potu theæ* 1691. 4. He.

Ej. *de cephalalgia* 1691. 4.

Ej. *de lienoſis* 1692. 4. *.

Ej. *de potu coffeæ* 1693. 4. *.

Ej. *hiſtoria exaltationis theriacarum in theriacam cæleſtem* 1694. 4. *.

Ej. *de potu chocolatæ* 1595. 4. *.

Ej. *de febribus in genere* ib. 1697. 4. *.

Ej. *de eryſipelate* 1700. 4. *.

Nic. Pfitzer *de variolis & morbillis* Argentorati 1660. 4. Pl.

Ej. *zwey ſonderbare Bücher von der Weiber Natur, wie auch deren Gebrechen u. Krankheiten der Kinder* Nürnberg 1673. 8. Altdorf. 1691. 8. *. *mit Erfindungen u. Anmerkungen vermehrt.* Poſt anatomica & phyſiologica, partus hiſtoria & puerperii. Tunc morbi uteri cum oppoſitis medicamentorum formulis. Inter morbos uteri inflatio, hydrops, inflammatio, abſceſſus, ſcirrhus, ulcus. Inde morbi alii feminini; menſium vitia & alienæ viæ, fluor albus, & reliqua mala, fere per collectanea. Sic infantum morbi. Notæ ex Belgicis fontibus ſumtæ, cum in exemplo *saet* ſcribatur ubi *ſaamen* oportebat.

J. Conrad Brodtbeck *catalepſis a* Galeno *L. I. Prorrhet, ſect. II. comm.* 56. *deſcripta* Tubing. 1660. 4.

Ej. *commentarius medicus in duas* Galeni *hiſtorias de febre complicata* Tubing. 1661. 4. He.

Ej. *Semi centuria ſyzeteſium medicorum* ib. 1661. 4. *. Practici ſcopi, gravidis aſtringentia non danda; lego etiam annum 1666.

Ej. *comm. in hiſtoriam* Galeni *de peſte* ib. 1661. Pl.

Ej. *de incubo* ib. 1666. 4. Pl.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1666. 4.

Ej. *ſcrutinium pepaſmi ſ. de coctione materiæ febrilis* ib. 1671. 4. *.

Ej. *turgentia materiæ febrilis* ib. 1674. 4. He.

Ej. *de pica* ib. 1675. 4.

Ej. *de hydrope aſcite* ib. 1676. 4. He.

Gottl. Freytag *de lipothymia* Altdorf 1660. 4. Pl.

J. Phil. Deigler *de colica* Altdorf 1660. 4. He.

Herman Brand *de ſenſuum internorum ſymptomatibus & morbis* Steinfurt 1660. 4.

Sim. Boullot & Car. de Laval *E. frigida febribus* Pariſ. 1660.

Cl. Tardy & Petr. Pourret *E. morbi omnes a vitiata ſanguinis motu* ib. 1660.

J. B. *de* Revellois & Dionysii Dodart *E. in hydrope mittendus ſanguis* ib. 1660.

J. Hamon & J. Groult *E. ſano ſanis* ib. 1660.

J. Maurin & Dion. Dodart *E. febribus balneum* ib. 1660.

§. DCXCVIII. Marcellus Malpighius.

Marcellus Malpighius, Borelli diſcipulus, profeſſor aliquamdiu Meſſanenſis, inde redux Bononiæ vixit, & demum archiater Pontificius obiit. Majorem partem laborum ſuorum, qui plurimi fuerunt, impendit interiori & accuratiori fabricæ plantarum & animalium indagandæ, aliqua tamen etiam ad practica contulit.

Ej. *de polypo cordis* & in *operibus omnibus* Londin. 1686. fol. *. In dextro ventriculo fere ampliores reperiri polypos, magiſque albidos. Eandem eſſe naturam reticulatæ & fibroſæ partis ſanguinis, & cruſtæ pleuriticæ, & polypi. Deſcriptio polypi ingentis, lamellati. Vidit Malpighius ex ſubitaneo terrorre natum. Sedes & in utroque ventriculo, & in pulmonis vaſis eſt, & eodem tempore utrobique polypi reperti ſunt. Intercedere rubræ parti ſanguinis denſos globulos. Acidis chemicis liquoribus ſanguinem denſavit, atrum reddidit.

In

In *poſthumis operibus* MALPIGHII Lond. 1697. fol. *. Venet. 1743. fol. *. & alias editis, pluſcula ſunt clinici magis argumenti. De febre epidemica illa BORELLO dicta. Vermes in jecore bovino & hominum cucurbitini, ſoleæ figura.

ID. PLACIDI PAPADOPULI nomine *anatomes in medicina utilitatem* tuitus eſt, libello in *poſthumis* recuſo. Polypos cordis in vivo homine reperiri poſſe, contra KERKRINGIUM confirmavit. Caput in lapidem verſum, oſſibus mire craſſis deſcriptum dedit. Tæniæ caput dixit & oculos: unguesque monſtroſos.

Alio libello ad SBARALEÆ objectiones reſpondet, quas ille in l. *de recentiorum medicorum ſtudio* protulerat. Non deſperandum eſſe de eruenda vera fabrica partium corporis humani, earumque actione, cum oculi pleraque phænomena artificioſo oculo imitari didicerimus. Abſque anatomes luce artem in empiriſmum tranſituram, ignoratis morborum cauſis. Cauſa morbi cognita, partiſque adfectæ fabrica, auxilia ad obvium quodcumque malum excogitari poſſe.

EJ. *Conſultationum medicinalium centuriam* I. adidit HIERONYMUS GASPARI Patav. 1713. 4. *. Maluiſſent MALPIGHIANI amici (*a*) abſtinuiſſet Editor ſuo labore; cum MALPIGHIUS, alias in curas intentior, in re clinica minus laboris poſuerit: ſalinæ præterea & acidæ theoriæ ſuo cum ſeculo deditus.

EJ. & LANCISII *conſultationes medicæ* Venet. 1747. 4.

Elogium eſt in *decadibus* FABRONI.

§. DCXCIX. VARII ad a. 1661.

GASPAR DELOS REYES FRANCO Medicus Carmonenſis in Hiſpania. EJ. eſt *Elyſius jucundarum quæſtionum campus medicis imprimis ſumme utilis* Bruxell. 1661. fol. Francof. 1670. 4. *. Spiſſum volumen, non illud profundiſſimæ eruditionis, non tamen non grata varietate plenum. Ad hiſtoriam & decora medicinæ tuenda. Medicorum dignitates & præconia. Pontifices medici: ÆSCULAPIUS, HIPPOCRATES. Ad prudentiam medicam, varia adverſus amuleta. Poteſtas ſanandarum ſcrophularum etiam regibus Hiſpaniæ impertita. Longævitas. An detur per conſortia juvenum rejuvenaſcere. Deliros & moribundos linguis peregrinis uſos fuiſſe, & vaticinia profudiſſe. Philtra. De animalibus abſque capite aliquamdiu viventibus, & ſine corde. De cruentatione cadaveris ad occiſoris præſentiam, etiam infantis cum propriæ matri geſtandus daretur. De cadaveribus incorruptis conpilatio. De animalibus aut lapidibus intra viva hominum corpora naſcentibus. Somnambuli. Aphrodiſiaca & antaphrodiſiaca. Virorum adfectiones muliebribus ſimiles. Fuſe de nævis & de efficacia imaginationis. Abortiva ſemper illicita eſſe. Scytharum ſterilitas HIPPOCRATICA. Aſiti. Propria hiſtoria feminæ Hiſpanæ, quæ 72 diebus in profunda fovea abſque cibo & potu vixit

(a) *Journal de Trévoux* 1713. p. 2190.

vixit, ſervata demum & cum vita reconciliata. Gallica lues; ejus origo, modi quibus contrahitur, teſtimonia aliqua, ante 1493 annum in Italia notam fuiſſe. Fuſe de rabie, ejus contagio, & imaginariis catulis. Veneno enecta animalia, num venenata. Veneni propinati ſigna. Quæ biberat de aqua, ex qua mures biberant, tunc ipſi ex veneno propinato ægri, difficulter ſervata eſt. A veneno ventriculus cum œſophago excoriatus. Intra menſem periit, cui hydrargyri ſublimati minimæ doſes ſubinde propinatæ fuerant. Cur peſtis veſpillonibus non noceat? Num fædis odoribus juvetur. Vis alexiteria monocerotis, lapidis bezoar, auctor hic non valde credulus eſt. Febrium, quas antiqui a ſymptomatibus denominaverunt cum noſtris conciliatio. Negat hecticam febrem contagium habere, etſi vulgo ita putetur. Antifebrilia: chalybs in febre tertiana notha rebelli utilis. Quartanam eidem homini non bis moleſtam eſſe. Morbus hypochondriacus, ejus curatio auctori familiaris: per clyſteres lenes, humectantes, ſimilia purgantia, apozemata aperientia, fotus, unctionem roborantis ſcopi, balnea, chalybem. Venæ ſectio: eſſe tamen ubi in gravida femina venam radii aperire præſtet. In cacochymia lochiorum fluxus purgantium uſum non impedit. Aſtra ob venam ſecandam non conſulenda. Apoplectici reviviſcentes. Quare pleuritis facile in abſceſſum tranſeat, non ita phrenitis. Cur crurum paralyſi facile, brachiorum vix unquam curetur. Carnium primus uſus. Sanguinis ſudor & cruentæ lachrymæ. Longe poſt ſeptimum diem ſerius multos mortales ex iſchuria convaluiſſe. Lithontriptica multa. Podagra ſtricto victu ſanata. Abſurda deglutita. alienis locis per abſceſſus edita. Cui vipera manum momorderat, is ea continuo reſecta ſervatus eſt. Morbus aut adfectatus, aut hyſtericus, cum chorea S. VITI Emphyſema a pectoris vulnere per univerſum corpus expanſum, non intellectum.

GAUDENTII BRUNACLI medici Romani, *de Cina Cina ſ. pulvere ad febres ſyntagma phyſiologicum* Venet. 1661. 8. *. Homo ſcholaſticus mala dictione uſus eſt. Ex GALENO corticis peruviani dotes interpretatur, nec tamen nihil expertus, qui duabus drachmi duplici tertiana febre ſe ipſum liberaverit, cum tamen cachecticæ in corpore obſtructiones laterent. Corticis temperamentum calidum eſſe & ſiccum ſecundo gradu, non tamen ex ſola qualitate, ſed tota etiam ſubſtantia febrem ab eo cortice debellari. Ex vino vult ſumi, quod ſuo calore conveniat, non ex aqua, neque decoctum.

HENRICI EYSSON *diſſ. de fetu lapideſcente* Groning. 1661. 12. *, Profeſſoris Groningenſis non inepta opella, ſcripta occaſione celebris oſtenti Dolani, de quo per HENRICUM MEIBOMIUM audiverat. Ejus lapidei fetus formationem & retentionem in matris utero exponit. Ut potuerit lapideam induere duritiem. Subjicit aliorum de eodem oſtento relationes, ſua nuperiores.

EJ. *ſyntagma medicum minus* Groning. 1672. 12. L.

GOTHOFREDI VOIGT *deliciæ phyſicæ* Roſtock 1661. 8. Homo ſingularis ſyllogiſticus, etymologicus, literator, fuſiſſime opiniones & narrationes perſecutus, credulus & ſcholaſticus. In hac collectione eſt 1. diſſ. de ſtillicidio ſan-

ſanguinis ex cadavere hominis interemti, quod in præſentia occiſoris ſupervenit. Hiſtoriolarum abunde vetuſtæ famæ jam a LUCRETIO profectæ, quam tamen noſter refutat, & PFAUZII diſſertationem evertit.

ANTONII EVERARDI medici Middelburgenſis, per labores anatomicos noti, *Antiqui morbi recrudeſcentis per ſuctricem inducti cum gallico conciliatio* Middelb. 1661. 16. *. Morbus in patria civitate epidemicus, eas ſolas feminas infeſtabat, quæ hac neque alia ſuctrice femina uſæ eſſent. Papillæ ſordidæ, fiſſæ, nocturni artuum dolores, exanthemata capitis & crurum, faucium ulcera. Infantibus per faciem puſtulæ, aphthæ. Viri & mariti pauciſſimi aliquid mali paſſi ſunt. In ſuctrice nihil animadverſum ſuſpecti, quæ honeſta mulier eſſe videretur, ab alia aliqua femina infecta. Sed & ancillæ & cuſtodes contagio patebant. A ſuctione tamen luem ortam fuiſſe noſter oſtendit, cum mammæ malum primæ ſenſerint. Halitus neminem infecit. Aqua mercurialis, in qua hydrargyrus ſublimatus infuſus erat, ſalubri effectu dorſo illinebatur, decoctum ex lignis ſudoriferum propinabatur, cui plurimum noſter tribuit.

HOBII *van der* WORM, medici & in ſchola Naerdenſi rectoris *atriplex ſalſus vulgo dicto ſoutenelle* Amſterd. 1661. 12. *. In eo l. caput eſt de Quartana Zeelandis moleſta. Iis febribus atriplicem ſalſum mederi, & in univerſum domeſticas plantas ad domeſticos morbos convenire. Atriplicem ſalſum ad ſcorbutum valere. Ejus plantulæ ſingulares vires. Theoria morborum lienis, quod viſcus calidum ſit & ſiccum. Aphtharum ex ſalina natura exaltata ortus: a lienis intemperie ſalſa ſcorbutus. Urina, cum ruberrima eſſet & rubras arenulas deponeret, æger dolore adfligebatur, remittebat malum, quando pituita in matula coibat. Bullæ viſcidæ urinæ ſignum ſcorbuti. Atriplicis ſalubre acetarium. Alii modi utendi. Alia auxilia. In hypochondriaco malo cum paralyſi manuum larynx ſurſum & deorſum convulſive movebatur, ut digitis conprimentibus, diu & noctu nunquam dimittentibus, neceſſe eſſet laryngem coercere, cum convulſio alioquin ægrum ſuffocaret, totis 40 diebus.

JAC. REVII *Daventria illuſtrata* Leid. 1661. 4.

§. DCC. GABRIELIS CLAUDER. P. J. SACHS.

G. CLAUDER archiatri Geldani, *ad medicum Amſtelodamenſem* MARCUM RUYCH *de obſervatione anatomico practica mirabili epiſtola* Patav. 1661. 4. *. (in Germania excuſa). In homine frequenter cibum revomente ventriculus & omentum in pectoris caveam migraverant, cum duodeno, pancreatis parte, & colo.

EJ. in E N. C. Dec. II. ann. 3. obſ. 76. In cachectico & ſcorbutico cum calculos ægrotus exturbare vellet integra drachma ſpiritus ſalis ammoniaci ſumta, ſecuta eſt cum vehemente nephritide cruenta mictio, arenis etiam ipſius fruſtis egeſtis, & ſanguine pure ad integram libram effuſo, funeſto demum eventu.

Obſ. 77. a clyſtere colocynthide prægnante in cacochymo ſubdito epilepſia, mollientibus demum pacata.

Obſ. 78. In ventriculo cervi ſacculus membranaceus, intra eum calculus lamellatus.

Obſ. 79. cum polypus metueretur calculus denum intra eum una evulſus.

Obſ. 81. ex nauſea & terrore ſubito mortuus.

Obſ. 83. ſanguinis aſinini in aqua anagallidis potio ad convulſiones efficax, ex ſcriptoris teſtimonio.

Omitto anni IV. ſuperſtitioſa & medicamentorum ſcriptiones.

Obſ. 138. ſanguinem in apoplectico frigidum de vena fluxiſſe & 139 tum in obſ. 140 urina.

Obſ. 141. ſternutatio ad octo horas continuata moleſtiſſima, repreſſa opio & oleo hyoſcyami per nares adtracto.

Obſ. 142. cephalalgia vehemens cum diſceſſione ſuturarum: iſta etiam in partu difficili obſ. 143.

Obſ. 144. cui per ludibrium ſodalis aurem comminxerat, is ſtupore ſomnolento ſuborto ſalus fuit a mollientibus auxiliis.

Obſ. 145. Maximus dolor a formica in aurem irupente, vapore ſedatus.

Ann. V. obſ. 178. opii cum ſpiritu vitrioli ſuperfuſo grana decem ipſe imprudens abſorbſit, inde capitis ſtupor & aſthma, hæmorrhagia narium, nihil ultra mali.

Obſ. 179. qui opii grana triginta, triginta quinque & demum 50 in diem per octodecim menſes ſumpſit, nihilque inde incommodi paſſus eſt, continuo vero deinde diarrhœam, ſi deſiſteret.

Obſ. 185. arthritidi utilis adfricta bryonia. Baccas ſatas ſpeciem non reparari.

Obſ. 189. ſomnambulatio calidis ſufflaminata.

Obſ. 192. in dente vehementiſſime dolente vermis acaro caſeario ſimilis.

Obſ. 193. Juvenis athleticus cum cereviſiæ peſſime, fæculentæ magnam copiam bibiſſet, vomuit materiam piceam, tanta demum ubertate, ut ſuffocatus interierit. Ventriculus in pectus migraverat, pylorus laxiſſimus erat, ut facilis ex inteſtinis in ventriculum reditus eſſet.

Obſ. 194. clyſter vomitu redditus, neque magnum inde malum.

Obſ. 196. iram ſenibus potius analeptici loco eſſe.

Ann. VI. obſ. 178. hyoſcyami, in dyſenteria utilis uſus, & aquæ potiſſimum.

Obſ. 186. Vomicæ pulmonum ſæpe abſorbentibus ſanatæ.

Obſ.

Obſ. 188. arthritico cauteria jam in ſuo corpore geſtanti tamen a natura ulcus excitatum eſt.

Ann. VII. obſ. 161. cæcitas epilepſiam bis præceſſit.

Obſ. 164. in ſcorbuto riſus per multos annos ſardonius.

Obſ. 174. utique ex verme in dente habitante dolor.

Ann. VIII. obſ. 206. contra vires ſalutares, quas nicotianæ tribuunt.

App. ann. X. vita viri, ſcripta a FRIDERICO GUILIELMO CLAUDER, genero.

EJ. *inventum cinnabarinum h. e. diſſ. de cinnabari nativa hungarica in majorem efficaciam fixata & exaltata* Jen. 1684. 4. *. Hanc cinnabarim flammæ lampadis per octo & novem menſes exponit, tum calori fimi equini per centum dies, iterum tribus adhuc menſibus auctiori: ita porro igne ſubagitat, ut novem grana adverſus luem ſufficiant.

EJ. *Praxeos medicæ monumenta generalia* Chemniz 1729. 8.

PHILIPPUS JACOB SACHS Vratiſlavienſis, ex primis Novæ Academiæ Naturæ Curioſorum ſodalibus, magnus collector.

EJ. *ampelographia; ſ. vitis viniferæ conſideratio hiſtorico medico chymica ad normam collegii naturæ curioſorum* Lipſ. 1661. 8. *. Præter hiſtoriam naturalem vitis & vini collectitiam, longiſſimo ſermone agit de vini admirando & multiplici in arte medica uſu. Vini noxæ. Vina artificialia. Similis hiſtoria ſpiritus vini, aceti, tartari &c.

EJ. *Gammarologia* F. Lipſ. 1665. 8. *. Magna collectio de calculis in animalium corpore ſubnaſcentibus. Vires animalis medicatæ, potiſſimum oculorum cancrorum, collectitiæ. Serpens in corde cervi petrefactus.

EJ. *de lapidum natura* cum libello J. DAN. MAJOR *de cancris & ſerpentibus petrefactis* Jen. 1664. 8. *. Lapidum & partium induratarum in corpore humano collectio, quæ in ventriculo, aut alibi reperta ſint.

Memoriam viri celebravit J. DAN. MAJOR Lipſ. 1674. 4. *. Magna vis adnotationum eſt in E. N. C. Scholia ad ſingulas fere obſervationes dedit, quibus hiſtoriæ parallelæ comparantur.

Deinde proprii laboris ſunt *Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 13. Inſecta quæ peſtis & febrium malignarum cauſæ ſunt.

Obſ. 98. Homini robuſtiſſimo alvus pertinaciſſime conſtipata, & fæces demum ligneo inſtrumento exemtæ.

Obſ. 110. Fetus ventralis Aurelianenſis. Vixerat, uterusque illæſus fuerat.

Obſ. 141. Lactei victus adverſus podagram vis ſalutaris.

Obſ. 142. & emplaſtri podagrici ex eſula, bryonia, helleboro, ariſtolochia, chelidonii radice facti, maximum equidem dolorem cientis.

Ej. in *ann.* II. *obſ.* 69. opii vis aphrodiſiaca.

Obſ. 96. oculorum ſplendores in epilepticis mortis prænuntii.

§. DCCI. Varii.

Antonius Crispus Drepanitanus, ſacerdos & medicus, multa ſcripſit a Mongitorio recenſa.

Ej. eſt *commentarius in acutæ febris hiſtoriam* Panormi 1661. 4. Mong.

Ej. *in lethargum febri ſupervenientem acutæ commentario duo. Acc. novi in icteritiam ante ſeptimum commentarii, in quibus nonnulla etiam, quæ ad febris malignæ & peſtilentis dignotionem & curationem faciunt, enucleantur* Panorm. 1668. 4. Mong.

Ej. *Hypomnemata duo, in quibus de parotide laborioſis in febribus superveniente, & ſimul nonnulla controvertuntur & declarantur, nec non quid a medicis praxin exercentibus in ejus eruptione ſit agendum exponitur* Panorm. 1668. 4. Mong.

Ej. *Epiſtola medicinalis ad* Gradonicum Seminara, *in qua exponitur ratio curandi febres putridas per venæ ſectionem & purgationem per alvum* Panorm. 1682. 4. Mong.

Ej. *de ſputo ſanguinis, ſi a corporis partibus infirmis proveniat, cum tuſſi & febre, conſultatio: & in medicinalem epiſtolam dilucidationes, quibus reſpondetur interrogationibus factis ab* Antonio Ruasi *de neglecta venæ ſectione in febribus* Drepan. 1682. 4. Mong.

Cum a. 1688. obiiſſet, *orationem funebrem* habuit & edidit Franciscus Valcassar Drepani 1689. Mong.

J. Baptista Bataller medicus. Ej. eſt *diſceptatio unica de ſignis propriis veneni ſumti* Origuelæ 1661. C. de V.

Bartholomæi Torrini *anacriſis de ſectione ſaphenæ in ſuppreſſione menſtruorum* Turin 1661. 8.

Stephanus Willet *de oſtento Dolano* Dol. 1661. 4. L.

Francisci Bouchart *Oſtentum Dolanum* ib. 1661.

Servatii Gillet, Galenus *moralis ac myſticus præſcribens alexipharmaca & amuleta ad utriuſque hominis ſanitatem præſervandam* Ed. II. Lovan. 1661. 8. F. Oppen.

Lud.

LUD: *du* BUISSON *hercules chymicus morborum debellator ſ. aurum philoſophorum potabile* Francof. 1691. 4.

ABRAHAM FALTZIUS *de artis pharmaceuticæ dignitate & præſtantia hujuſdem pro generatione nec non de requiſito & decoro cordati & periti pharmacopæi* Halberſt. 1661. 4.

J. HENR. URSINI *exercitatio de Hermete triſmegiſto ejuſque ſcriptis* cum EJ. *exercitatione de Zoroaſtro & Sanchoniatone* Norib. 1661. 8. B. BUN.

J. KLEINII *conſilium medicum de podagra* Onoldi 1661. 8.

D. R. I. *Medicinalia* Glukſtätt 1661. 12. TR.

JAC. HOLZAPFEL *de medicina ab opprobriis vindicata, & medicus indigne vapulans* Lipſ. 1661. f. TR.

J. BAPTISTÆ MORINI medici & aſtrologi *vita* Haag 1661. f. B. BUN. Num cum aſtrologicis aliqua medica conjunxerit, ignoro,

Pharmacopœa Antwerpienſis Galenico chymica Antwerp. 1661. 4.

CAR. V. MANDER *de pulvere tabaci poema* Hafn. 1661. 4.

§. DCCII.

ROBERTUS BOYLE.

Ex comitibus in Corke, nobiliſſima ſtirpe natus, debili corpuſculo, totum ſe dedit rei naturali, interque experimenta phyſica conſenuit. Medicinam ſolebat facere, & remedia ipſe miſeris diſtribuebat, SYDENHAMI, hoc ipſo teſte, adſecla. Huc facit *Chemiſta ſcepticus* Oxon 1661. 8. 1679. 8. Lond. 1662 8. *. Roterd. 1662. 8. *. 1668. 12. ZOCHA. Ex præſtantioribus nobilis ſcriptoris laboribus, etſi ex antiquioribus eſt. In ſecunda Exercitatione oſtendit, non continuo poſſe pro corporum elementis ea producta haberi, quæ ignis de quoque corpore elicuerit, cum in plurimis exemplis hi ſales, hæc olea nunquam in eo corpore præſto fuerint, dum integrum ſuæque indoli & naturæ relictum fuit.

In *novis experimentis phyſico mechanicis de aëre* Oxon. 1661. 8. *. continetur digreſſio de reſpiratione, & agitur de animalium aere privatorum ſubitanea morte, ipſorum inſectorum, quæ tamen eadem amiſſo capite volare pergant. Suffocatio a vapore muſti, ab aere non renovato.

EJ. *tentamina phyſiologica & hiſtoria fluiditatis & firmitatis* Lond. 1661. 4. TR. latine & pariter Anglice 1668. 4. TREW. 1669. 12. Amſt. 1667 12. *. Pluſculi ſunt libelli. 1, *Infidus experimentorum ſucceſſus.* Experimenta nempe

 vera

vera certiſque teſtimoniis nixa, quorum tamen eventus cum minutis neque ſemper ſatis notis, conditionibus conjungitur. Huc refert infidos medicamentorum ſucceſſus, quæ minus bene parata medicus exhibuerit: de hydrargyro ſublimato queritur, quem admiſto arſenico adulterent. Stanni, antimonii, aliarum minerarum varietates facere, ut ſubinde medicus promiſſis proceſſus ſtare nequeat.

2. *Experimenta quæ non ſuccedunt*, nempe eventus inconſtantes, qui modo hoc modo eveniunt, modo alio, ut varietates anatomicæ. Huc refert incertum effectum pulveris ſympathetici, qui ſæpe ſpem eludat, huc araneos in Gallia venenatos, in Hiſpania innocuos. Pleraque tamen exempla alio ſpectant.

Ej. majus opus *Some conſiderations touching the uſefulneſſ of experimental natural philoſophy* Oxford. 1663. 4. Tom. II. 1672. 4.*, Multum aucta in editione latina Lond. 1692. 4.*. Pars ſecunda tota medici eſt argumenti, vireſque medicatas tradit, minus eo ævo perſpectas, aliquantum ab optimo viro ornatas; forte quod amici, quibus liberaliter medicamenta impertiebat, virum optimum favente de utilitate commendatorum medicamentorum exitu ſublevare voluiſſent, quæ certe BOERHAAVII conjectura eſt. Ecce aliqua exempla. Anatome comparata. Utilitas experimentorum, per quæ conſtat, quæ pars corporis animalis ad vitam ſuſtentandam proxime pertineat, quæ minimi ſit momenti. Ad pathologiam experimenta, per quæ diſcimus certo, & intra breviſſimum tempus, poſſe duros calculos ex molli materie cogi: poſſe lapilli materiem in limpidiſſima urina diſſolutam inconſpicuam ſuſpendi. Veteres nimium tribuiſſe elementaribus *qualitatibus* corporum; ſalinis, ſulfureis aliis &c. nimis parum. Humorem hydropicum facile cogi. Calculorum etiam felleorum fabrica laminata eſt. Multum in humanis lapillis eſſe ſalis volatilis. Non deſperandum de liquore calculum ſolvente, cum dentur, etiam corrodendi vi deſtituti, liquores, qui ferrum ſolvant & aliqui hujus generis liquores ſibi innotuerint. Opium cani vix nocere, etiam majori doſi datum, felem in rabiem vertere. Viperæ morſum, experimenti cauſa receptum, ferro candente admoto noxa caruiſſe. Medicamenta, quæ ipſe paravit infuſoria. Vim corticis peruviani adverſus febres intermittentes conſtantem expertus eſt. Herba ſcrofulas curans. Virginem, quæ ſenſum partium externarum amiſerat, ſuperſtite motu, HARVEIUS nuptiis conciliatis ſanavit. Cancer mammæ vitriolico medicamento curatus. Specificum medicamentum ad hydropem. GERARDUM BOOT calculum renalem diſſolviſſe, nonnunquam etiam veſicalem. Fuiſſe, qui friabilem calculum inter digitos comminuerit. Nova vina artificialia. Medicamenta potentiora chemica, ut ex argento paratum ad expellendas aquas. Aliorum medicamentorum, ut ſennæ vires, admiſto ſale lixivioſo augeri. Ex zinco GLAUBERUM medicamentum non nauſeoſum parare (an forte flores nuperis laudati?). Vires medicamentorum, quæ pro vilibus habebantur, ut ſpiritus fuliginis, ſuccus ſtercoris equini ad iſchuriam efficax, millepedes ad cataractam. Simplicia compoſitis præſtare. Hyoſcyamus potentiſſime ſanguinis jacturas ſupprimit. Ens primum veneris (potius martis) ad rachitidem valet. Opium optime corrigi: digerendo

in

in vino. Ut plantarum vires medicatæ efficaciores obtineantur. Pro medicamentorum extus adplicatorum efficacia. HARVEIUM certos tumores admota manu mortui hominis nonnunquam diſpuliſſe. Butyro profluvia alvi ſanari. Pauca hæc ex multis, omnia enim decerpere infinitum foret.

EJ. *experimenta & conſiderationes de coloribus* Anglice Lond. 1664. 8. & latine Lond. 1665. 12. *. Plurima & nobilia phyſici argumenti experimenta hic habes, & noſter colores conjunctos albedinem reflectere jam eo ævo vidit. Ad medicinam pauca faciunt. Colores phantaſtici, colores a morbo orti. Feminæ nobili ſubito omnia corpora ſplendidis coloribus tincta apparuerunt: ſed poſtridie hyſtericis motubus infeſtata, in delirium & paralyſin incidit. Idem ſplendor colorum in multis peſtis iimminentis ſignum fuiſſe: Salutare hic emeticum ex vitriolo albo. Cæcus, qui colores tactu dignoſcebat. Hic niſi fallor, primum habetur modus alcali & acidi præſentiam per cæruleum vel rubrum colorem ſuccis cæruleis impertitum detegendi.

EJ. *hiſtory of cold* Lond. 1665. 8. & 1683. 4. *. & *a dialogue concerning the poſitive and negative nature of cold* 1673. 8. Collectio ad effectus maximi frigoris, ex variis itinerum ſcriptoribus, etiam ad necanda animalia efficacis.

EJ. *continuation of new experiments phyſicomechanical upon the ſpring of the air* Orford 1669. 4. & latine *ſecunda continuatio* 1688. 8. *. Experimenta antliæ pneumaticæ ope facta, quam PAPINUS nuper perfecerat. Ut animalia in aëre factitio pereant, ut in ſpatio aere deſtituto. Aer, qui ex putredine generatur, aer compreſſus, ejuſque effectus.

EJ. *exercitationes de atmoſphæris corporum conſiſtentium deque mira ſubtilitate & inſigni vi effluviorum* Anglice Lond. 1673. 8. *. Latine Lond. 1676. 12.

EJ. *ſuſpiciones de latentibus æris qualitatibus* Lond. 1676. 12. *. Non repugnat aſtrorum influxui. Peſtes uni ſoli generi animalium infeſtæ.

In *tentamine porologico* Lond. 1684. 4. *. de nonnullorum medicamentorum vi per cutem animalium penetrabili.

In *apparatu ad hiſtoriam naturalem ſanguinis* Lond. 1685. 8. *. multis de ſpiritu ſanguinis agit, cui plurimum virium medicatarum tribuit.

EJ. *Hiſtoria naturalis aquarum mineralium* Lond. 1686. 12. Primum fere analyſeos harum aquarum ſpecimen. Acore conſpicuo deſtitui. Vires medicatas celeriter amittere.

In l. *de ſpecificorum remediorum cum philoſophia corpuſculari concordia, & de utilitate ſimplicium medicamentorum* Anglice Lond. 1685. 8. Latine ib. 1686. 4. *. Genev. 1687. 4 Gallice vertente D. ROSTAGNI Lion 1689. 12. d'ETR. 1688. 12. FALC. Dari utique medicamenta ſpecifica oſtendit, vel unico exemplo cantharidum, quarum

quarum maxima in veſicam urinariam eſt efficacia; neque ulla alibi. Ut poſſit eorum auxiliorum actio exponi: diſpellere materiem morbi per poros inſenſibiles. Poſſe etiam, ut ſales ſolent, medicamenta ſpecifica certas particulas domare, ut in exemplo acorem frangere, ut alcalia ſolent, aut de ſanguine noxium aliquem humorem præcipitare, aut morbi materiem ita diſponere, ut facilius ſubigatur, aut cum eo in neutram aliquam qualitatem tranſire. Ubique exempla producit.

In *altera diſſ.* oſtendit uſu ſimplicium medicamentorum efficaciam certius prævideri, certius confirmari. Oleum terebinthinæ in hæmorrhagia multum laudat; in gangræna compeſcenda ſaccharum ſaturni; in morbis pulmonum hederam terreſtrem, in ſcrofulis paronychiam foliis rutaceis: ſaponis in ictero, & ad urinam ſanguinolentam. Pronior in recipiendas has vires fuit, ut etiam lapidem de colubre ad viperarum morſum valere putet, & ungulas alcis geſtatas ad ſpaſmos. Gummi arabicum ad dyſuriam ſanandam aliquid poſſe facilius credas, etſi in me ipſo ſucceſſu caruit. Sulfure vitrioli diuturnam agrypniam ſuperavit.

Cum Ej. *final cauſes of the natural things* Lond. 1686, 4. *. quatuordecim prodierunt adnotationes de viſu varie vitiato, duplici &c. quarum rariores ſunt hiſtoriæ. De oculorum in ſubterraneo carcere mirifice acuto ſenſu. Ante cataractam viſum ſæpe duplicem eſſe, & cum vera imagine alteram obſcuram percipi.

Ej. *medicina hydroſtatica or hydroſtatiks applied to the materia medica* Lond. 1690, 8. *. Non valde ad rem noſtram facit, etſi pondera ſpecifica bilancis hydroſtaticæ eo tempore novæ auxilio detegere ſtuduit. Pro bolorum & terrarum vi medica pugnat. Varios medicos erraſſe in ratione ſpecifici ponderis.

Ej. *experiments and obſervations on ſeveral ſubjeets relative to natural phyloſophy* Lond. 1690. 12. 1718. 12. Curationes morborum per medicamenta chemica ſublatorum. Ens veneris in febre epidemica Dublinenſi adverſus ſubſultum tendinum bono eventu adhibitum eſſe.

Ej. libello *on the great effect of languid and unheeded motion* adjecta eſt diſſertatio *on the cauſes of the ſalubrity and inſalubrity of the air.* Aeris inſalubritatem eſſe ab exhalationibus ſubterraneorum corporum, nam mineras etiam terra ſepultas effluvia ſua in atmoſphæram didere. Arſenicalem magnetem adverſus peſtem laudat.

Ej. *general hiſtory of the air* 1692. 4. *.

Ej. *medicinal experiments, or a collection of choice and ſafe remedies the moſt part ſimple* Lond. 1696. 12. 3 vol. *. 1731. 12. 1743. 8. Germanice Leipz. 1692. 12. 1704. 8., & alias. Secundum morbos formulæ ſunt auxiliorum. Nolles hunc libellum ſummo viro excidiſſe, in quo certe innumera continentur, nullo fundamento nixa: ut cineres fimi porcini in dyſenteria; marcaſita adverſus veſicæ

veſicæ dolores etiam a calculo natos, ſenecionis ad febres intermittentes; amuleti mechoacannæ ad crampum, ſtercoris humani ſicci ad initia cataractæ, geranii columbini ad hernias, euphraſiæ ad viſum debilem.

Operum omnium editio imperfecta Genevæ prodiit 1671. & 1704., de quarum editione priori BOYLEUS conqueritur (*a*). Compendium Londini dedit BOULTON, & aliud plenius PETRUS SHAW 1725. 4. 3 vol. Nuper ſplendida editio fol. 3 vol. prodiit Londin. 1744. B. B. cum fuſiſſima auctoris hiſtoria.

In *philoſophicis tranſactionibus* aliquæ ſunt ſummi viri diſſertationes.

N. 22. de transfuſione quæſtiones, ad LOWERUM datæ, acuti judicii plenæ.

Apud BIRCH a. 1664. T. I. p. 509. experimentum ſuum recenſet, quo uno nervo phrenico abrupto animal laboret, utroque rupto ſubito pereat.

EJ. experimenta infuſoria.

Ap. BIRCH. II. a. 1666. opium in venas injectum continuo ſuum effectum edere.

Iterum a. 1669. de morte a deglutito, & inteſtini particulam replente atque vitiante hydrargyro, quod funeſtum in volvulo tentamen fuit.

ID. in n. 62. Experimenta facta in ſpatio aëre vacuato. Piſces ſolent intumeſcere, tum viperæ: deinde aërem emittunt & detumeſcunt, ſed iterato tument, & denique pereunt. Rana perinde tumeſcit, & mortuæ ſimilis adparet, ſed tamen convaleſcit aëre reddito, diuque vim ſpatii aëre vacui eludit. Catellus modo natus, cum mortuus videretur, reddito aëre convaluit. Piſces non facile pereunt. Sub aquam merſa fringilla intra dimidium horæ minutum interiit, tum paſſer, & muſculus. Anas ſubmerſus aërem de roſtro reddidit, & de pulmone aquam, periit idem intra ſextum minutum: alias intra quartum.

Ib. n. 63. Aërem nom omnino exhauſtum, valde tamen rarefactum, animalia ferre ſolent, & reddito aëre reviviſcere. Aër ad reſpirationem ineptus redditus tamen vim prementem conſervat. Inſecta in ſpatio inani alia ita perire videntur ut reviviſcant, alia irrevocabili morte exſtinguuntur.

EJ. Phil. Tranſ. n. 107. de laudano ſenioris HELMONTII, & de junioris laudano. FRANCISCI arcanum, fit opio cum ſucco cydoniorum fermentato, inde poſt decennium infuſo cum cinnamomo, moſchata nuce & caryophyllis, poſt aliquot dies percolato, in extractum ſpiſſato, Doſis eſt 4 ad 10 guttas. Hanc præparationem præfert vir nob. equam arcanam J. BAPTISTA pater reliquit.

(a) *Phil. Tranſ.* n. 130.

DCCIII. Olaus Borrichius.

Vel Borch, Ripenſis ex Jutia, vir ingenio valens, in chemiam propenſior, tantum ex arte ſua confecit lucri, ut collegium medicum proprium cum ſtipendiis pro pauperibus ſtudioſis, reditibus donare moriens potuerit.

Primum, dum peregrinabatur, in epiſtolis ad præceptorem T. Bartholinum ſolebat, quæ nova mererentur, cum eo communicare. Eæ epiſtolæ ex doctiſſimis ſunt earum, quas collectas Bartholinus edidit. In *Centuria* III. quæ Hafniæ prodiit 1661. 8. *. cadaverum aliquot inciſiones habet.

In ep. 85. calculos felleos 90 dicit.

In *ep.* 97. Ureterem obſtructum, plenum duabus aquæ libris.

In *Cent.* IV. ep. 17. Febris intermittens ſanata mercurio præcipitato, ad ſcrupulum unum intus ſumto. Mercurio Arabes ad ulcera fætida oris, ad tineas, uſos: idem auxilium a Gordonio & Argellata ad luem veneream primum translatum, & a J. de Vigo deſcriptum fuiſſe.

Ep. 76. Calculus aqua calcis ſolutus, ante nuperos, proprio experimento.

Ep. 92. Aurum potabile ſibi apud Jeſuitas oſtenſum fuiſſe. Femina barbata. Opio in venas infuſo canem ſoporem paſſum, mirifice inde obeſum factum. Ab inteſtino in inteſtinum ſuſcepto volvulus. Aurum fulminans ſummum in hæmorrhoidibus ulceroſis remedium eſſe. Cæcitas diuturna, mercuriali ſternutamento ſublata.

Poſtquam in litem veniſſet cum Hermanno Conringio, chemiæ oſore, duobus ſcriptis contra doctum virum, ſed qui aliquo jam tempore alia ad ſtudia traſiiſſet, animoſus inſurrexit. Prius, brevius, *de ortu & progreſſu chemiæ* Hafn. 1668. 4. *. Alterum multo uberius, *Hermetis Ægyptiorum & chemicorum ſapientia ab* H. Conringo *vindicata* Hafn. 1674. *. Doctiſſimum opus, eo ditius, quod ex nupero itinere auctor codices MS. Ægyptiorum chryſopojeticos legiſſet, ſibique notiſſimos reddidiſſet. Nimis equidem res Ægyptiorum noſter ornavit, cæterum cauſam ſuam optime oravit. Perſuaſus ſe lapidem philoſophorum vidiſſe, & veterum de arte chryſopoietica monumenta defendit, & Paracelsi. Ut Ægyptios Conringius depreſſerat, ſic Borrichius Aristotelem, quem ille impenſius venerabatur. Non placebit æquo lectori, doctum virum ſpuriis manifeſto ſcriptis Hermeti, & Democrito tributis tanquam veris, deinde nuperioribus poſt Christum natum editis Ægyptiorum ſcriptis, ut perantiquis uti. Multa etiam experimenta chemica non auſim pro veris recipere: doctiſſimum tamen opus cum plurima voluptate legi, quo omnia recte & ſagaciter conjuncta reperias, quæ pro Ægyptiorum peritia chemica & medica dici poſſunt; de Hermete etiam potiſſimum. Plantarum cognitionem Ægyptiis non mediocrem fuiſſe oſtendit, etiam medicatarum, & potentiſſimum nepenthes non alibi notum. Sed Ægyptum ſalibus etiam & aliis medi-

medicamentis mineriſque abundaſſe. Sacerdotes Ægyptios artem medicam inveniſſe; diæteticam accurate perſpexiſſe, neque chemica medicamenta ignoraſſe. Incubationem in Ægypto natam eſſe. Medicinæ partes omnes ab Ægyptiis ad Græcos veniſſe.

L. II. pro Alchemia. PARACELSUM theoriam nimium immutaſſe. Librum HIPP. de veteri medicina tamen genuinum eſſe. A CONRINGIO PARACELSO injuriam fieri. Utique in pharmacis metallicis potentiores vires eſſe, non ideo draſticis, & aurum facile ſolvi, ut nulla corroſio accedat. Non eſſe neceſſe, medicamentum a natura ſuperari. Pro gemmarum vi medica, pro utilitate calcium abſorbentium. Olea ex animalibus parata penetrabiliora eſſe, & epilepſiæ reſiſtere. Sales volatiles eſſe efficaciſſimos. Sales plantarum dudum notos, a PARACELSO uberius fuiſſe expoſitos; iisdem ſpiritum ineſſe, antequam ad ignem transferas. Plantis Paracelſicos perinde uti: dari & Galenica draſtica. Sales in plantis ante combuſtionem ineſſe. Paracelſi mores excuſat.

EJ. *lingua pharmacopœorum*, *ſ. de accurata vocabulorum in pharmacopoliis uſitatorum pronuntiatione* Hafn. 1670. 4. *. Loca antiquorum collecta.

EJ. *de uſu plantarum indigenarum in medicina & de clyſſo plantarum & theæ ſpecifico enchiridion* ib. 1688. 8. *. 1690. 4. Ad quemque morbum, ad quamque claſſem virium medicatarum, catalogus plantarum indigenarum. Laudat aquam ſtillatitiam, quam in balneo mariæ correctam cum reſiduo ſiccato exprimit. Formulæ infuſorum theam æmulantium.

EJ. *chemicorum illuſtrium libellus poſthumus cum vita auctoris* ib. 1697. 4. *. & 1696. Hiſtoria potiſſimum chronologica alchemiſtarum.

EJ. *Diſſertationes*, *ſ. orationes academicæ*. Edidit SEVERINUS LINTRUP ib. 1715. 8. *. Huc pertinet oratio V. *de venenis* eorumque viribus medicatis, etiam cicutæ. De PANCIROLI deperditis. De contagio morborum & vitiorum. In l. de *qualitatibus occultis*, hellebori globulum in fonticulum brachii inmiſſum, vidit vehementer purgaſſe.

Addidit vitam viri PAULUS VINDING.

Diſputationes ejus non pauciſſimæ exſtant.

EJ. *de ſcorbuto* 1671. 4. *.

EJ. *de malo hypochondriaco* R. PAULO BRAND 1676. 4. *.

EJ. & CHRISTIANI *de ictero* Hafn. 1677. 4. *.

EJ. & H. ETMULLER *de hæmorrhagia* Hafn. 1682. 4.

EJ. *de ſomno & ſomniferis maxime papaveraceis* Hafn. 1682. 4. HEF. 1683. 4. *. Antiquitates papaveris. Analyſis: vim opii eſſe in temperandis motubus animalibus.

EJ. *de menſium defectu* Hafn. 1684. 4. PL.

Ej. *de lapidum generatione* Ferrara 1687. 12.

Ej. *de uſu plantarum indigenarum in medicina* 1690. 4. *.

Ej. *de morbis ſoporoſis, comate ſomnolento, lethargo, caro & apoplexia ex intemperie craſſa & frigida oriundis* abſque a.

In *Actis Haſnienſibus* Th. Bartholini multi ſunt libelli Borrichiani.

In act. Hafn. vol. I. obſ. 68. In tabido pulſus dexteræ manus bonus, malus ſiniſtræ.

Obſ. 70. Poſt petechias in tabida, ſudor atramenti atrore.

Obſ. 71. Poſt aphoniam quatuor annorum per iram recuperata loquela.

Obſ. 73. ſingultus in formoſa virgine periodicus.

Obſ. 74. obeſitas nimia, hydrargyro diſcuſſa & mota ſaliva.

Obſ. 75. decocto lignorum hydrops ſanatus.

Obſ. 76. aqua mercuriali illitæ fauces fecerunt cæcitatem.

Obſ. 89. hydrops abdominis, pectoris, pericardii. Lien prægrandis, cor exeſum.

Obſ. 91. diarrhœa bilioſa. Pulmo purulentus, hepar profunde cæruleum.

Obſ. 95. in puero hepar duriſſimum, plenum abſceſſibus.

Obſ. 98. in pedibus hydropicis celluloſa tela aqua ebria, & glandulæ pedum parum notæ.

Obſ. 134. Danielis Prottenii ſpiritus antiſcorbuticus.

Vol. II. obſ. 47. de lumbricis cucurbitinis & tænia. Puncta in iſta adnotavit, & in iis liquorem. Idem æger intra annum ad 800 ulnas tæniæ dejecit. In alio adnotavit puncta lateralia alterna. Inde bulimus, amaris ſuperatus.

Obſ. 57. febris lipyria, ut putat, ex uſu uberiori fructuum fagi.

Obſ. 63. aque betæ ſucco pro errhino adhibito maxima intumeſcentia capitis cum ſummo dolore.

Obſ. 64. & cruenta urina ab adſumta aloe.

Obſ. 75. Pro tuto uſu ſalium volatilium. Negat omnes ejuſdem eſſe indolis, & ſalem volatilem cornu cervi non eadem putat præſtare quæ ſal volatilis cranii.

Obſ. 77. a vena fluentibus menſibus ſecta cancri metus, & demum mors ipſa.

Obſ. 78. a retentis menſibus memoria conſtanter abolita.

Obſ. 79. ex hauſto hydrargyri fumo, cardialgia, vertigo, aſphyxia pene perfecta.

Obſ. 80. viſus duplex in femina morbis exhauſta, & morti proxima.

Obſ. 84. omenti glandulæ ſcirrhoſæ, purulentæ, inde hydrops.

Ann. III. obſ. 34. in febre maligna diabetes.

Obſ. 36. retrocedentes variolæ quatuor veſicatoriis revocatæ.

Obſ. 37. febris vaga inverſo ordine a calore incipiens, in frigus deſinens.

Obſ. 38. a læto nuntio percepto calculoſus extemplo lapillum edidit.

Obſ. 39. ab repudiato amore paralyſis, epilepſia, fatua oblivio.

Obſ. 40. & in viro & in femina de pudendis crepitus.

Obſ. 41. teſticulus ſcirrhoſus & purulentus, in vehemente lapſu adflictus, integre ſanatus.

Obſ. 42. veſicatoriis os diſtortum reſtitutum.

Obſ. 44. in febre maligna veſicatoria phlegmaticis proſunt, bilioſis nocent.

Obſ. 45. Stypticum BOUDETI non curat, niſi quod contingit, hinc hæmorrhagiam narium non ſupprimit.

Obſ. 46. gravida per quadraginta menſes flatus peperit, & convaluit.

Obſ. 49. apoplexiæ ſuperveniens ſalutari eventu abſceſſus in femore.

Obſ. 52. ex febre catochus.

Ann. IV. obſ. 43. Reduci ex India ſupprimitur urina, ſtupor in crus & pedem tranſit, dolor ſummus in pectoris muſculis ſævit, demum unius auris paralyſis, deinde & alterius accedit, alvus pene ad omnes ſtimulos ſurda denique reſpondet, neque urina voluntatem exſpectabat: ægrum empiricæ ſe credentem mulieri mors abripuit.

Obſ. 45. melancholica ſtipulas carpens & plumulas; difficillima ei alvus, niſi a tripla pharmaci doſi.

Obſ. 46. ex inguinis abſceſſu lumbrici. Os de pulmone rejectum & calculi; abſceſſus in ſede hepatis, ex quo lapilli fellei in femina orthoſtadia.

Obſ. 53. in febre maligna urina ſanæ ſimilis, bono equidem morbi eventu.

Obſ. 59. in podagra a ſolo ſudore levamen: cum ſpiritu nitri fervente.

Obſ. 60. abſque alio malo femina octavo vel nono demum die alvum liberans.

Obſ. 61. febres malignas in ſeptentrione ac in hiberno frigore non mitigari.

Obſ. 65. menſæ innixus marmoreæ in arthritidem incidit.

Obſ. 69. hydropica lac, in quo lavabat, ſudore ſuo coagulavit.

Obſ. 70. ſphacelus digitorum anno 36. ætatis ſuperveniens in patre inque filio.

Obſ. 72. in ſcorbutica ſputum dulce.

Obſ. 73. a terrore: a venæ ſectione oblivio. A catarctico priapiſmus.

Obſ. 80. Cantharidum analyſis, in iis ſal volatilis, plus adhuc olei craſſi, nihil acidum, ſalis fixi tantillum.

Ann. V. obſ. 38. Urina omnino viridis abſque cupri ſuſpicione.

Obſ. 40. imaginaria putredo & fætor perceptus.

Obſ. 41. urina profuſa in petechiali febre critice.

Obſ. 42. mirifica conjunctio diabetis cum dyſenteria.

Obſ. 43. qui in dyſenteria ex doloribus lancinantibus urethræ & teſtium dignoſcebat, ſanguinem ſibi deceſſurum.

Obſ. 44. Ulcera cruenta contagioſa.

Obſ. 49. ex imaginatione alvus fluxa, & in obſ. 50 ſpe procurata magna ſymptomata ſuppreſſa, aliique imaginationis effectus.

Obſ. 52. ab hydrargyro utrique carpo alligato mors ſubita. Alius æger a mercurio vitæ ſurſum & deorſum purgatus, periit pulſu prius deſtructo.

Obſ. 53. deliria a calculi aculeis veſicæ impactis.

Obſ. 54. Tertianæ frequens in quartanam degeneratio.

Obſ. 55. a temeraria doſi veratri propinata oculorum convulſio, ut inverterentur, & bulbus oculis ſolus conſpici poſſet. Eam oculi inverſionem in convulſione hyſterica ipſe vidi.

Obſ. 58. cum ob alvum pertinaciter ſtrictam glandes ſuppoſitæ fuiſſent, oleo diu colocynthi oblinitæ, demum duriſſimæ & fragiles fæces deceſſerunt.

Obſ. 60. apoplecticæ triſte delirium, ut ſe mortuam eſſe perſuaderetur: & id delirium diu ſupereſſet.

Obſ. 61. roſſalia, exanthema morbillorum adfine, ut latis ſcabris maculis cutis varia ſit, quæ in ſquamas ſolvuntur.

Obſ. 62. cephalæa immanis ſuperata frigida impoſita, & ſubinde renovata. Pariſiis frequenter eo in caſu arteriam ſecari.

Obſ. 63. adverſus initia ſuffuſonis oleum de linteo uſto ferro imbuto.

Obſ. 64. in hæmorrhoidibus tamen alvum duci poſſe.

Obſ. 65. Poſt faſtidia vomitus, dolores, calculi argilloſi, fellei, de alvo egeſti.

Obſ. 66. quartana diuturna: cum ſopita videretur, uſu hydrargyri & ſalivatione mota ſuſcitata eſt. Noſter corticem perſuadebat, novum auxilium.

Obſ.

Obſ. 67. Puer rudis, memoria pene deſtitutus, ſubnata febre ante mortem ad ſanæ mentis uſum rediit.

Obſ. 68. epilepſiæ nulla cauſa in cadavere reperta.

Obſ. 70. qui ſarcocele laborabat, urinas reddebat frigidas, & tunc convaluit. Alius vermes cum lotio reddebat lumbricis minores. Nigricans lotium abſque magno malo.

Obſ. 71. cui ob plethoram vena ſecabatur, ea maniaca periit.

Obſ. 72. ebrietas vena ſecta ſubito ſedata.

Obſ. 74. menſtruus ſanguis per nares bonis cum ægri rebus redditus, etiam per gingivas: & maculæ in brachio menſium vicariæ. Vaſculum erat ſanguineum dilatatum ſanguinem effundens.

Obſ. 75. Infans abſque variolis ex matre varioloſa.

Obſ. 77. Tumor frontis inſignis a cauterio ſiccato.

Obſ. 79. Incurvationem cartilaginis enſiformis ter vidit, unde difficilis ſpiritus: emetica proderant, neque malum funeſtum fuit.

Obſ. 80. Moxa in arthritide eadem facit, quæ alia veſicatoria.

Obſ. 84. Memorabilia itineris gallici. Arelate medicos ſua pharmaca, etiam purgantia glacie refrigerata dare. Maſſiliæ loco unius noſodochii plures ædes ad infectos recipiendos exſtructas eſſe.

Obſ. 86. a ſebi odore & vapore aſthma periculoſiſſimum.

Obſ. 87. Scorbuticus, ſed cætera ſanus, maculoſus. In eo demum plenus ſtupor. Supinus melius reſpirabat: demum cauterio ad occiput inuſto, & cucurbitulis aliiſque auxiliis levatus, ex hydrope periit.

Obſ. 124. de opio: ſed eadem in diſſ. *de ſomniferis* exſtant.

In Eph. Cur. Dec. I. ann. II.

Obſ. 168. Plumbi globuli per urinam excreti: idem æger ab ejuſmodi plumbo enectus.

Ann. III. obſ. 237. ſaliva dulcis cum linguæ ulcuſculis.

Obſ. 238. fabris intermittens tertiana curata lagenis aquæ calidæ admotis.

§. DCCIV. Varii.

Lucas *de* Gongora professor Univerſitatis Oſcanæ, *Opuſculo medico che reſponde a las inſtancias que contra ſu parecer medico philoſophico ha hecho el* D. Gonsalo *de* Aguilar Sevilla 1661. 4. C. de V.

Jeronimo Pardo *tratado del vino aguado y agua avinada* Valladol. 1661. 4. Hansen conſ. p. 690. T. II.

Gabriel

GABRIEL de CASTAIGNE *œuvres tant médicinales que chymiques en 4 traités* Paris 1661. 8. CARLSON d'ETR.

FLACOURT *hiſtoire de la grande île de Madagaſcar* Troyes 1661. 4. *. Ombiaſſes, indigenæ medici, aſtrologi, horas adgnoſcunt certis planetis ſubjectas: lunæque effectus medicos, ex arabum, ut puto, ſcholis. Catalogus morborum in lingua Madagaſcariana. Habent etiam librum ALI MARINI *de morbis* & *l. de vulneribus*, *morbis capitis*, *febribus*. Venena varia, inter ea araneus niger, frigus & rigorem morſu ciens.

J. SPAENHOLZ Hungarus, teſte Cl. viro STEPHANO WESZPREMI, verus auctor eſt libri, qui cum hoc titulo prodiit; FRIDER. MULLER *v.* LÖWENSTEIN *Lexicon Galenico chymico pharmaceuticum*, *oder gründliche Erklärung* 18000 *mediciniſcher Nahmen* Francf. 1661. fol.

IDEM SPAENHOLZ ſcripſit *umbram redivivi* ZWELFERI, *ſ. reſponſionem ad apologiam* R. SMUTZII *contra* ZWELFERUM Francof. 1671. 8. &

Ej. vero MULLERI ſive PHILONIS NASTURTII eſt *poſtſcriptum apologeticum* 1673. 8.

Ej. *eilfertiges Gutachten über die Attentata und ärgerliche Defenſionsſchriſt eines* RAPH. SCHMUZ, *ſo er aufgericht*, *zu Hohn u. Schimpf* J. ZWELFERS, *nebſt Erinnerung an den in arte pharmaceutica ſeicht gelehrten* L. SCHROECKIUM Lucæ fil. 1673. 8. TR.

Ej MULLERI *Exorciſmus medicus manium*, *larvarum & maleferiatorum ſpirituum Zwelferianorum* Norib. 1673. 8. TR.

TOBIÆ HEINSII *conſilium antidyſentericum*, *oder Beſchreibung von der epidemiſchen rohten Ruhr* Görliz u. Zittau 1661, 12. TR.

Privilegium über JUST. CHRISTIAN *von* LUNIG (niſi nomen malum eſt) *præparirte und approbirte Steintinctur* 1661. 4.

CHRISTOPHORI SCHORER *wie man ſich vor dem Schlag bewahren ſolle* Ulm 1661. 8. 1662. 8. 1665. 8.

Ej. *vom Schlag oder gewalt Gottes* Ulm. 1665. 8.

Ej. *von der Peſt* Ulm 1666. 12. 1667. 8.

Ej. *wie man ſich vor der Peſt bewahren ſoll* Ulm 1666. 4. HUTH.

Ej. *Bedenken von dem aufnehmen der Medicin* Ulm 1669. 8.

Ej. *Regeln der Geſundheit erſter Theil* Ulm 1668. 12. 1677. 12.

Ej. *medicina peregrinantium*, *oder Arzney der Reiſenden* Augſp. 1663. 8. TR. 1667. 12. 1677. 12. 1697. 12.

Ej. *Bericht vom Nuzen und Gebrauch der Fontanellen* Augsb. 1664 8. 1671. 8. *. Loci auctorum, qui & ipſi fontium inuſtum utilitatem commendant.

Ej. *Regeln der Geſundheit mit dem zweiten Theil, Arzney vor Reiſende* Augsp. 1677. 12. duo tomi conjuncti.

Ej. *kurzer Unterricht von der Peſtkrankheit* Francf. 1680. 12.

Ej. *Opuſcula conjuncta* Aug. Vind. 1694. 12.

W. Ramsay *tract on poiſons* Lond. 1661. 8. Osb.

Ej. *Elminthololgia or phyſical obſervations concerning wormes* Lond. 1668. 8. Bodl. Bun.

J. Evelyn *fumifugium or the inconvenience of Londons ſmoke and air diſſipated* Lond. 1661. 4. Hactenus ejus l. *de phyſiognomia* Lond. 1697.

§. DCCV. J. Arnoldi Friderici.

J. Arnoldus Friderici Profeſſor Jenenſis.

Ej. *diſp. de peripneumonia* Altdorf. 1661. 4. Riv.

Ej. *de cauſo ſ. febre ardente* Jen. 1661. 4. He.

Ej. *de adfectus hypochondriaci genuina indole cauſis & remediis* Jen. 1662. 4. He.

Ej. *de abortu* Jen. 1662. 4. Haen.

Ej. *Ordo & methodus cognoſcendi & per curationem præſervandi abortum* Jen. 1664. 4. Pl.

Ej. *de affectu hypochondriaco* 1664. 4.

Ej. *de dyſtocia naturali* Jen. 1665. 4. *.

Ej. *de incubo* 1665. 4. Pl.

Ej. *de hæmoptyſi* 1665. 4.

Ej. *de fluore albo mulierum* 1666. 4. Riv.

Ej. *de ileo* 1666. 4. *.

Ej. *de morbo caſtrenſi Hungarico* 1666. 4. *.

Ej. *de hyſteromania* 1666. 4. *.

Ej. *ordo & methodus cognoſcendi & curandi graviſſimum inteſtini tenuioris adfectum ileum* Jen. 1666. 4. Pl.

Ej. *de aſthmate* 1666. 4. He.

Ej. *de peripneumonia* 1666. 4. He.

Ej. *de ſtupore manuum* Jen. 1667. 4. *. Manus inſenſilis reſtituta.

Ej. *de phthiſi* 1667. 4. *.

Ej. *de ſpiritibus ſylveſtribus flatulentis* 1667. He.

Ej. *ſcrutinium hydrocephali ſecundum* διαγνωσιν, προγνωσιν και θεραπειαν 1669. 4. *.

Ej. ὑστερυδορεασις *ſ. uteri hydrops* 1669. 4. Riv.

Ej. *de vertigine* 1669. 4. Riv.

Ej. *de lethargo* 1669. 4. He.

Ej. *de lienteria* 1670. 4. Riv.

Ej. *de corpulentia nimia* 1670. 4. Menz.

Ej. *de mania ex philtro* 1670. 4. Riv.

Ej. *de convulſione* 1670. 4. *.

Ej. *de melancholia* 1671. 4. He.

Ej. δευτερολογια *ſ. de ſecundarum natura, uſu & noxa* 1671. 4.

Ej. *de tentigine* 1671. 4. *.

Ej. *de cardialgia* 1671. 4. He.

Ej. *de hæmorrhagiæ uteri menſtruæ præternaturalis theoria & therapeutica* 1671. 4. He.

Ej. *de læſione oris ſcorbutica* 1672. 4. Pl. *.

Ej. *de hydrope tympanite* 1672. 4. Riv.

Ej. *de convulſione inferioris maxillæ* 1672. 4. He.

Ej. *de atrophia* 1672. 4. *.

Ej. *de imbecillitate ventriculi* 1672. 4. *.

§. DCCVI.

Disputationes.

Ludov. Goclenius *de febribus* præſ. F. Sylvio Leid. 1661. 4. *.

Ej. *caſus arthritici ejuſdemque cura* Leid 1662. 4. *.

Car. Corbeel *de inflammatione* Leid. 1661. 4. *.

Lucas

Lucas Schacht, inde profeſſoris Leidenſis.

Ej. *diſſ. mulieris artuum contortione ac rigiditate laborantis hiſtoriam & curam deſcribens* Leid. 1661. 4.

In Ej. *obitum oratio funebris* Burcheri *de* Volder Leid. 1689. 4. B. Bun.

Ej. *het medicinale collegie ofte de pratyk der medicynen* Amſterd. 1718. 8. Trew. niſi error ſubeſt.

Rob. Sibbald *theoria medica de variis tabis ſpeciebus* Leid. 1661. 4. F. Sylvio. Ejusdem Sibbaldi ſcripta alias dicentur. Hanc diſputationem putes Sylvii eſſe.

J. Cocq *de hydrope* Leid. 1661. 4. Haen.

Pauli *a* Westerveld *de apoplexia* Leid. 1661. 4. *.

Andr. Becker *de pleuritide* Leid. 1661. 4. Pl.

Petrus Teckop *de motus difficultate adfectioni hyſtericæ juncta* Leid. 1661. 4. *. Caſus & curatio.

J. Petri *de febre quartana exquiſita intermittente* Utrecht 1661. 4. Bur.

Casp. Feldner *de ſuffocatione uteri* Altdorf. 1661. 4. He.

Pauli Rosenhardt *genannt* Glokengiesser *de atrophia* Altdorf. 1661. 4. *.

Valentin Michael *de peripneumonia* Altd. 1661. 4 *.

Ej. *de arte medica adverſus vituperatores* 1661. & 1693. 8. C

Jac. Thomasii viri doctiſſimi *de arte medica progr.* 1661. 4. adverſus artis obtrectatores.

Ej. *de facultate medica quatenus gratioſa* Schneeberg. . . . . . 1734. 4. *.

Ej. *de morte in undis contra* Servium & Synesium Lipſ. 1667. 4. Riv. 1672. 4. Moell.

Georg Wagner & Rengel *mors mortua i. e. conſideratio mortis* Witteberg 1661. 4. Burckh.

Hieronymi Roetel *de variolis* Gieſſ. 1661. 4. Riv.

Henr. Harmes *de hepatitide* Baſil. 1661. 4. Pl.

Gallus Wirth *de affectu hypochondriaco* Baſil. 1661. 4. Pl.

Nic. Eglinger *de angina* Baſil. 1661. 4. Pl.

J. Jac. Wittig *prægnans Hippocratis ex Aphor.* V. 29. Baſil. 1661. 4. *.

Ej. *thematica, ſ. hiſtoria ægrotorum exoticorum Claſſ. I.* Erfurt 1662. 4. Riv.

J. Jac. Bauhini & J. Casp. Bauh. *præſ. diaſcepſis diætetica* Baſil. 1661. 4. Scheuchz.

Christoph Wolf *de ſepti tranſverſi inflammatione* Argentor. 1661. 4. He.

Ant. *de* Caen & Car. Brisset *E. natura optima dux vitæ* Pariſ. 1661.

Cl. Tardy & J. B. Ferrant *E. bilioſis purgatio ante cibum* ib. 1661.

J. Forestier & Nic. Robin *E. piſces carnibus ſalubriores* ib. 1661.

Mich. *du* Pont & Car. Brisset *E. ſalubris uſus chocolatæ* ib. 1661.

Ant. Ruffin & J. B. Fillant *E. rabidis mare* ib. 1661.

Petr. *de* Marcenne & Nic. Robin *E. Hippocratica methodus poſteriorum inventis mutari non poteſt* ib, 1661.

Andr. Guyot & Car. Brisset *E. ſcorbutus ab aquarum vitio* Pariſ. 1661.

J. Garbe & Jac. *le* Menestrel *Non E. divites tutius & citius a morbis curantur* Pariſ. 1661.

§. DCCVII. Laurentius Bellinus.

Aretinus, Redi diſcipulus & Borelli, profeſſor Piſanus, archiater, vir mathematum peritus, & orator, & poeta, & muſicus, medicus aliquamdiu etiam principis ſui, jatromathematicus ex primis, medica ipſa ex aliis ſumſit ſcriptoribus, etiam potiſſimum ex Sennerto: rerum miracula amans augere, dictione uſus eſt pompoſa & magnifica, in ipſo artis opere infelix (*a*), ut denique & publicam fidem amiſerit, & principis. Acris (non quidem in ſcriptis) in alios, ſui laudator, ex longa infirmitate corporis multa paſſus, infelicem vitam vixit, etſi ejus fama apud exteros maxima erat: denique ex colica inopinato interiit, cum enim obeſum corpus pro humore morboſo effuſo haberet, & inedia vellet eum humorem expurgare, ſanguinem vomuit (*b*) & per ſeceſſum edidit, inque cadavere vaſa ventriculi corrupta, & abſceſſus in ventriculo adparuit. Vitam etiam Fabronius, eamque ſincero ſtylo ſcripſit; habet & vitam nummoſque ei dicatos Cl. Moehsen.

Ej. princeps opus fuit *de urinis & pulſibus. De miſſione ſanguinis. De morbis capitis & pectoris opus* Bonon. 1683. 4. Francof. Lipſ. 1685. 4. adornante Bohnio, Leid. 1717. 4. *. cum Boerhaavii commendatrice præfatione. Pluſcula ſunt opuſcula. Præmittit lemmata phyſiologica, quibus nititur, de motu cordis, ſanguinis, reſpiratione.

Deinde

(a) *Phil. Tranſ.* n. 334. Fabroni &c.
(b) Quirini *vita* 35.

Deinde *de urinis*; Colores lotii naſci a determinata aquæ portione, ut ſola parte aquæ abacta lotium ſani hominis febrili urinæ ſimillimum reddatur, & viciſſim urina febrilis naturalis urinæ faciem adjecta aqua recuperet. Lapidem vidit venis coronariis adnatum, qua dextrum a ſiniſtro ventriculo dirimunt. Pilos urinæ eſſe villos filiformes renum ipſorum (ex muco potius urethrico conſiſtunt, qualia fila poſt gonorrhœam fere in lotio abundant). Cæterum ex ſuis principiis in HIPPOCRATICA præſagia commentatur.

Pulſus theoria phyſiologica. Prognoſtica: pulſum fallere, ſi ſolum conſideraveris. Species pulſuum perpaucas facit.

EJ. *de ſanguinis miſſione* libellus celeberrimus, quo ingenioſa theoria continetur, quæ diu regnavit, donec a chirurgis gallis impugnata quidem, a nobis hactenus per experimenta conſtituta fuit, ut BELLINUM pleraque vera dixiſſe adpareat, tantum ut derivatio, quæ vere locum habet, in proxima tantum vaſa, dum ſanguis de vulnere fluit, imperium exerceat, & revulſio perinde remotiora vaſa vix mutet. Recte vero vidit vir Cl. ſanguinem in arterias artus alicujus velocius irruere, cujus ſodalem venam pertuderis. Non perinde credas, clauſa vena ſanguinis celeritatem per vaſa libera augeri: certe ad minuendam ſanguinis celeritatem medici venam ſecant, non ad augendam. Ipſe quidem venæ ſectionem plerumque minuere quantitatem ſanguinis, velocitatem augere docet, ut tamen refrigeret & humectet. Poſſe tamen fieri ut caleſaciat, avulſa parte ſanguinis, quæ in capillaribus vaſis hærebat, & communi ſanguinis maſſæ reddita, ſic cruoris copia aucta. Cæterum de ſtimulis hic etiam agit, quos fere ad celeritatem auctam refert. Balneorum effectus æſtimatus ex preſſione aquæ in vaſa, quæ ea vaſa anguſtat, & contenta dimovet.

EJ. *de febribus libellus*, Anglice *mechanical account of fevers* Lond 1720. 8. OSB. Mechanice interpretatur, ut febres intermittentes a lentore naſcantur, qui in ſanguine ſubortus arteriolas capillares obſtruat: obſtructa vero parte vaſorum, per reliqua libera ſanguis celerius fluat, cum plus nunc ſanguinis in minori vaſorum ſyſtemate circumeat. Hanc partem theoriæ FRANCISCUS *de* SAUVAGES ſibi refutandam ſumſit. Aliæ febres.

De morbis capitis. Expoſitio mechanica vertiginis. Convulſio. *Morborum pectoris* cauſæ pluſculæ, ex anatome ſumtæ. Signa fere ex veteribus. Lapidis in corde, & calculorum pulmonalis arteriæ exempla. Hic Cl. viri labor uſu non caret.

EJ. *opuſcula aliqua ad* A PITCARNIUM Piſtorii 1695. 4. *. Leid. 1696. 4. 1714. 4. *. 1717. 4. Huic libellorum collectioni potiſſimum contortuplicatum & anxium calamum adhibuit: ſæpe ea ut demonſtret, quæ nulla demonſtratione egebant. Pleraque phyſiologica ſunt. Huc tamen forte revoces, quæ de villo contractili habet, cujus modum mechanicum, per alternas ſeries parallelogrammatum in flexione de ſitu motorum exponit, tum de ſtimulis breviora, brevia

 etiam

etiam tradit de ſanguinis miſſione. In præfatione quemdam ſuum morbum deſcribit, ex podagra natum, cum corniculo dirum acutiſſimi ſenſus, de oſſe tibiæ carioſo ſubnaſcente, quod uri & ſecari neceſſe fuerit.

Ej. *diſcorſi d'anatomia* a Cocchio editi Florent. 1742. 8. *. Tomus II. 1746. 8. T. III. 1746. 8. Huc faciunt ob vitam viri & morbi funeſti mortiſque hiſtoriam. Poetica dictio. In *Academia* della *Cruſca* prælectos ſermones non ſerii eſſe ſcopi amici fatentur, qui ſentiant pompoſam vocum amplificationem conſtante viro minus dignam eſſe.

In epiſtola ad Lancisium poſcam ad podagram feliciter adhibitam laudat.

Prodiit etiam ſeorſim *relazione d'un certo authore della malattia e morte di* Lorenzo Bellini *con due inſcriptioni ſepulcrale* Firenz. 1741. 8.

Opera omnia prodierunt Venet. 1708. 4. 1720. 4. 1730. 4. Smith. 1747. 4. 3 vol.

Codices MS. ineditos reliquit, a Fabronio recenſos.

§. DCCVIII. J. D. Maior.

Vratiſlavienſis, Profeſſor Kilonienſis, ad nova tentanda aptus, ut nihil quidquam perficeret, denique ad curandam Reginam in Sueciam vocatus, cum illuſtris ill. ſanari non potuiſſet, ab aulica femina vitreo adamante ſoſtri loco donatus, præ mœrore interiit.

Jam a. 1657. præſide Marco Banzer *de controverſiis medico miſcellaneis decadibus ſex* diſputavit Wittebergæ. Sed ea diſputatio præſidis opus fuerit.

Ej. *hiſtoria anatomica calculorum inſolentioris figuræ, magnitudinis ac molis, in renibus* Sperlingii *repertorum* Lipſ. 1662. 4. *. Juvenis minime malum opus; collectio nempe calculorum tum urinalium, tum in aquis conſiſtentium. Poſt iſchuriam undecim dierum optimus Sperlingius obierat, eum noſter incidit. Renes calculis pleni, inter eos, qui drachmas quinque ponderabat, pelvem totum replebat.

Ej. *de oraculis medicinæ ergo quæſitis & votivis convaleſcentium tabellis* Witteberg 1663. 4. He.

Ej. *prodromus inventæ a ſe chirurgiæ infuſoriæ, ſ. quo pacto agonizantes aliquamdiu ſervari poſſint infuſo in venam ſectam peculiari liquore* Lipſ. 1664. 8. *. Frf. 1665. 12. *. Nimis præceps in edendo libello fuit, cum nullum rei experimentum ipſe cepiſſet, & fateatur, Casparum Schottum aliqua tamen experimenta habere.

In *deliciis* tamen *Hibernis* Kiel 1669. f. *. experimenta citat, & ſua jura in id inventum adverſus Timotheum Clarke defendit. *De transplantatione morborum.*

Ej.

Ej. *Chirurgia infuſoria placidis Cl. virorum dubiis impugnata, cum modeſta ab eadem reſponſione* Kiel 1667. 4. *. Præfatio continet encheireſes, ut in vaſa liquor medicatus injiciatur. Collectio opuſculorum. Primum prodromus ipſe recuſus. Epiſtolæ Cl. virorum chirurgiam infuſoriam aut laudantium, aut vituperantium, pleræque humanitatis potius cauſa ſcriptæ, quam eo fine, ut de firmitate novi ſive inventi, ſive conſilii, anquiratur. Aliquanto tamen plenior eſt epiſtola C. Marchii, alia C. F. Garmanni. Inde dubia ab ipſo Majore in tabulas redacta. Ad ea reſponſio. Non impedire fixum cuique vitæ terminum, neque funeſtum exitum ſuadenti medico poſſe imputari. Non certam ſpem eſſe, effectum ſalubrem ſecuturum. Rationi ſæpe credendum, etſi experientia nondum teſtimonium ſuum addidit. Tubulus ad infuſionem. Effectum injecti liquoris prævideri non poſſe, cum alius ſit aliuſque uti modico cum ſanguine ſuſcipiatur, aut cum uberiori. Coloris in ſanguine mutationes ab admiſtis variis liquoribus. Cum objiciatur, non poſſe a brutorum experimento ad hominem concluſionem transferri, recte reſpondet, plerumque tamen veterinarios eadem medicamenta ſuadere, quæ veri medici. Ab inciſionibus animalium phyſiologiam fere pendere. Infuſionem nocere poſſe amiſſis cum ſanguine viribus. Recte negat, effectu funeſto noxiam aliquam auram ad cor revocari, neque adeo neceſſario colorem augeri oſtendit, qua occaſione paſſim eventus injectorum liquorum medicatorum colligit, ex Fracassat, periculis, aliisque.

Ej. *Diſputatio de febre maligna Kilonienſi* a. 1665. habita, hic indicatur, quæ a meo certe exemplo abeſt.

Ej. *occaſus & regreſſus chirurgiæ infuſoriæ* Gotha 1667. 4. *. & Germanice *Auf und Untergang der neuen Art zu curiren durch Einſprizung in die Vaſa*. Fatetur manum operi ſe non admoviſſe, cæterum jura ſua, tamquam inventoris, contra eos tuetur, qui Elsholzio tribuebant.

Ej. *appendix* cum ſcripto *occaſus & regreſſus chirurgiæ infuſoriæ* 1667. 4. *. Adminiſtratio & neceſſarium inſtrumentum.

Ej. *anatome literato quovis digna medico autem neceſſaria* Kiel 1665. 4. *.

Ej. *collegium medicum curioſum* Kiel 1666. fol. Vix quidquam habet.

Ej. *de fortuna medici* ib. 1666. 4. Haenel.

Ej. *de dyſenteria* ib. 1666. 4. *.

Ej. *de febre artificiali* 1666. 4.

Ej. *de cancris & ſerpentibus petrefactis* Jen. 1667. 8. *. Aliqua de utilitate carnis viperinæ, pleraque tamen ad rem naturalem pertinent.

Ej. *progr. lectionibus de ſcorbuto privatis præmiſſum* Kiel 1668. 4.

Ej.

Ej. *de chyſteribus veterum & novis* Kiel 1670. 4. *.

Ej. *de moderamine conſpirationis ſummo ac ultimo totius efficacis medicinæ termino* ib. 1671. 4. HE.

Ej. *de purpura* ib. 1673. 4.

Ej. *medicinæ biblicæ a ſe duobus voluminibus tabularum edendæ ſummarium* ib. 1672. fol.

Ej. *de uſu & abuſu mercurii in lue venerea* ib. 1673. 4. *. Deſcriptionem morbi ASTRUCIUS laudat: cæterum MAJOR lignis utitur, & ad hydrargyrum in deſperato tantum malo confugit. Intervallis interpoſitis oſſa carioſa eximere jubet.

Ej. *de amauroſi* 1673. 4. *. Hydatis maxima ex ventre gallinæ.

Ej. *de tactis fulmine* 1673. 4. HE.

Ej *ad locum* HIPP. *l. de affectionibus de interrogandis ægris* 1673. 4. HE.

Ej. *memoria* SACHSIANA Kiel. 1679 & in E. N. C. Dec. I. ann. IV. V.

Ej. *genius errans ſ. de ingeniorum in ſcientiis abuſu* ib. 1677. 4.

Ej. *de malacia* ib. 1677. 4.

Ej. *medicinæ practicæ tabulæ ſciagraphicæ* XXVII. ib. 1677. 4.

Ej. *medicinæ practicæ tabulæ* 1677. 4.

Ej. *quæſtiones variæ imprimis, de podagra* Kiel 1679. 4.

Ej. *gratulatio ad* SEBASTIANUM SCHEFFERUM *cum adhortatione ad* CONRINGIANAM *artis medicæ introductionem iterato edendam* Kiel 1679. 4. *. Multus in HANEMANNUM.

Ej. *de inventis a ſe thermis artificialibus ſuccinatis* Kiel 1680. 4.

Ej. *de motu & ſenſu abolito in uffectionibus ſoporoſis* 1680. 4.

Ej. *de petechiis* Kiel 1681. 4. *.

Ej. *Serapis radiatus* ib. 1685. 4.

Ej. *de moribundorum regimine & de recte ferendis vulnerum judiciis* Kiel 1685. 4 HE.

Ej. *de atrophia* 1685. 4. HE.

Ej. *de ærumnis gigantum in negotio ſanitatis* Kiel. 1676. 4. *. 1689. 4.

Ej. *de catameniorum ſuppreſſione* Kiel. 1693. 4. *.

Ej. *de myrrha, locuſtis, jejunio Chriſti, Chriſto medico, lunaticis, paralyticis & ſale fatuo* Kiel 4. Hæc abſque anno.

In *act. Haſn.* V. obſ. 93. ſuppellectilis balnei artificialis.

Ej. *memoria* in E. N. C. Dec. III.

§. DCCIX.

§. DCCIX. Varii.

Caspar Bravo *de* Sobremonte Ramirez, Archiatri hiſpanici, profeſſoris Valliſoletani, habet Lindenius *Reſolutionum medicarum* editionem Lion 1654. fol. Non ſatis vero hæc certa viſa eſt.

Habet inde Lindenius *Reſolutionum & conſultationum medicarum* tertiam editionem, in qua 1 *phyſiologia*, 2 *pathologia febrium theoriæ & curationis*, 3 *ſanguinis miſſionis*, *purgationis & de ſudore*, 4 *ſanguinis circulationis & artis ſphygmicæ theoria ex* Galeno *& recentioribus.* 5 *Selectæ obſervationes & conſultationes* Lion 1662. f. Colon. 1664. Tom. 3. accedit *tirocinium artis curatricis hominum.*

Ej. tractatus duo priores continent *conſultationes medicas*, alter *tirocinium practicum artis curatricis* Colon. 1671. 4. *. In *Apologetico diſcurſu* medicinam dogmaticam ſupra omnes alias artes extollit; Contemtorum objectiones reſolvit. Apologia aliqua medicamentorum ſpagiricorum contra Riolanum. Nullam eſſe naturalem characterum neque carminum poteſtatem, quæ ſit eorum vis, eam a dæmone eſſe. Impſalmi Hiſpanici carminibus medentes & ſalutari halitu. Propria hic & perſonali facultate medentes utroſque improbat. Quantum artibus liberalibus medicina præſtet. In Plinium. Contra influxum aſtrorum, quem utique, ſed Hippocratico ſenſu, admittit aliquem. De uſu bezoaris dubia. Pro viperis: contra amuleta antifebrilia. De pulveribus de Quarango (peculiare nomen peruviani corticis). Exempla, ut in peſſimis febribus ejus uſus ſaluti fuerit. Pro ſudoriferis in febribus acutis, & in variolis datis. Signorum & prognoſium fallaciæ. Abortum etiam inanimati fetus non licet promovere. Conſultationes. Prima eſt ad morbum, quem noſter pro magico habet. Morbi & mors Philippi IV. dyſuria, calculus, inde urina cruenta & febris ardens. Exemplum cruentationis cadaveris ad præſentiam putatitii occiſoris. Hominis in anno climacterico conſtituti animum noſter erigit, dum demonſtrat, vim ejus anni non adeo certam eſſe, & homines alios eum longe ſuperare, & alios longe citra eum exſtingui. Sectæ medicæ, potiſſimum etiam ſpagirica: ſtibii apologia. In morbis ex vitioſa craſſitie humorum in caput impactorum, vel in apoplexia, hoc auxilium admittit, in febribus cum inflammatione rejicit, multiſque funeſtum fuiſſe oſtendit.

Tirocinium. Habet capita etiam inter conſultationes edita, ut de praxi ſpagiricorum, & de dogmatica praxi. Non debere anxie de ſelectu trium venarum brachii quæri, perinde enim eſſe, & poſſe pro unica vena haberi. Cacochymiæ. Prognoſes. Diætetica. Therapeutica. Catalogus medicamentorum compoſitorum.

Ej. diſputationes tres, quæ conſtituunt *quartum* tomum operum medicinalium Lion 1679. fol. excuſorum, Prima eſt *de vita & morte*, *& de cauſis mortis repentinæ.* Secunda *de membrorum proprietatibus*, *ratione miſcibilium*, *continua fermentatione & putredine.* Tertia *miſcellaneæ reſolutiones* Seg.

J. JACOBI Brunſwicenſis *problemata miſcellanea circa fundamenta medicinæ* physiologica 1662. 8. Recentiores conatur cum antiquis conciliare.

ARNOLDI SENGUERD *diſcurſus de oſtento Dolano* Amſterd. 1662. 12.*. Adjecta eſt hiſtoria fetus Muſſipontani. Ætiologia retenti fetus.

Collectanea de diuturna graviditate Amſt. 1662. 12. prodierunt, collectio, in qua hic ipſe libellus, & *lithopædium* J. ALBOSII (*Aillebouſt*) & PROVANCHERII redit.

FRIDERICI MOELLER medici Brandenburgici *Obſervatio ſingularis & rara de partu* 173 *dierum vivo*. Cuſtrin 1662. 12.*. Libellus minime inficetus, etſi ad cauſam minus bonam ornandam ſcriptus videtur. Juvencula ſenis uxor die 173 a nuptiis poſt lapſum pepererat. Nuptias in fecundiſſimum ſignum cecidiſſe.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* V. obſ. 27. ſymptomata hypochondriaca, a lumbricis, his expulſis ſublata.

Exercitatio medica de uſu vini emetici in curatione febrium malignarum, ad mentem HIPPOCRATIS Pariſ. 1662. 12. BUR. Auctor non indocto libello ſuum emeticum medicamentum tuetur, ex theoria, quæ cauſam morbi fere in primis viis ponit; & ex auctoritate HIPPOCRATIS.

ARNOLDUS MONTANUS *de eſu carnium & quadrageſima pontificiorum* Amſtd. 1662. 8. BODL.

FRANCISCI SCACCHI *de ſalubri potu diſſ.* Rom. 1662. 4. FALC.

J. BAPT. VENI de VIGIANO *ſanitatis prodromus: vitæ ruralis lucubrationes peſtis tempore* Napoli 1662. f. ſi huc facit.

J. MICH. BAYER *epiſtola admonitoria* ad FRANC. CIMANI *medicum* Padua 1662. 12. L.

FABRICIUS PADUANUS *de morbis in quibus præſentaneis uti convenit remediis cum* BRUNONE SEIDEL prodiit 1662. 8. lego etiam prodiiſſe 1661. fol.

DAN. GEIGER *reſponſum medicum defenſorium ad* J. HELWIG *prodromum ſpeudapologeticum ſuper judicio medico de morbo Cardinalis Wartenbergici* Aug. Vind. 1662. 4. TR.

Eben deſſelben Leben Regenſp. 1664. 4. TR.

JACOB. SARMES *Album Hiſpaniæ ſ. Hippodorum leges* Cadomi 1662. 4. Male.

Pharmacopœa Londinenſis Lond. 1662. 12.

§. DCCX. STUBBES, GRAUNT.

HENRY STUBBES *of chocolate* Lond. 1662. 8. Medicus, ipſe Americam adiverat, nimis in bene meritos contentioſus homo.

EJ. *miraculous conformiſt, or an account of ſeveral marvelous cures performed by the ſtroaking of the hands of* VALENTINE GREATRAKE Lond. 1666. 4.

In

In *Phil. Tranſ.* n. 36. de calculis veſicæ felleæ in Jamaica porcos frequenter infeſtantibus. De inſecto *Chique.* Europæorum ſymptomata, qui nuper in regionem calidam advenerunt. Delirium in nave tropicos ſubeunte. Calentura emetico expugnanda. Opium in calidis regionibus nocere, & purgationes etiam lenes, præter chronicos morbos. Clyſterem tabacarium in colica ſicca non profuiſſe.

EJ. *ſpecimen of animadverſions upon the hiſtory of the R. ſociety* Lond. 1670. 4*. Male recenſeri morbum, qui BACONI *ſweating ſicknes* dicitur, medica auxilia paucos ſalvos præſtitiſſe, multos in idem malum eſſe relapſos. Ejus mali hiſtoria ex variis ſcriptoribus collecta. Vix centeſimum vitalem evaſiſſe. De GEBRI ætate.

Video alium titulum & librum paulum diverſum, EJ. *examination of Lord Bacons relative of the ſweating ſickneſſ. On phlebotomy. Relation of ſtrange ſymptomes by the bite of an adder and the cure* Lond. 1671. 4. OSB.

EJ. *a cenſure of certain paſſages contained in the hiſtory of the Royal ſociety* ib. 1670. 4. An idem penultimo?

EJ. *Campanella revived or an inquiry into the hiſtory of the Royal ſociety* Lond. 1670. 4.

EJ. *plus ultra reduced to non plus or a ſpecimen of animadverſions upon the non plus ultra of M. Glanville* L. 1670. 4.

A reply to the letter written to H. STUBBES *in defence of the hiſtory of the R. ſociety* Lond. 1671. 4.

EJ. *preface againſt Eubulus* cum priori Lond. 1671. 4.

EJ. *epiſtolary diſcourſe concerning phlebotomy in oppoſition of* G. THOMSON *pſeudochymiſt . . . and the effects of bloodletting, the practice thereof experimentally juſtified in the peſt and peſtilential diſeaſes, ſmall pox, ſcurvy, pleuriſy, and ſeveral other diſeaſes* Lond. 1671. 4. *. Non malus liber, noſter enim & bonos libros legit, & aliqua ſua experimenta addidit. GEORGIUS THOMSON omnem venæ ſectionem damnabat: noſter oſtendit, tamen ſanguinem & cacochymia peccare & phlethora. HELMONTIUM non fuiſſe medicum practicum, neque morborum naturam perſpexiſſe. Noſtram praxin magis Arabicam eſſe. GALENUM multo animoſius ſanguinem miſiſſe. Cum peſtis in exercitum Reipublicæ Anglicæ ſe ſparſiſſet, venæ ſectione, & quidem effuſiſſima, ad deliquium uſque, multos milites ſanatos fuiſſe: plures etiam medicos ſuadere quam improbare. Sanguinis eam eſſe copiam, ut homo jacturam toleret, exemplis adductis maximarum hæmorrhagiarum, quas homines impune tulerint. Sanguinem ſiccum inflammari, & crepitare. Naturam præire, ſanguine ſe critice liberare. In colica bilioſa ſe ſanguinis maximam copiam emiſiſſe, ad ſexaginta uncias, ita ſe in ſudorem delapſum ſanatum eſſe. Non impedire graviditatem, quin ſanguis mittatur. Hiſpaniæ & Angliæ reges in variolis ſalutari effectu venæ ſectionem tuliſſe. Contra SYDENHAMUM, qui nimia a natura

ra exſpectet, & conſilia ſua fere ex WHILTAKERO ſumat, RHAZEQUE. Variolas tutius mature erumpere. Neque diarrhœam periculum habere, neque ſanguinem aut a chirurgo emiſſum aut a natura effuſum reformidari. Poſſe quidem in omni morbi tempore ſanguinem mitti. ANTONIO BORGHESIO PAULI V. nepoti, ſalubri eventu hirudines ad nares admotas fuiſſe. Contra SYDENHAMII *ebullitionem*, & inertem curationem. In variolis retrocedentibus, aut malignius erumpentibus, noſter venam jubet incidi: cardiaca non probat, neque veſicatoria. Funeſtiſſimæ in variolis narium hæmorrhagiæ aliquot exempla. Poſterioribus diebus in morbis acutis recte venam aperiri. JOSEPHUS *de* MEDICIS in peſtilenti morbo puerorum, & in angina, feliciter venam ſecuit. Cum venæ ſectio omitteretur, feminam variolis correptam ſub ſanguine quaſi ſubmerſam fuiſſe. Iterum in *appendice* exempla ſanguinis in variolis ſalutariter detracti.

J. GRAUNT *natural and political obſervations made upon the bills of mortality* Lond. 1662. 1676. 8. *. quæ quarta eſt editio, & alias. Novam contemplationem huic viro debemus. Uſus eſt primus, ni fallor, faſtis emortualibus civitatis Londinenſis, equidem imperfectis, ut vices vitæ mortiumque ætatis cujusque ſpes & pericula; morbi ſinguli in civibus necandis poteſtas; morborum increſcens ſævitia, aut viciſſim decreſcens æſtimetur. Utilitatem cæterum faſtorum oſtendit, abſque quibus peſtilentiæ nulla certa ratio haberi poſſit. Natorum tertiam partem ante annum tertium Londini exſtingui (apud nos multo pauciores). Mortuorum duas nonas partes ab acutis morbis abripi, $\frac{7}{229}$ a chronicis: Decrepita ætate $\frac{7}{100}$ exſtingui. Rachitim increſcere a 14 intra annum mortibus (anno 1634.) ad 500 (anno 1660). Morbum novum *ſtoppage of the ſtomach* valde increſcere, mortes ei debitas a ſex ad 300 auctus eſſe. Homicidia morbi. *Riſing of the ligths* a 44 ad 249 aucta eſſe. Utrumque malum videri eſſe rachitidis propaginem. Calculum minui, ſcorbutum increſcere. Puerperarum nondum $\frac{1}{100}$ in partu perire. Peſtilentiam quam febres præcedunt, abſumſiſſe fere civium $\frac{1}{5}$. Autumnum inſaluberrimum eſſe. In urbe $\frac{1}{12}$ plus mori, quam rure. Bis tot mulieres ægrotare quam viros. In peſtilentiali aëre feminas omnes abortare. In appendice aliqua corrigit. Numerus eorum, quos peſtis paſſim exſtinxit.

§. DCCXI. VARII.

PHILIBERT JONDOT chirurgi, *tr. des cauſes & neceſſités de la ſaignée & des maladies principales où il faut s'en ſervir* Paris 1662. 12. BUR.

RICHARD BUNWORTH's *diſcovery of the french diſeaſe and running of the rein* Lond. 1662. 8.

Salve academicum vel judicia & elogia ſuper recens adornatam academiam naturæ curioſorum Lipſ. 1662. 4. *. Epiſtolæ aliquæ & elogia 23 primorum medicorum, qui in hanc ſocietatem coiverunt.

P. MAURICE *de* TOULON *le capucin charitable enſeignant la methode pour remedier aux grandes miſeres de la peſte* Genua 1661. Paris 1662. 8. Lion 1721 & 1722.

1722. 8. Præcepta ut infectæ urbes purgandæ & reliquiæ morbi exterminandæ, ab experto homine. Laudat L. A. MURATORI: eo uſus eſt MANGETUS.

ALBERTI OTTONIS FABRI *paradoxon de morbo gallico* L. II. Lond. 1662. 12. ex latino verſo. EJ. *mediciniſches aurum potabile* Amſtd. 1675. 4. ex anglico.

MART. GEIERS *Leichenpredigt auf* CHRISTIAN LANGEN Lipſ. 1662. 4. TR. *Le pâtiſſier françois* Paris 1662. 8.

§. DCCXII. DISPUTATIONES.

J. TIELEN *de paſſione hyſterica* Leid. 1662. 4. PL.

GOD. AD. LUJA *de elephantiaſi græcorum* Leid. 1662. 4.

CHRISTOPH GOTTWARD *de melancholia hypochondriaca* Leid. 1662. 4. PL.

BALDUIN DRYVER *de phthiſi* Leid. 1662. 4. HE.

CÆSO GRAMM *de ſyncope* Leid. 1662. 4. RIV.

EJ. *de ſanguinis eſu diſp.* Kiel 1670. 4. PL.

EJ. in E. N. C. *ann.* III. *obſ.* 80. Fetus in utero retentus, petrefactus, emmenagogis remediis expulſus, ut oſſicula & carnes diſſolutæ ſenſim prodirent.

Obſ. 81. felix uſus cauterii ad conjunctionem ſuturæ coronalis cum ſagittali adplicati, in cephalæa ſcorbutica.

MOYSES SALOMON AZEVEDO *de aſthmate* Leid. 5422. (1662. 4. *.)

CHRISTOPH SELIGER *de ſuffocatione uteri* Leid. 1662. 4. PL.

HENR. SCHARMEYER *de aſthmate* Leid. 1662. 4. *.

NIC. ADOLPH. BARTELS *de phthiſi* Baſil. 1662. 4. PL.

FORTUNATI a JUVALGIS *de lumbricis* Baſil. 1662. 4. RIV.

GODOF. ENGELMAN *de cholora* Baſil. 1662. 4. PL.

HENR. FRISE *de hydrope* Argent. 1662. 4. RIV.

GREG. BLUM *de incubo* Argent. 1662. 4. RIV.

ALPHONSUS KHONN *de catalepſi* Argent. 1662. 4. PL. idem fuerit Academicus Nat. Cur. quem dicemus.

CHR. FRID. CROCII *Quæſtiones medicæ de palpitationis cordis natura & curatione* Marburg. 1662. 4. *.

EJ. *de elephantiaſi Græcorum* R. HIAC. STEINFELS Marb.. 1662. 4. *.

EJ. *de empyemate* ib. 1662 4. *.

EJ. & PETRI SIMLER auctoris *de ſingultu* Marb. 1669. 4. *.

EJ. *de morbo ejuſque cauſis & ſymptomatibus* 1669. 4. HE.

THEOD. ROLLIUS *de ægro icterico* Jen. 1662. 4. MENZ.

CASP. GIGAS *de cholera* Jen. 1662. 4. RIV.

GOTTFR. BEIER *de hemicrania* Witteb. 1662. 4. PL.

J. HERING *de morte* ib. 1662. 4. HE.

J. SIEBOLDT *de elephantiaſi* Altdorf. 1662. 4. PL.

FRID. LEPNER *doctrina de partibus corporis humani earumque morbis* ſexta Witteb. 1665. 4. HE. & XI. Regiom 1667. 4. HE.

EJ. *de definitione & diviſione & elementis medicinæ* Leid. 1662. 4.

EJ. *de arthritide* ex HIPP. περι παθων Regiom. 1663. 4. HE.

EJ. *de catarrho* ib. 1665. 4. HE.

EJ. *de cujuſdam ex inſueta equitatione podagra correpti caſus* ib. 1669. 4. HE.

EJ. *compendioſa in medicinam introductio, continens doctrinam de partibus præcipuis humani corporis regionum, earum morbis curandique ratione* ib. 1669. 4. TR.

EJ. *de adfectu* ALEXANDRI M. *ejuſque curatione* ib. 1670. 4. HE.

EJ. *de arthritide* ib. 1673. 4. HE.

EJ. *de ſyncope cardiaca* ib. 1690. 4. HE.

J. HENR. FUHRSEN *de aquis earumque in ſanitate vel conſervanda, vel immutanda affectionibus* Pr. LUDERO KANNENGIESSER Brem. 1662. 4.

Quæſtiones medicæ quarum veritatem tueri conabatur J. VAULOUE Monſpel. 1662. 4. ASTR. An inveteratæ lui venereæ caſtratio. Adfirmat noſter, quod in elephantiaſi caſtratio a priſcis commendata fuerit.

PAUL. COURTOIS & JAC. BOUJONNIER *Non E. febres hac tempeſtate contagioſæ* Pariſ. 1662.

PET. MOREAU & NIC. BONVARLET *E. mors a voluptate quam a dolore citior* ib. 1662.

J. GROULT & FRANC. SORAND *E. quovis tempore morbi purgandi occaſio* ib. 1662.

GUIL. PETIT. & NIC. RAINSSANT *E. tantum ab habitu epilepſia* ib. 1662.

J. GARBE & JAC. BOUJONNIER *E. lac recens etiam puerperæ infanti ſalubre* ib. 1662.

PAUL. COURTOIS & NIC. RAINSSANT *E. morbi inſolentes & qui naturæ modum ſuperare videntur ab ictero* ib. 1662.

PETR. MOREAU & CAR. *le* MENESTREL *E. nimius aquæ potus veneris incentivum* ib. 1662.

JAC. BOUJONNIER & ANT. *le* MOINE *gemellorum par ſexus diſpari vivacior* ib. 1662. 4. BARON.

ROB. MERLET & HIPP. *du* VAL *E. a ſalacitate calvities* ib. 1662.

STEPH. *le* GAGNEUR & PETR. LEGIER *E. maribus procreandis florens ætas felicior* ib. 1662. 4.

§. DCCXIII.

§. DCCXIII. J. SIGISMUND ELSHOLZ. BECCHER.

Electoris Brandenburgici archiater, ex ſchola Italica, ſolers botanicus, etiam inciſor, & experimentorum non imperitus.

Ej. eſt *Chymiatria nova, ſ. ratio qua in venam ſectam medicamenta inmitti poſſunt, addita inaudita ſanguinis transfuſione* Colon. ad Spream. 1667. 8. *. 1677. 8. BEUGHEM; & Germanice *Neue Clyſtierkunſt wodurch eine Arzney durch eine eröfnete Ader beyzubringen* Berlin 1665. 8. 1666. 8. Non inficetum opuſculum; experimenta enim habet propria, in homine tria, in cane pluſcula, tum Dantiſcana J. MOLLERI, & reliquorum circa infuſionem ſanguinis geſtorum compendium. Injectionem tentavit in arteriam, a qua liquor injectus per venam rediit, tum per venam. Encheireſin dilucide exponit. Ab extracto opii canis ſomniculoſus factus eſt, tamen ut convaleſceret. Ab injecto medicamento purgante & emetico alvus ſeceſſit, & vomitus motus eſt, & ab arſenico injecto animal periit. In homine, cum ulcus in tibia antiquum eſſet, balſamici quid in venam injecit: in altero febriente antifebrile; in tertio ſcorbutico aquam cochleariæ. Inde transfuſio in canibus. J. MOLLERI curatio ulcerum, cum paralyſi, ea ab infuſo liquore celerrime coaluerunt. In epilepſia etiam ejus auxilii efficaciam tentavit.

Deinde J. E. SCHEFLER cum J. SCHMIDIO Gedani varios & pertinaces morbos injectis in venas aptis liquoribus ſanavit, arthriticos, epilepticos, maniacum: tabidum tamen levavit. Quare merito auctor anonymus *artis & progreſſus clyſmaticæ novæ* Gothæ 1667. 4. *. in ELSHOLZIUM a MAJORE laudem inventi transfert, ignoratis Anglorum juribus.

Ej. *Diæteticon oder Tiſchbuch von Erhaltung guter Geſundheit durch eine ordentliche Diät in VI Büchern* Cölln an der Spree 1682. 4. *. Leipz. 1715. 4. Juſtæ molis opus, quo omnia recenſentur, quæ in cibum veniunt, viresque nutritiæ & medicæ, modique præparandi, & præparata ex ſimplicibus, ut panis, caſeus. In piſcibus potiſſimum mihi placet. Mel, potus varius, aqua, vinum, cereviſia, thea. Porro ad rationem vivendi in genere. Appendicis loco *coquus*, *conditor*, & *piſtor*, ex gallico verſi.

In E. N. C. aliquæ Cl. viri ſunt adnotationes.

Ann. VI. VII. obſ. 224. de moxa antipodagrica, compendium libelli BUSCHOVII.

Steatoma ovarii in chirurgicis dixi.

JOACCHIMUS BECCHER Spirenſis, vir ſingularis, ingenii ad inveniendum novasque vias aperiendas apti, ſed inconſtans erro, & infelix, cum tamen chemica peritia inſignis eſſet.

Ej. eſt *Parnaſſus medicus illuſtratus, d. i. Thier Kräuter und Bergbuch ſamt der Schul von* ARN. VILLANOVANO Ulm 1663. fol. *. Primum materia medica, medi-

medicamentorum ſimplicium cenſus, in animalium claſſibus parum plenus, fuſior in plantis: cum iconibus Camerarianis. In mineralibus multas ſuas arcanas præparationes exponit, & docet, quæ vix credas, ut ex ſtanno & ex cupro faciendi hydrargyri artificium. Oleum mercurii & Jovis in morbis gallicis efficaciſſimum eſſe. Auri præparationes variæ, & aurum potabile (ſpiritu ſalis ſolutum). Turbith veneris pro maniacis & aphonis.

Ad ſcholam Salernitanam adjectæ ciborum facultates. Loci varii diætetici, ex veteribus; etiam DIOCLIS epiſtola, KATSCHII regulæ, prognoſtica HIPP. *ad vitam & mortem.* Fatendum in his, chemica ſi exceperis, noſtrum peregrinari.

EJ. *aphoriſmi ex inſtitutionibus medicis* SENNERTI Francf. 1663. 8.

In *Phyſica ſubterranea* ſæpe excuſa Francof. 1669. *. & cum *ſpecimine* BECCHERIANO STAHLII Lipſ. 1748. 8. *. principia quidem rerum traduntur, tamen ut paſſim medica aliqua intercedant. Sale ſuo cæleſti magnos morbos ſuperatos fuiſſe. Putredinis in cadavere progreſſus. In medendo ſudoris moti contra venæ ſectionem laudes.

EJ. *Ampel oder Lampe des Lebens u. Todes* Breslau 1682. 8.

EJ. *kluger Hausvater, verſtändige Hausmutter, vollkommener Landmedicus, wie auch wohlerfahrner Roß und Vieharzt* Leipz. 1698. 12. 1702. 12. TR. 1764. 12.

EJ. *mediciniſche Schazkammer die Kinderkrankheiten glücklich u. geſchwind zu curiren* . . . Leipz. 1700. 1755. 8.

EJ. *Bericht von Polychreſtpillen, ſamt* J. DAN. GOHLS *Gedanken von ihrer Würkung ausgefertigt durch Fridr. Rohtſcholzen* bibliopolam Nürnb. 1719. 8. Hæ pilulæ, ex aloe minus reſinoſa factæ, multo in uſu ſunt, etiam noſtris temporibus.

Memini me aliqua minime ſpernenda de arcanis medicamentis legiſſe in *weiſe Nahrheit u. närriſche Weisheit* Francf. 1682. 12. 1707. 12. Nunc libellus non coram eſt.

EJ. *Lebenslauf* 1722. 8.

DAV. KELLNER'S *pilulæ polychreſtæ* BECCHERO KELLNERIANÆ Northuſ. 1688 4.

§. DCCXIV. VARII.

LAURENTII GIESELER Oſterodani, diſcipuli CONRINGII, medici Brunſwicenſis, *Obſervationes medicæ de peſte Brunſwicenſi anni* 1657. Brunſwic. 1663. 4 *. Ipſe præſens adfuit a februario ad novembrem menſem, & 293 ægrotorum hiſtorias recenſet, breves, ſinceras, practicas, floſculis tamen ornatas. Primum methodus prophylactica. Sex res non naturales. Mummam tenuiorem laudat, & aloës uſum, laxandæ alvi fine. Venerem & nuptias improbat, cum neogamis peſtis funeſtiſſima fuerit, uti in univerſum iis omnibus periculoſa contingit, qui febris

febris initia percipiunt. Curationem orditur a ſudorifero medicamento, cui plurimum tribuit: alvum clyſteribus lenientibus liberam ſervat. Sexto die leniter alvum ducit, cujus auxilii omiſſio peſſimos eventus ſortiatur. Valde extollit vires terræ ſigillatæ cum aceto bezoardico, calendulato, acidis, camphora, ſpiritu theriacali. Poſt ſudorem cardiaci quid dat ad vires reparandas. Venæ ſectioni minus favens, eam in plethoricis tamen admittit. Bubones non incidit, neque cucurbitulas imponit, ſed unguentum utique, propinat diachylon, & baſilicon, cum oleo ſcorpionum malaxatum: ſed neque carbunculos ſcarifat; emplaſtra alexipharmacis miſcet. Gangrænæ ſudorifera opponit. Eſſe qui bis reſtituti tertia vice perierint. Morſulos ex aloe nitro & rheo paratos certo a morte præſervaſſe. Criſis optima eſt bubo inguinalis. Eſt tamen ubi felici eventu evanuerit. Gravidæ mulieres & puerperæ fere omnes perierunt. Non deſperandum, ſi carbo mature eruperit, cum etiam prægnans femina periculum evaſerit. Servatus cui tres carbunculi, quatuor bubones ſponte evanuerant. Qui in libero aëre per peſtis primordia corpus exercitarunt, ii perierunt fere ad unum omnes; ſed etiam hæmorrhagia narium lethalis accidit. Plerique in morbi initio vomebant. Quæ omnia revomebat, lac tamen ebutyratum utiliter retinuit. Subito etiam perierunt ὀρθοςάδιοι. Qui poſt venæ ſectionem & narium hæmorrhagiam vitalis evaſit. Maculæ, ſ. parvi carbunculi, liveſcentes, funeſti. Qui calidis uſi ſunt, ii deterius habuerunt. Terror ſæpe nocuit; non tamen auctori. Difficilis deglutitio peſſima. In gutture tamen erumpens bubo per ſuppurationem ſanari potuit. Epilepſia in morbi initiis non mala, ea vero utique, quæ morbo ſupervenit. Iterum a calidorum uſu omnes pereunt, ut ipſa potulenta frigida dare neceſſe fuerit. Ab anodymis funeſtus ſopor, & alioquin ferrei ſomni aliquos mortales abripuerunt. Bubones ferro aut turundis tentatos dolores ciere acerrimos. Bubo in labio eminens lethalis: ſanatus tamen homo, cui carbunculus in pene, fuit & in alio ejuſmodi ipſa in glande erumpente carbone morbus mire levatus. Gangræna pedis ſpontanea, ſic iſchuria octiduana.

Ej. exſtat Germanice editio *kurze Anweiſung wie ſich ein jeder bey der um ſich greifenden Peſtſeuche fürſehen und curiren ſoll* Braunſchweig 1680. 4. Tr.

Samuel Sturm *de medicis non medicis* Witteb. 1663. 4. Haenel.

In Thomæ Cornelii Conſentini, *progymnaſmatibus* Venet. 1663. 4. *. deinde Neapoli 1688. 8. *. præter ſparſi quid nihil invenias practici argumenti.

Idem in *Phil. Tranſ.* n. 83. & apud Birchium T. III. p. 672, vim tarantulæ muſicam in dubium merito revocat, primuſque monet, melancholiam eſſe, quæ etiam abſque tarantula superveniat.

Martini Kergeri Lignicenſis, medici chemici, *de fermentatione l. phyſico medicus* Witteberg 1663. 4. *. De flatuum a fermentatione origine, & tumorum, & caloris præter naturam aucti, ipſiuſque febris, potius quam a putredine. De modo quo coerceatur, impedita fermentatione per ſpiritus ardentes,

cujus methodi aliqua exempla producit. Ut ejuſmodi auxiliis, quæ fermentationi reſiſtunt, febres intermittentes ipſe novellus doctor ſanaverit, deinde ad millenos uſque morbo liberaverit, abſque venæ ſectione, abſque purgatione, quicunque eſſet intermittentis febris typus, ut ſubinde tamen pulvere Cornacchini uſus ſit. Ita porro diarrhœam, dyſenteriam, ventriculi vitia iisdem ex principiis ſuſtulit.

ROBERTI PATIN GUIDONIS F. *paranymphus medicus habitus in ſcholis medicis d. 28. Jun. 1648. de antiquitate & dignitate ſcholæ medicæ Pariſienſis & illuſtrioribus, qui in ea claruerunt, medicis* Pariſ. 1663. 8. B. BUN.

FRANCISCI STURM *de re medica & de inteſtinorum difficultate pravaque febris curatione* Macerat. 1663. PANELLI. Scriptum eriſticum.

VALERII FELICIS *ad* DEUSINGIUM *epiſtola dehortatoria* Roterd. 1663. 12. ſi huc facit.

G. E. OELLINGER *deſignatio alphabetica medicamentorum in ſua officina pharmaceutica Oellingeriana proſtantium* Norib. 1663. 12. L.

Notabilia de thermis & acidulis 1663. 4.

In T. BARTHOLINI *Epiſtolis* IV. n. 86. DANIEL PUERARIUS varia habet rariora, feminam octogenariam menſtrua patientem. Fetus qui in utero materno febrierunt, mulierum ex teſtimonio. Ex lapſu in ſene paralyſis, tamen veſicatoriis toti capiti admotis ſuperata. Mictus ſanguineus abſque alio malo. Poſt icterum veſicæ pulte plenæ numeroſæ per anum egeſtæ, felici eventu: adgnito abſceſſu intra abdomen latente, fomentis idoneis admotis, pus per alvum exiit, morbus ſublatus eſt. Laudanum ſine opio ſe parare. IDEM T. BURNET *theſaurum* edidit Genev. 1678. 12.

MATTH. JAC. MATTHIADES ib. L. IV. ep. 53. BURRHUM arcanum ſuum 60000 florenis vendidiſſe.

In iiſdem *Epiſtolis* BARTHOLINI III. n. 79. a. 1662. CHRISTIANUS WILLICH ſecretum laudat epilepticum, cujus bonos effectus viderit.

J. FRID. LECHEL Med. Bremenſis, *de rene exulcerato & veſicæ calculo lumborum doloris purulentæ mictionis ac dyſuriæ cauſis* Bruſvic. 1665. 4. HE.

EJ. *ſitne tutum & conveniens in capitis imique ventris contuſionibus pharmaca per inferiora purgantia uſurpare nec ne* Wolfenbüttel 1668. 4.

EJ. *adumbratio peſtis* Braunſchweig 1681. 4. niſi germanica eſt.

EJ. *obſervationes phyſicæ apertura corpuſculi puerilis* ib. TR.

E. N. C. dec. II. ann. 2. obſ. 76. cachectici viri inciſio. Celluloſa tela multo ſero ebria. Hepar tuberculis diſtinctum, in quibus materies puri ſimilis. Ventriculus patulo foramine apertus, quod noſter putat ab omento obturatum fuiſſe.

Obſ. 158. Hydrocephalus a partu natus, & cum eo conjuncta ſpina bifida, cum

cum pedum paralyſi, pro medulla ſpinali in cadavere aqua limpida. Vertebræ lumbales deformatæ; capitis oſſa disjuncta & foraminibus præter naturam terebrata. Ventriculi cerebri ad veſicæ modum aqua limpida pleni.

Obſ. 150. Poſt multa mala & horrendos vomitus, ſteatoma meſenterii ingens.

§. DCCXV. Varii Nuperi.

Innocentius Valentini Ej. *repliche academiche alle repliche del* S. Giannadino Moneglia Firenz. 1663. 8.

J. Andr. Moneglia *riſpoſta alle repliche academiche del* Inn. Valentini ib. 1663. 4. Legi etiam annum 1662. De ejus viri cum Ramazzino lite dicetur.

Ej. *de aquæ uſu in febribus* Florent. 1700. 4. Mead. niſi alius eſt ejus nominis. Ej. *de viribus arcani antipodagrici* ib. 1656. 8.

Francesco Pignocatti *la medecina degli animali raccolta de Aleſſ.* Venturi *ed accreſciuta de nuovi ſecreti* Venez. 1663. 12. Thomas.

Melchisedek Thevenot *relation de divers voyages curieux* T. I. Paris 1663. fol. T. II. 1664. f. T. III. 1666. f. T. IV. 1672. f. Memorabilis collectio, in qua paſſim præter materiem medicam, etiam de moribus & curandi ratione & de morbis endemiis peregrinarum gentium aliqua reperiuntur.

Non puto eumdem eſſe auctorem, qui magnis itineribus defunctus eſt, & cujus *voyages en Europe*, *Aſie*, *Afrique* V. Tomis prodierunt Paris 1664. 4. 1674. 4. poſteriora vero volumina 1682. 8. &c. & Amſterd. 1727. 8. *. conf. *B. Bot.* I. p. 522. Hic pregrinator, minime malus auctor, potiſſimum etiam ad rem naturalem & medicam reſpexit, & ex graviſſimo morbo a medicis ejus regionis refrigerantibus medicamentis eſt reſtitutus. Morbi Cairi endemii, cardialgia ab admiſſo frigore, ophthalmia ex ſubtili calidoque ſabulo; tuſſis epidemica malis aurantiis ſanata; peſtis, quæ ſeptimo fere anno redeat, eademque poſt rorem 13 aut 15 Junio cadentem deſinat ſævire. Alepi in medicos publice animadvertitur, ſi infeliciter curaverint. De vento Samiel. Hiſtoria Zorzolacarum, ſ. Vampirorum. Quoties cadaver intra quadrageſimum diem non contabuit, abit in Zorzolacam, & porro incorruptum manet, noctu vero per oppidum oberrat, inclamatque nominatim hominem, qui idem poſt triduum periturus ſit. A ſcorpio in Ægypto ictus rapum edit, & nihil inde mali metuit. Femina vermes ex aure excantans. Guineenſes vermes ex aquis naſci. Idem Ebn. Beitaris opus editurus, Manæ in Perſia immatura morte abreptus fuit.

Henaut *le throne de la médecine* Rouen 1663. 8. Falc.

Charl. Lussaud *apologie pour les médecins contre ceux qui les áccuſent de deferer trop à la nature & de n'avoir point de religion* Paris 1663. 12. Bur.

Remede ſouverain contre pluſieures maladies Paris 1663. 12. non plenus titulus.

Animadverſions on the new found way of curing the pox Lond. 1663. 8. Osb.

John. Oliver *a preſent for teeming wom en or ſcripture directions how to prepare for the hour of travel* ib. 1663. 8. ſi huc facit.

Samuel Strangehope ... *three pars concerning aſtrology, phyſik and husbandry* ib. 1663. 8. Bodl.

Rich. Matthews *a pretious pearl in the midſt of a dunghill* ib. 1663. 8.

Ej. *the unlearned alchymiſt, his antidote, or an explanation for the uſe of my pill* Lond. 1663. 8. L.

Georg Kendale *appendix to the unlearned alchimiſt. Phyſicians library* Lond. 1664. f.

J. Hayne *drey unterſchiedliche neue Tractätlein, 1 von Aſtraliſchen Krankheiten, 2 von tartariſchen Krankheiten, 3 von Urinen* Francf. 1663. 8. Uff.

J. R. Stolberg *u.* Theodor May *Urinbücher* Hamburg 1663. 8.

Annon idem Theod. May *Urinbüchlein ſamt* Apollinaris *Tractat vom Urin und Puls* Hamburg 1663.

Ferdinand Gruywaart *van de doſen der purgatien, vomitorien en opiaten* Middelb. 1663. 8.

Hendryk v. Roonhuyse *ordinaris heelmeſter der ſtad Amſterdam heelkondige aanmerkingen betreffende de gebreeken der vrouwen* Amſterd. 1663. 8. *, qui idem eſt tomus II. *der heilcuren end deren aanmerkungen* Nürnberg 1674. 8. *. Anglice prodiit Lond. 1676. 8. (*a*) Hic ad medicinam: de chirurgicis malis alias dixi. Anus & vulva a natura aut caſu clauſa. Quæſtio an hydrargyrus in ſaliva cienda oris fætorem ipſe vi propria excitet. Ab ulceribus, non ab hydrargyro, fætorem eſſe. Alter tomus Belgice Amſterd. 1672. 8. prodiit, Germanice cum titulo libri I. excuſus Nürnberg 1674 8. *. Adnotationes ſunt 40, nonnullæ clinicæ. In viro ſatis imperfecto lotium per exiguos poros oſſis pubis manabat cum nulla veſica eſſet, ex Ruyschii obſervatione. Caput obſtipum, malum in Belgio frequens, inciſo muſculo maſtoideo ſublatum. Calculi renales per ulcus prodeuntes: calculi ſalivares. Gangræna ſcorbutica, vitrioli oleo feliciter ſanata, Aliquæ harum adnotationum priori opere continebantur.

J. Alb. Huswedel & J. Garmer *kurzer Bericht wie bey einfallender Krankheit ein jeder ſich verhalten ſolle* Hamb. 1663. 4.

(a) B. Chir. I. 368.

§. DCCXVI.

§. DCCXVI. Disputationes.

G. Emmerich *theſes phyſico medicæ* Leid. 1663. 4.

J. Emmerich *de morbo virgineo* Leid. 1663. 4. Haenel.

Tennecovus Bougard *de colica* Leid. 1663. 4.

. . . . Jænisch *de morbo Hungarico* Leid. 1663. 4. Haenel idem forte, cujus in E. N. C. obſervationes dicentur.

Christoph Becker *reſolutio caſus practici anæmiæ ſanguinis miros fructus repræſentantis* Leid. 1663. 4. Pl.

Robert Padbrugge *de apoplexia* Leid. 1663. 4. Riv.

J. Schuter *de ſcorbuto* Leid. 1663. 4. Haen.

J. Harder *de partu ſeptimeſtri J. C. reſponſis & medicorum placitis inſigni* ib. 1663. 4. *

Felix Tschientchi *de diarrhœa* Baſil. 1663. 4. B. Tig. Conf. p. 75.

Ej. *de aſthmate* ib. 1664. 4. L.

Wilhelm Barbor *de lue venerea* Utrecht 1663. 4. Astr.

Georg Henr. Goetz *de theologis pſeudomedicis, num theologo artem medicam exercere liceat* Utrecht 1663. 4.

J. Ulrich Oeler *problemata medica miſcellanea* Argent. 1663. 4. Riv.

Sam. Geidelin *de ſuppreſſione menſium* Argent. 1663. 4. *.

Urb. Ferd. Gudenus *de angina* Argent. 1663. 4. *.

J. Mithob *de colica paſſione* Argent. 1663. 4. *.

Maximil. Honorius Zollichofer *de cholera* Argent. 1663. 4. Riv.

Tob. Jac. Hainzel *de catharrho* Argent. 1663. 4. *.

J. Dan. Eckolt *de diabete* Argent. 1663. 4. *.

J. Phil. Huth *de hemitritæo ſ. ſemitertiana* Argent. 1663. 4. *.

Georg Balthas. Mezger profeſſor Tubingenſis, inter primos novæ academiæ Naturæ curioſorum ſodales fuit.

Ej. *diſſ. de ſcorbuto* Tub. 1663. 4. *.

Ej. *de affectuum hereditariorum theoria* ib. 1663. 4. He. lego 1681. 4. Pl.

Ej. *hepatis extiſpicium medico anatomicum* ib. 1663. 4.

Ej. *de pleuritide* ib. 1663. 4. *.

Ej. *de febre maligna petechiali* Tub. 1665. 4. Riv.

Ej. *de ſyncope* ib. 1665. 4. *.

Ej. *hiſtoria eryſipelatis cum aliorum graviſſimorum ſymptomatum ſatellitio* ib. 1666. 4. *.

Ej. *de fluxu hepatis* ib. 1671. 4. Hef.

Ej. *de ſiti præter naturam aucta* ib. 1673. 4.

Ej. *catarrhi ſuffocativi theoria* 1675. Hee.

Ej. *de tuſſi* ib. 1676. 4. Bur.

Ej. *ſphygmologia breviter delineata* ib. 1677. 4. *.

Ej. *de hæmorrhoidum ſtatu ſecundum & præter naturam* ib. 1677. 4. *.

Ej. *de ictero albo virginum* ib. 1677. 4. He.

Ej. *de alvi conſtipatione* ib. 1678. 4. Pl.

Ej. *de paſſione hyſterica* ib. 1678. 4. Burck Riv. & Hef. 1677.

Ej. *de medicamentis ſternutatoriis* 1678. 4. He.

Ej. *de diabete* ib. 1679. 4. Burkh.

Ej. *de podagra* ib. 1684. 4. B.

Ej. *ſcrutinium λιθογενεσιας* ib. 1685. 4.

Michael Heiland *de lue venerea* Lipſ. 1663. 4. *.

Ej. *de catarrho* Gieſſ. 1677. 4. Riv.

Ej. *de ſuppreſſione menſium* ib. 16 . 4. *.

Ej. *de ſcabie* ib. 1677. 4. He.

Ej. *de tuſſi* 1677. 4. He.

Ej. *de ſterilitate mulierum* 1677. 4. *.

Ej. E. N. C. Dec. III. a. I. 8. Hydrops: aqua pericardii fœtida.

Diſputaverat ſub Hoppio *de purpura* Lipſ. 1652. 4. *.

J. Magiri *Diſputationes ex phyſiologicis & pathologicis doctrinis deſumtæ* Marb. 1663. 4. *.

Annon Ej. *Bericht wie bey der Peſt u. rohten Ruhr ſich zu bewahren* Marb. 1667. 4.

Balth. Loeschenbrand *de paralyſis natura & therapia* Gieſſ. 1663. 4. *.

Id. *de ſuppreſſione menſium* Gieſſ. 1667. 4. *.

Henr. Avenius *de catarrho & ejus deſcendentibus odontalgia, epiphora & otalgia* Roſtoch 1663. 4.

Ant. Gunther Hellenius *de podagra* Jen. 1663. 4. Pl.

Christ. Frid. Frankenstein *de ephialte* Lipſ. 1660. 4. Menz.

Georg Bernardi *de chloroſi* Altdorf. 1663. 4. *.

J. Luder *de hæmorrhagia narium* ib. 1663. 4. Riv.

Sim. Frid. Frenzel *de chiromantia* Witteb. 1663. 4.

Ej. *de cauſis corporum cruentorum* ib. 1678. 4. de puero cui lacrumæ cruentæ manabant.

Ej. *de cadaveribus humanis ad præſentiam occiſoris cruentatis* ib. 1677. 4. He.

L. Petri Alliot *theſes medicæ de motu ſanguinis circulato* (ſic) *& de morbis ex aëre profectis de arthritide* Pont-à-Mouſſon 1663. Carrere.

Petri Bourdelot & Gasp. Maurin *E. qui ſunt habitu raro vivaciores* Pariſ. 1663.

Nig. Rainssant & Jac. *de* Bourges *E. qui optimo temperamento ingenioſiſſimi* ib. 1663.

Car. Brisset & Casp. Marteau *E. medicus eſt ſenſualis phyſicus* Pariſ. 1663.

Guil. Petit & Jac. *de* Bourges *Non E. infantulis imminente dentitionis tempore lac recens oggerendum* ib. 1663.

Rob. Merlet & Ant. *le* Moine *E. panis, aqua, vita beata* ib. 1663.

Steph. *le* Gagneur & Car. Marteau *E. ſenibus ſtudium contentius ſalubre* ib. 1663.

Petr. Bourdelot & Hipp. *du* Val *E. homo fruges conſumere natus* Pariſ. 1663.

Jac. *le* Menestrel *E. arthritide & inveterato rheumatiſmo curandis ſolo lacte veſci convenit* ib. 1663.

Nic. Robin & Hipp. *du* Val *E. hydropi pectoris ſectio* ib. 1663.

§. DCCXVII. Varii.

Regner de Graaf Delfenſis, Sylvianæ ſectæ deditus, anatomica potius ſcripſit, ut tamen nonnulla pathologica & practica intercedant. In diſſ. inaugurali *de ſucco pancreatico* 1664. 8. *. hypotheſin ornavit de ejus ſucci cum bile conflictu, inde orto frigore, & calore, alterne recurrentibus. A cordis nimio motu coſtæ extrorſum pulſæ, ut tamen Sylvius malum curaverit. Morbi pancreatis varii. In hypochondriaco pancreas lapideum. Calculos ſe in lentis morbis frequentes vidiſſe, in Gallia etiam frequentiores. Ductus pancreatici orificium cartilagine cinctum.

cinctum. Ab acido ſucco pancreatico frigus internum, fames nimia, ſed etiam epilepſia. Ab ejus ſucci vitiis potiſſimum febres intermittentes oriri. In ejuſmodi febre putat ſe pancreas coacto ſucco obſtructum vidiſſe.

Libellus *de clyſteribus*, qui in poſthumis redit, totus huc pertinet; de clyſteribus agit variis, etiam nutritiis & antifebrilibus, deque ſiphone, cujus ope quiſque ſibi ipſi clyſterem inmittere poteſt.

In l. *de virorum organis genitalibus* Leid. 1668. 8. *. reprehendit chirurgos, qui caput gallinaginis pro excreſcentia morboſa habent. Sedes gonorrhœæ, etiam in proſtata & teſte eſt. Hæmorrhagia penis.

In l. *de mulierum organis* Leid. 1672. 8. *. plura huc faciunt. Menſium ſymptomata. Partus ventrales. Hydatides & morbi teſtium muliebrium. Ovariorum morbi. Uterum in hyſterica paſſione nequaquam adſcendere.

Opera omnia conjuncta prodierunt Amſterd. 1705. 4. *. & Belgice Amſterd. 1686. 8.

In E. N. C. 1670. n. 127. refert de dolore capitis intolerabili, cujus cauſam inciſum cerebrum revelarveit. Arenulæ erant in glandula pineali, lapideum concrementum in carotide arteria, qua ſecundum ſellam equinam curvatur.

Ib. obſ. 128. Uterus ſcirrhoſus maximæ molis, poſt abortum.

EDMUNDUS *de* MEARA edidit *Diatribes* THOMÆ WILLISII *de febribus examen* Lond. 1664. 8. Amſterd. 1667. 12. *. Præter phyſiologica pluſcula; de cauſa periodi febrium a WILLISIO diſſidet, deinde totam ejus therapiam refutat, potiſſimum etiam emeticorum uſum rejicit.

In adjectis *hiſtoriis rarioribus*, Febris dicitur, quæ remiſit, cum veſicæ erumperent, ut tamen varia mala levi ex cauſa recrudeſcerent, vomitus, lipothymiæ, morbuſque ſucceſſerit hyſtericus. Criſis in febre felix, ſanguine per penem egeſto, & quaſi vermiculis. Suffuſionem erumpentes variolæ ſuſtulerunt. Veri lumbrici per penem egeſti. Hydrops pectoris cum pulmonum ſphacelo. Fætor in viro cadaveroſus. Ulcus abdominis & utriuſque generis inteſtinorum, tamen ſanatum. Verus bulimus. Guſtus per auris ulcus deſtructus. Dolores inteſtinorum, vomitus, febris, conſumtio. In cadavere nihil memorabile viſum.

EVERARDI MAYNWARING practici Londinenſis, *hiſtoria & myſterium luis venereæ* Lond. 1664. 8. 1673. 8. Francſ. Hamburg 1675. 8. vertente J. LANGE. Collectio locorum, qui de eo morbo agunt. In curatione fuſiſſimus eſt. Methodus curandi varia. Hydrargyrum tamen omnium conſenſu potentiſſimum eſſe medicamentum.

EJ. *tabidorum narratio*, *ſ. tractatus de tabe Anglica* Lond. 1667. 12. BUR.

EJ. *utiles obſervationes factæ in quibuſdam ſcorbuticorum curationibus* ib. 1668. 12. BUN. & lego *of the cure of ſcurvy* 1667. 12.

EJ.

Et Ej. *treatiſe on the ſcurvy* Lond. 1685. 8. Bodl. 1679. 8.

Ej. *vita ſana & longa* Lond. 1670. 8. Anglice idem.

Ej. *of iſſues and ſetons* Lond. 1682. 8.

Ej. *the method and means of enjoying health and long life* Lond. 1683. 8.

Ej. *on pains and inflammations* Lond. 1697. 8. Osb.

Ej. *efficacy and extent of true purgation* Lond. 1696. 4.

J. Rogers *Analecta inauguralia, ſ. diſceptationes medicæ; acced. diatribæ diſcuſſivæ de quinque humorum corporis humani concoctionibus, potiſſimum de pneumatoſi, & ſpermatoſi* Lond. 1664. 8. *. Regii diſcipulus, homo ſingularis, chemicus, tamen Hippocraticus, qui multum librorum legerit. Plures ſunt libelli. 1, *oratio ανθρωπολογικη ανθρωποφυης explorandæ gratia comparata dicta* a. 1662. in templo Ultrajectino. Multum literarum chemicarum & Hippocraticarum, abſque experimento. 2, *aphoriſmi Hippocratici de ratione evacuandi.* 3, *de pleuritide.* 4. *de apoplexia.* 5. *Diatribæ diſquiſitivæ jatroſophicæ ſ. de pneumatoſi, ſ. de quarta corporis humani concoctione* Lond. 1664. 4. *. Pleraque phyſiologica, de ſpiritibus. In eorum motu vitia. Pneumatoſeos morbi organici. 6, *Apologia medicinæ chymicæ*, quam cum Galenica ſuadet conjungi. Philologica aliqua ad medicæ artis dignitatem. 7, *de ſpermatoſi* libri III. etiam pathologiam jatrochemicam continent. Ut calor naturalis fermentationem operetur. 8, Iterum de chymiatria morbiſque ſpermaticis. Morbi hyſterici, eorumque curatio.

Francisci Cross Angli *Diſſ. med. inaug. de febre intermittente* Leidæ 1664. 4. propoſita, recuſa Oxon. 1668. 12. *. Sylvianus, ſuccum pancreatis acidum accuſat, & turbatam cordis effervescentiam. Acc. *Diſſ. epiſtolaris.* Sylvium diſcipulos in noſodochio urinas & cadaverum liquores guſtare juſſiſſe, ut de morbis cognoſcerent. Hyſtericum malum ab eadem, quam dixi, effervescentia alterata. Pro febrium intermittentium a ſucco pancreatico origine.

Hermannus Grube Lubecenſis, Bartholini diſcipulus.

Ej. *diſp. de gonorrhœa* Leid. 1666. 4.

Ej. *l. de malo citreo* Hafn. 1668. 8. *. In botanicis dictus; utique multum habet practici. Sylvium aceto in peſte ad præſervationem uſum fuiſſe.

Ej. *de arcanis medicorum non arcanis comm. obſervationibus illuſtrata ad praxin medicam directa* Hafn. 1673. 4. & cum libello Bartholini *de tranſplantatione morborum.*

Ej. *de tranſplantatione morborum analyſis nova* Hamburg 1674. 8. & cum priori.

Ej. *de modo ſimplicium medicamentorum facultates cognoſcendi* Hafn. 1669. 8. *. Multa de bonis effectibus vilium, ut videantur, medicamentorum. Puerperam cum

cum maximis a partu doloribus luctantem pelle agnina calente ſe curaſſe, quod auxilii genus in Delphina etiam tentatum fuit. Pulverem febrifugum valde laudat, ex ſale prunellæ, & antimonio diaphoretico paratum. Noxæ ſalis volatilis oleoſi SYLVIANI, in tertiana febre hominis bilioſi. Scabioſæ decocto hæmoptyſis ſuperata. Fontes, ſ. ſigna, ex quibus vires plantarum adgnoſcas: huc non color facit, non ſignatura. Elixir aſthmaticum ROLFINKII utile in pleuritide pituitoſa, inque aſthmate. Claſſes ex odore, & vires medicatæ cum certo odore conjunctæ. Sapor & cujuſque ſaporis vires. Amarorum, calidorum in febribus malignis laudes. In vires ſuperſtitioſas. Ex ſapore, odore, & experimento proprio aut alieno de viribus medicis ſtirpium eſſe judicandum. Chemiæ utilitas ad vires medicamentorum perſpiciendas, nimis breviter. Experientia. Diaſcordii vis alexipharmaca. Poſt uſum acidularum funeſta hypercatharſis. A tribus granis reſinæ Jalapæ plurimæ ſedes. Claſſes alterantium. Triplex vis ex triplici ſapore ſe prodit. Opium reformidat, quo tamen in maligna febre ROLFINKIUS feliciter uſus ſit. Contra purgationem electivam. Venena.

EJ. *de ictu tarantulæ & vi muſices in ejus curatione* Hafn. 1679. 8. *. Ipſam hiſtoriolam pro certa recipit; exempla narrat choreæ S Viti ſibi viſæ, quo & morbum a tarantula natum refert. Vox pueri; viri, ſenis, notis expreſſa muſicis. Hiſtoriola hæmorrhagiæ in variolis carmine ſuppreſſæ.

ROD. LOENIUS *explicationem pathologiæ* FERNELII *& l. 4 de febribus* edidit, *prognoſes & curationem* addidit Amſterd. 1664. 8.

J. LANAEI *aphoriſmi hippocratis novo ordine digeſti* Pariſ. 1664. 4.

Pharmacopœa Ultrajectina Utrecht 1664. 12.

CAROL. ANT. PAGGII Genuenſis, *Enchiridion medico aſtro chymicum univerſalem medicinæ theoriam complectens, ac praxin, poſt anatomiam reſtitutam* Lisboa 1664. 4. *Scritt. Lig.*

MIGUEL VILLAR profeſſor Valentinus. EJ. eſt *ſtatera jatrica Valentina, in theriacis viperinis, paſtillis, partium pondera librans* Barcinone 1664. Madrit. 1685. C. de V.

FRANCISCUS AVELINUS EJ. *heuroſis in qua corpori maligna febre laboranti veſicantium uſum interdicentes ex ſacra medicorum doctrina caſtigantur* Meſſan. 1664. 4. MONGIT.

F. MARIÆ BRANCACCIO *de uſu & potu chocolatæ diatribe* Rom. 1664. 4. Lego etiam 1665 & 1666 & 1673 fol. & inter diſſertationes 1677. fol.

FRANCISCI DOMINICI BAVISANI *prophylactica proviſio pro vertiginoſa adfectione* Cunei (Coni) 1644. 4. MAZUCHELL. Cl CARRERE repetit cum nomine BARSANO.

EJ. HIPPOCRATES *medicomoralis ad corporis & animæ ſalutem per geminam ejuſdem aphoriſmi expoſitionem accommodatus* Taurin. 1682. 4. MAZUCH.

EJ.

Ej. *la piſcina ſalutare ai bagni di Valdieri con trattato metodico d'ogni regola neceſſaria ſecondo la diverſita de morbi . . . al . . . uſo pratico di quei bagni . . . & con regolamenti d'alteri* Torin. 1674. 8. MAZUCH. & *de thermis Valderianis prope Cuneum* ib. 1690. 8. CARR.

FRANCISCI VERDE theologi Neapolitani *ingenuæ obſervationes phyſico legales* Lion 1664. 4.

Ej. *anacephalæoſis* ib. 1672. fol.

J. CHRISTIAN JEHRING Plavienſis, *de calculorum in humano corpore præſertim in renibus & veſica generatione* Jena 1664. 4. *. Neque a pituita calculos naſci, neque a frigore, neque a fervido urinæ ſpiritu, ſed a materie fibroſa, in ventriculo ſoluta, & rurſus coaleſcente. A calculo ſubito natus enormis dolor, lapillus cathetere admoto detectus, eductus, & alii ſupra centenos ſubinde ſecuti. Ab arenulis calculi præſentiam omnino indicari. Lithontriptica ex vulgari opinione.

DCCXVIII. FRANCISCUS REDUS.

Aretinus, vir nobilis, eloquens, lingua patria elegantiſſime uſus, fervidus poeta, rerum naturalium ſcrutator, in præſtanda narrationibus fide difficilis, ſimplicis amator medicinæ, archiater Principis.

Ej. *oſſervazioni intorno alle vipere* Firenz. 1664. 4. *. 1686. 4. *. Egregium opus, in quo REDUS oſtendit, quanta ſit differentia inter effectum medicamentorum deglutitorum, quæ eadem ventriculi & inteſtinorum vires coquentes patiuntur, & inter eadem medicamenta continuo in ſanguinem impulſa. Venenum enim viperarum ad aliquot drachmas abſque ullo incommodo deglutitur, experimento facto, cujus minima & inconſpicua guttula, in ſanguinem per vulnuſculum inmiſſa, certam necem infert. Sed neque ira liquorem viperarum venenat, cum mortuæ viperæ ſalivalis ſuccus perinde occidat. Non ſal vero eſſe, quod venenum habet, ſed ſalino adfinem, oleoſum tamen liquorem, ex ſua glandula ſecretum, inque cavum dentem defluentem. Suctu, etiam linctu, canis demorſus ſe ipſum ſalvum præſtitit. Experimenta aliqua, quæ REDUS veneno fecit Indico, quo ſagittæ imbuuntur. Omnes viperas ad theriacam conficiendam perinde valere.

Cum MOSES CHARAS ſuam de ira, virium lethalium veneni viperini unica cauſa, proprio ſcripto tueretur, reſpondit REDUS.

Lettera ſopra alcune oppoſizioni fatte alle ſue oſſervazioni intorno alle vipere Recuſ. in E. N. C. Dec. I. ann. II. Majora animalia difficilius occidi: venenum de ore viperarum exemtum, & de feſtuca in vulnuſculum inmiſſum, perinde occidere: ſic caput truncatum morſu lethum inferre. Minus ea animalia pati, quæ mordentur, poſtquam beſtia partem ſui veneni mordendo amiſit. Viperarum carnes aut capita, ab animale demorſo devorata, periculum non minuere.

Aliæ *lettere d'alcune eſperienze intorno al veneno delle vipere al* S. THOM. PLATT *medico*

medico e Litteratore Romano 1673. prodiit. Iterum vulnera ſimplicia non nocuiſſe, ſed fiſtulæ in venenum viperæ tinctæ vulnus lethale fuiſſe. Veneno ſiccato morſum capitis demortui non nocere.

Ej. *eſperienze intorno a diverſe coſe naturali particularmente che vi son portate dall' Indie* Firenz 1671. 4. 1686. 4.*. Veneni viperini antidotus cum in pedra de cobra quæreretur, is lapis experimento facto iners compertus eſt. Vehemens venenum olei tabaci, ſi in ſanguinem animalis introduxeris. Lapillus *de cobra* vulneri quidem adhæret, periculum vero non minuit. Magica carmina vim pulveris pyrii non fregiſſe. Eodem modo vires lapidis manati in comprimendo ſanguine noſter refutat, & calculi ſerpentis Africani ad febres, & ungularum alcis adverſus epilepſiam poteſtatem. Fraudes, quas circumforanei butyro moliuntur, quod ante ſumtum venenum deglutiunt. De torpedinis vi ſtupefaciente experimenta. De oculis hirundinum reparatis.

Ej. *eſperienze intorno alli inſetti* Firenz. 1668. 4. *. & 1688. 4. Ad hiſtoriam naturalem pertinet. Per hæc ſua experimenta potiſſimum Redus effecit, ut generatio æquivoca veterum deſereretur. Huc revoces: quæ de vermibus dicit, in capite cervorum reperiundis, inque arietum capite, deque animalculis hepatis ovilli. Aliqua de ſcorpiis, & de ſymptomatibus ab ejus inſecti vulnere Tuneti ſubortis, tamen ut ægri mortem evitarent. Alia experimenta Florentiæ facta, quibus varia animalia omnino ab eo ictu interierunt, id autem venenum perinde ipſo in uſu conſumitur. Nulla noxa carnium animalium ab eo veneno occiſorum.

Ej. *oſſervazioni intorno agli animali viventi che ſi trovano negli animali viventi* Firenz. 1684. 4.* Hoc opus pene totum ad medicinam facit, cum de lumbricis, tæniis aliiſque beſtiolis ſermo ſit, quæ intra animalia vivunt, eorumque valetudini nocent. Cum ſerpens biceps abſque malo ſymptomate animalia momordiſſet, Redus adnotat, æſtate ea venena eſſe efficaciora, quæ frigidoribus anni menſibus parum nocent. Iterum viperarum mortuarum capitibus demorſa animalia perierunt. In viverris (faine) ſacculi vermibus pleni in pulmone reperiuntur, tum ſub cute, ſic in putorio, in marte, in ipſo denique leone. Lumbricorum caninorum fabrica. Experimenta variis anthelminticis remediis facta, quorum pleraque lumbricis nihil nocuerunt, ne oleum quidem, ſed nec amara. Multo efficacius mel fuit, & ſolutum in aqua ſaccharum, tum muria, tabacum, piper, cinnamonum, aquæ aliquæ deſtillatæ, & vinum, & vinum ardens. Lumbricos grandes in vicinia pulmonum falconum duobus in ſaccis habitare, tum alios in rapacium avium inteſtinis, in aliis etiam avibus. Vermes inter tunicas inteſtinorum piſcium. Vermes inter muſculos abdominis variorum animalium, in tuberculis œſophagi leonis, felis, melis, hyſtricis. Vermes pulmonis vulpini. In rene martis unicus lumbricus.

Ej. *lettere di* Francesco Redi a variis amicis ſuppeditatæ, in Tomo I. excuſæ

excuſæ ſunt, varii argumenti, literarii, ad rem naturalem facientis, & ad inſecta. Intercurrunt practica. Icteri curatio per tartari cremorem, qua occaſione pro medicina ſimplici orat. Contra ſalis prunellæ uſum in faucium inflammatione: ipſe aquam nucerinam ſimplicem, cum vino cotoneato aut punicis malis medicatam dedit, aut omphacium. Corticem peruvianum febrifugorum eſſe optimum. Pilulæ quas a REDO nominabant. Calculus veſicæ felleæ. Prudens pro puero glande male perforata conſilium. Repetito ſanguis in tertiana febre per hirudines eductus. In podagræ paroxyſmo clyſteribus, & tenui diæta ſolis utitur. Ante alios in coffea aliquid anodyni ſuſpicatur. Caſſiam ſatis laudat.

In T. IV. *collectionis Venetæ* continuantur *Epiſtolæ*. Aquam Tettuccianam de muriæ genere vehementer adverſus dyſenteriam laudat, ASCLEPIADEM imitatus. Conſilia pro nephritico malo: eamdem aquam nucerinam commendat. Methodus lacte repetitis vicibus utendi. In calido temperamento antimonii uſum non probat. Ardori urinæ ſolam vitæ rationem vult opponi. Alvo obſtructæ ſola mitia mederi, terebinthianam potiſſimum & tamarindos, & electarium Alexandrinum. In aſthmate ſanguineo venam ſecat, diæta leniſſima utitur. Hypochondriacum malum ſola leni diæta & parciori levat. In ſumma debilitate acres clyſteres ſuadet. Icteritio cardinali aquam Tettuccianam (ſalſam) tamquam verum ſpecificum commendat. A MALPIGHIO conſultus ob vitium renale, ſerum lactis dat. Ab Electore conſultus vinum improbat, & auri tincturam, & Jalappæ reſinam. Arthritico cardinali refrigerantia ſuadet, ſic hæmorrhoidario.

Tomus V. iterum eſt *Epiſtolarum*. Hypochondriacum virum ſuo exemplo ſolatur, qui eidem malo ſit obnoxius; id malum ſolis addit frangi humectantibus. Alium tympanitem metuentem ridendo conſolatur. Elixiris proprietatis quinque aut ſex in diem guttulæ debilius fuerint medicamentum, in quo tamen REDUS ſe continet. Calidam in debili ventriculo laudat. Fructus horæos ſaluberrimos eſſe, etiam crudos, ſic olera. In doloribus nephriticis a copioſo potu theæ ipſe noſter levatus eſt. Hypochondriaci alvum laxat.

Tomus VI. totus eſt *Conſiliorum medicorum*. Pauca ſpecimina indico. Adverſus palpebrarum ſuſpecta tubercula longus uſus leniſſimi ſirupi, etiam ſolutivi, deinde ſerum lactis cum fomentis mere aqueis. VICTORIO SIRI, ſeni podagrico, rejectis omnibus potentioribus remediis, mitiſſima quæque ſuadet. Nephritico tamen & podagrico viro uniones cum matre perlarum aliiſque dat abſorbentibus. In dolore univerſi abdominis ſucci primum mites plantarum, cichorii &c. tunc aqua Tettucciana. In gravi caſu venereo cum ſcabie ſicca, ulceribus oris, melancholia, laxantia dat lenia, aquam nucerinam, ſerum lactis, humectantia omnia & refrigerantia. Lignorum decoctum reprobat. In aſthmate & hydrope terebinthina. In arthritide nephritico homini patientiam ſuadet & ſerum lactis. Plura non licet addere.

Subjunctus eſt 1, *libellus de modo quo diætam lacteam regere oporteat*, qua

REDUS plurimum utebatur. Lactis etiam ne nimium æger ſumat, ſerio monet. 2, *Tr. de tumoribus* perbrevis. Aquæ potum ægrotis primus reſtituit (*a*).

In Tom. VII. *Conſilia* continuantur. P. I. & II. prodiit Florent. 1726. 4. In hydrope aſcite & ipſe valida medicamenta purgantia improbat, & terebinthinam commendat. In ſcotomia clyſteres ſed ſimplices, quales ſolos REDUS admittebat. Caſſiam abſque correctione meliorem eſſe. Contra formulas compoſitas. Adverſus febres epidemicas Liburnenſes: alexipharmaca, & uniones rejicit, aquam puram cum acore miſtam ſuadet. Idem medicamentum frequentius iteratum iners fit. Hic tamen in hydrope cum terebinthina Jalappam conjungit & theam, cui potui quam optime cupit.

Aliæ *lettere*, quæ potiſſimum etiam conſilia medica tradunt. In femina gravida extemplo jubet & abſque mora venam ſecari, ſummamque quietem ad evitandam jacturam ſanguinis per vulvam ſervare.

EJ. *bacco in Toſcana* nobile poema eſt Firenz. 1685. & aliud brevius *de chocolata.*

Vitam viri ſcripſit, inter illuſtrium Arcadium vitas, SALVINUS SALVINIUS Romæ 1708. 4. repetitam in noſtra editione *operum* omnium. Parentavit ANTONIUS MARIA SALVINIUS, quæ etiam oratio hic redit. Vitam etiam FABRONIUS habet, & cum triplici nummo maximi moduli juſſu principis cuſo ILL. MÖHSEN. Alia vita auctore *Franciſco Cecchio* exſtat in J. LAMII *memorabil. Italorum præſtant* T. II. P. I. Alia in *Giorn. de lettr. d'Ital.* T. IX.

Liber *de inſectis* latine verſus prodiit Amſterd. 1671. 12. *. 1685. 12. 1686. 12.

EJ. *de viperis* ib. 1675. 12. *. 1685. 12, & una *epiſtola* Lond. 1672. 4, ut lego.

EJ. *de animalibus intra animalia* Amſterd. 1708. 12. *. vertente PETRO COSTE.

EJ. *de rebus naturalibus ex India adlatis* Amſterd. 1675. 12. *. 1686. 12. *.

Opera omnia aliquoties collecta prodierunt, Neapoli 1687. & 1688. 8. tum Venetiis 1711. 8. maj. 1718, 8. maj. 1742. 8. *. 7 voluminibus 8 maj.

DCCXIX. VARII.

FRANCESCO DAL BOSCO *la pratica dell infermiere nella quale con oſſervazioni fundate nell uſo in moltiſſimi caſi ſi addottrina il infirmiere per ben connoſcere e ne' caſi repentini*

(a) RONCALL. *Europ. med.* p. 332.

repentini applicare i remedi proporzionati a i mali de ſuoi infermi Verona 1664. 4. 1666. 12. B. THOMAS 1669. 8. 1671. 8. Venez. 1674. 12. Bologna 1677. 12. MAZUCH.

J. FRANC. AGGRAVI *antilucerna fiſica ove ſcoperta, la conſervazione della ſanità* Padov. 1664. 4. FALC.

EJ. *trattato della ſovrana medicina curativa univerſale d'ogni infermita illetale reativo magiſtrio chimicamente edutto dall arcanizato ſpirito aureo detto roſa ſolis* Venez. 1682. 12. ENDTER.

DONATI CALVI *ſcrittori Bergameſi* Berg. 1664. 4. CARR.

DE LA MARTINIERE *l'Empirique charitable* Rouen 1664. 12. d'ETR. 1667. 12. FALC.

EJ *traité de la maladie vénerienne de ſes cauſes & des accidens provenans du mercure* Paris 1664. 16. RAST. 1684. 16. FALC. Chemiſta, chirurgus, peregrinator. Ut a podagra dolores venerei differant. Feminarum caſtarum benigni bubones, qui male inciduntur. Gonorrhœam oportet continuo curare, ne in ulcera & veram luem tranſeat. Tabes dorſalis neogamorum. Contra hydrargyrum, vulgari modo præparatum. Veneream luem, quæ pro curata habeatur, diu quaſi ſopitam tolerari. Deauratores ſæpe ſtupidos aut lethargicos fieri. Ut ipſe auctor multa cum ſollicitudine hunc morbum ſanet, hydrargyro correcto: ſed eam quæ per ſudorifera fit correctionem non aperit. Perfecte hecticum ſe curaſſe. Lues in infantibus. Bubo, qui dudum nulla incrementa cepit, porro nulla capit. A ſuppreſſo fluore albo ſcirrhus uteri. Ex ulcere ſe hydrargyrum eduxiſſe. Minimum quodque veſtigium luis oſtendit, non eſſe ſanatam. Leviores gradus morbi aliquando diæta tolli. Aſtrologicæ næniæ, quibus in ſua curatione noſter plurimum tribuit.

JACQUES CHAILLOU *recherches ſur l'origine & le mouvement du ſang, du cœur & de ſes vaiſſeaux, du lait, des fievres intermittentes & des humeurs* Paris 1664. 8. HAENEL. 1675. 12. 1699. 12. Nihil habet boni aut proprii. Antimonii uſum commendat.

EJ. *tr. des humeurs dans les plus ordinaires emotions des hommes* Paris 1680. 8. TR.

PIERRE BARRA *abus de l'antimoine & de la ſaignée demontré par la doctrine d'Hippocrate* Lion 1664. 12. BOH.

EJ. *abus de la theriaque & de la confection d'hyacinthe* Lion 1667. 12.

EJ. *de l'uſage de la glace, de la neige & du froid* Lion 1678. 12.

FOUQUET *art de monter a cheval avec les remedes les plus efficaces pour les maladies des chevaux* Paris 1664. 8.

H. S.

H. S. *Peſt beſchryving en geneeſing uyt verſchydene eerbare arzten verſamelt* Amſterd. 1664. 8. CARLS.

Unterricht von etlichen ſonderlich in Feldlägern geäuſſerten und gewöhnlichen Krankheiten und Zufällen, ſamt den bewährteſten Mitteln auch ohne medicum und Feldſcherer &c. Gotha 1664. 8. HUTH. an LUDOVICI?

CHRIST. LIPSTORP *Bedenken von der Peſtilenz mit angefügtem Bericht wie man ſich für derſelben verwahren auch wenn man angeſtecket curieren könne auf Begehren des Rahtes zu Stade* Stade 1664. 4.

J. HEBENSTREIT *Arzneyſchaz* Erfurt 1664. 4. An ſeculi XV. J. HEBENSTREITII.

Apothekertax aller Arzneyen der Stadt Ulm Ulm 1664. 4. RIV.

J. GEORG SOMMER *Hebammenſchule nebſt einem Weiber und Kinderpflegbüchlein* Coburg. 1664. 12. 1691. 12. 1715. 12. Arnſtatt 1676. 12. 1693. 12. Coburg. 1705. 12.

EJ. *mediciniſche Verordnung was bey der in benachbarten Landen einreiſſenden Peſt zu thun und zu laſſen ſey* ib. 1683.

EJ. Dec. II. ann. I. obſ. 40. In puella nuper partu edita ulcera ſanguinea centena capitis, quæ terrori materno tribuuntur.

Obſ. 41. femina neque menſes patiens, neque lochia.

Obſ. 43. a croco metallorum cruribus admoto vomitus.

Ann. II. obſ. 172. ab ira abortus.

Multa ſuperſtitioſa omitto.

Obſ. 181. fetus exſanguis.

Ann. III. obſ. 103. 105. 106. Draſtica medicamenta feminæ prægnanti ab inſcio data, abſque malo effectu: ſic Emmanagoga.

Obſ. 108. hæmorrhoides per quadraginta annos periodicæ.

Ann. IV. obſ. 124. Poſt fervidam æſtatem dyſenteria epidemica.

Ann. VI. obſ. 8. A rob ſambuci lotium nigrum.

Ann. IX. obſ. 16. Anorexia, dolor ventriculii emetico ejecta piſa, quæ germinaverant.

Obſ. 17. ex uſu turionum ſambucinorum hypercatharſis.

Obſ. 20. duo ſtudioſi juvenes a frigido potu ſubnata febre ardente exſtincti.

Obſ. 21. a balneo caſu adhibito, in femina gravida variolæ non exſpectatæ feliciter eruperunt.

Obſ.

Obſ. 22. ex nimio gaudio & riſu infans ſubito exſpirat.

Obſ. 23. fetus cum ſignis variolarum in lucem editus.

Obſ. 24. variolæ veſtis pelliceæ ope communicatæ.

Ann. X. obſ. 81. mater debiliſſima, moribundæ ſimillima, & tamen fetus ſanus editus.

Obſ. 82. a galli morſu magna inflammatio & febris.

Obſ. 84. ſanguis de utero puellæ nuper partu editæ, aliquot hebdomadibus manans, abſque malo.

Obſ. 202. eryſipelas univerſi capitis cum febre continua & delirio, efflo- reſcentibus de capite veſicis tamen ſanatum.

Dec. III. ann. III. obſ. 151. de factitiis cancrorum lapidibus.

Obſ. 155. ardor ventriculi; ad eum petroſelinum.

Ann. V. VI. obſ. 250. Gallus Meleagris per 17. dies cibo carens ſuperfuit.

Obſ. 255. Mors a phaſeolo in aſperam arteriam illapſo.

§. DCCXX. Disputationes.

Peter Biester *de phthiſi* Leid. 1664. 4. Pl.

J. Jac Doebel ſenior. Ej. diſſ. *de lithiaſi renum* Leid. 1664. 4.

Ej. *de fœdis virginum coloribus* Roſtock 1670. 4.

Ej. Hippocratis & Helmontii *conciliatio de generatione* Amſtd. 1677. 4.

Idem Riverii *Inſtitutionum & Praxeos* L. XIV. & *obſervationum centurias quatuor* edidit Francof. 1674. fol.

Ej. *de ovis exercit.* I. Amſtel. 1676. 4. He.

Ej. *Exercitationes quarum* tertia prodiit Roſtock 1676. 4. He.

Just. Boolcoel *de ſterilitate muliebri* Leid. 1664. 4. *.

J. Moolwyck *de phrenitide* Leid. 1667. 4. He.

Gabriel Mindinger *de diarrhœa* Argent. 1664. 4. Riv.

Gabr. Cramer *de obſtructione jecinoris* Argent. 1664. 4. Riv.

Car. Bardili *de ictero flavo* Argent. 1664. 4. Riv.

J. Melchior Sax *de dyſenteria* Argent. 1664. 4. *.

J. Sebast. Otto *de faſcinatione puerorum & adultorum* Argent. 1664. 4. *.

Casp. *a* Ruoff *de apoplexia* Argent. 1664. 4. Riv.

.... Ammianus *de inflammatione lateris ſ. de pleuritide* Baſil. 1664. 4. Pl.

J. Christoph Rhebus *de pleuritide* Baſil. 1664. 4. Pl.

J. Christ. Steeb *de rabie* Baſi. 1664. 4. Pl.

Felix Tschientschi *de aſthmate* Baſil. 1664. 4. Pl.

Casp. Koelichen *de gutta ſ. morbo articulari* Præſ. T. Bartholino Hafn. 1664.

Ej. in Act. Hafn. I. obſ. 79. a julis ſambuci hypercatharſis.

Obſ. 80. furor uterinus in virgine 15 annorum ſanatus.

Obſ. 81. hæmorrhoides in femina menſtruæ.

Obſ. 83. & fluor albus in puella ſexennis, quod exemplum inter noſtras puellas non rarum eſt.

Obſ. 85. graviſſima febris acuta, ex terrore nata.

Obſ. 86. 87. aphonia, apoplexiæ fugacis veſtigium. Emeticum profuit.

Obſ. 121. ex uſu balſami ſulfuris cardialgia.

Obſ. 122. ex febre acuta furor, ut juvenis ſe in puteum præcipitem dederit, qui extractus convaluit, argumento innoxiæ efficaciæ frigoris.

Vol. II. obſ. 99. ex ira phrenitis.

Et obſ. 100. ex riſu effuſo pleuritis.

Obſ. 115. febris epidemica petechialis Hafnienſis. cum cephalæa & ſpuria pleuritide, ex mitibus initiis, ſub quartum diem ingraveſcens. Venæ ſectio, niſi in primis morbi initiis, nocebat. Bezoardica & antidotos parum profuiſſe.

Obſ. 116. apoplexia a fungis comeſtis.

Obſ. 118. in cadavere detectus, qui ignorabatur hydrops pectoris: ventriculus pugno non major, hepar ſcirrhoſum.

Joh. Thomasius *de lue venerea* Altdorf. 1664. 4. Pl.

Jac. Burlin *de feminis ex menſium ſuppreſſione barbatis* Altd. 1664. 4.*.

Ant. Klotz διασκεψις ιατρικη *de hæmoptyſi* Jen. 1664. 4.

Car. Pfauz *de fluxu ſanguinis ad præſentiam occiſoris* Lipſ. 1664. 4.

Jer. Loss prof. Wittebergenſis Ej. diſſ. *de eructatione* Witteb. 1664. 4. He.

Ej. *de diabete* ib. 1666. 4. Riv.

Ej. *ad prælectiones medicas auditores invitat* ib. 1672. 4.

Ej. *de languore lymphatico* ib. 1673. 4. *.

Ej. *de aſthmate convulſivo caſus* ib. 1676. 4. *.

Ej.

Ej. *æger tertiana continua maligna laborans* Witteb. 1681. 4. Hl.

Ej. *erotomaniæ ſ. amoris inſani theoria & praxis* ib. 1681. 4. He.

Ej. *de morborum ab imaginatione ortorum alias idealium idea* ib. 1681. 4. He.

Ej. *de glandularum paſſionibus in genere* 1682. 4. He.

Ej. *de hydrophobia* 1682. 4. He.

Ej. *de iliaca paſſione* 1682. 4. He.

Ej. *de lue epidemica ſ. peſte* 1682. 4. He.

Ej. *de arthritide* 1683. 4. Pl.

Ej. *de inflammatione* 1683. 4. He.

Ej. *de lue venerea* 1683. 4. *.

Ej. *de nuce vomica* 1683. 4. *. Ipſe grana duo abſque noxa ſumſit.

Ej. *Gedanken vom alp* Dreſd. 1701. 8. Boecl.

Anton Adam Goldner *de nullitate* Cur. Var. 1664. 4. Heff. ad medic. for.

Car. le Breton & Pet. Legier *E. febri fluente alvo venæ ſectio* Pariſ. 1664.

Claud. Perrault & Ant. le Moine *E. bene fluida reddere corpora purgare eſt* ib. 1664.

Tuss. Fontaine & Jac. de Bourges *E. viſcerum obſtructionibus ſerum lactis* ib. 1664.

Car. le Breton & Guid. Cresc. Fagon *E. ſenibus nocet meri potio* ib. 1664.

Claud. Perrault & Petr. Legier *E. diuturni affectus loci mutatione curantur* ib. 1664.

Franc. Pajot & Car. Marteau *E. etiam poſt variolarum eruptionem venæ ſectio* ib. 1664.

Pet. Legier & Lud. Morin *E. φιλογελοιοι habitiores* ib. 1664.

Jaç. de Bourges & Matth. Thuillier *E. feminæ brevioris ſtaturæ fecundiores* ib. 1664.

Florim. Raimond & Phil. Mathon *Non E. eſt aliqua in ſanguine menſtruo & ſemine prava qualitas* ib. 1664.

§. DCCXXI. J. Jacob Waldschmidt.

Profeſſor Marburgenſis, de Cartesii ſecta, medicam theoriam in æthere peregrino, in poris vitiatis, in acido & viſcido poſuit, & ante diem exſtinctus eſt,

eſt. NEUHUSIUS, fidus ejus diſcipulus, primus in prima mea juventute mihi Præceptor fuit.

EJ. *de adfectione hypochondriaca* Gieſſ. 1666. 4. *.

EJ. *theriacæ Greiffianæ cæleſtis dictæ vires in calculo, podagra, epilepſia, apoplexia aliiſque inumeris adfectibus & præparandi ac utendi modus* Marburg. 1674. 4.

EJ. *de phthiſi* ib. 1675. 4. *.

EJ. *de cura lactis podagricorum ſolatio & certo podagræ remedio* ib, 1675. 4.

EJ. *de epilepſia von der ſchwerennoht* ib. 1676. 4. *.

EJ. *de colica* 1676. 4. *.

EJ. *monita medica circa opii & opiatorum uſum* 1676. 4. *, In acutis morbis opio jubet abſtinere. Recte monet, ſæpe vomitum ciere. In hydrope funeſtum fuit. SYLVIUM nimium opio uſum eſſe.

EJ. *de ebrietate & inſolentibus aliquot ejus effectibus* 1677. 4. *.

EJ. *de ſtupendo illo affectu catalepſi* Marb. 1678. 4. *.

EJ. *de febribus malignis, peſte, variolis & morbillis* ib. 1679. 4. *.

EJ. *de mania* ib. 1680. 4.

EJ. *ſanitatis ſtudioſorum tuendæ methodus* 1681. 4.

EJ. *ſcrutinium peſtis.* Nomen præfixum eſt NEUHUSII 1683. 4. *.

EJ. *de thea* 1685. 4. *. totius ſectæ gratioſiſſimo potu.

EJ. *de hæmorrhagia narium* 1686. 4. *.

EJ. & filii *de morbis aulicis* ib. 1686. 4. *.

EJ. *de pernionibus* 1687. 4. *.

EJ. *medicus Carteſianus detegens in medicina errores hactenus ex ignorantia philoſophiæ commiſſos* 1687. 4. *.

EJ. & filii *chirurgus Carteſianus* ib. 1681. 4.

EJ. *conſilium pro hæmoptoico* ib. 1688. 4. *.

In *poſthumis* plurimæ diſſ. collectæ ſunt, annis non additis. Inter eas. *Aſtrologus medicus.*

Hæmorrhagia narium.

De veneni peſtilentis & alexipharmacorum natura.

De ventriculi & inteſtinorum morbis.

De dyſenteria maligna. Opiata, abſorbentia.

De

De hydrope.

De glandulæ pinealis ſtatu naturali & præternaturali.

De febribus integer tractatus.

De acidularum uſu.

De febre maligna.

De ſcorbuto.

Adoleſcens ſcorbuto laborans.

De paralyſi.

De purgantium ex foro medico proſcriptione. Omnes morbos ab obſtructione eſſe, hinc omnes reſolventibus egere.

Deinde varia viri ſcripta exſtant, *Fundamenta medicina* Marburg 1682. 8. *. Breve compendium, ex ſua theoria deductum. In *poſthumis* non redit.

Inſtitutiones medicinæ rationalis Marburg 1688. 8. & in *poſthumis* 1696. 8. 1707. 8. *.

Caſus 84 medici quos non prius editos eſſe puto. Brevis hiſtoria morbi, ætiologia, curatio per calida, abſorbentia, etiam in pleuritide, abſque venæ ſectione: in peripneumonia tamen venam incidit. In dyſenteria diaſcordium dat & theriacam.

EJ. *monita medica*, ad morbos chronicos. Hiſtoria & curatio morbi. In febribus continuis tamen venam ſecat & acida dat, & ipſum ſpiritum vitrioli.

EJ. *notæ in chirurgiam* PAULI BARBETTE.

EJ. *praxis medicinæ rationalis ſuccincte per caſus tradita ad praxin* BARBETTI & BALDASSARIS TIMÆI Francof. 1690. 4. RIV. Multam addit theoriam, ad CARTESII mentem.

EJ. & DOLÆI *commercium epiſtolicum* Leid. 1688. 12. Multa practica. Arthritidem nodoſam, cum tuſſi anheloſa & ſemi paralyſi, uſu multo theæ ſuperatam fuiſſe. Purgantia tamen medicamenta ad primas vias corrigendas conferre. Iterum atrophia theæ cum lacte potu curata. Hamis pueri vivi extracti. In quartana ſpiritu cornu cervi ſe ſalubriter uſum. Peregrinum ætherem defendit.

EJ. *anchora ſalutis pro varioloſis, Beſchreibung eines gewiſſen liquoris der Kinder vor den Pocken zu præſerviren, ſelbigen zu curiren und der Theetrank von falſchen imputationem freygeſprochen* Caſſel 1683. 4. BOECLER Francfurt 1689. 4. 1690. 4.*. In variolis & morbis malignis, liquorem cum multa aqua dat, quem non revelat, ſed acidum vitriolicum eſſe adparet.

Ej. *Catalogus medicamentorum ſimplicium pharmacopoliorum Francofurtenſium* ab Em. Koenig in *Amaltheo* editus eſt, parvus libellus.

Ej. *opera omnia* (ultimo excepto) conjuncta prodierunt Francf. 1695. 4. 1707. 8. 2 vol. *. cum brevi vita viri. Recuſa Neapoli. 1727. 4. 2 vol. 1736. 4. 2 vol.

Ej. ſunt in Eph. Nat. Cur.

Ann. II. obſ. 214. veſicatoria in febribus malignis nunquam ſpem ſuam fefelliſſe.

Ann. III. obſ. 231. In febribus intermittentibus ſe vomitu & ſudore per antimonium nitratum moto uti.

Obſ. 233. pillularum Wildegansii infelix uſus.

Ann. VI. obſ. 152. hydropica poſt paracenteſin ſubnata inflammatione periit.

Obſ. 153. In ſubmerſis neque in ventriculo, neque in pulmone, aquam reperiri.

Obſ. 155. emplaſtrum ex cera, oleo lini, & cinnabari certum eſſe præſidium in lacte diſſipando.

J. Jacob Zaunschliffer *oratio in funera* Waldschmidii Marb. 1689. 4. B. Bun.

J. C. *Vademecum* Waldschmidianum, *h. e. inſtitutiones, medicinæ rationales* J. Jacobi Waldschmidt *per quæſtiones & reſponſiones ſub forma tabellarum diſtinctæ* Francof. 1696. 8. Tr. an idem opuſculum prioris paginæ.

§. DCCXXII. Henricus Meibom.

J. Henrici filius, profeſſor Helmſtadienſis, pariter ut pater vir doctus, qui pauca quidem ſcripſit; Idem *de incubatione in fanis* Helmſt. a. 1659. 4. *. præſide Conringio diſputaverat T. II. p. 625.

Ej. *de longævis epiſtola* ib. 1664. 4. *.

Ej. *de venæ ſectionis in variolarum curatione uſu* ib. 1666. 4. He.

Ej. *de motu ſanguinis naturali & præternaturali* ib. 1668. 4. *. Puella ulceroſa, conſumta, quæ a prima ætate menſtruo ſanguine per os ſe liberaverat. In ea inciſa, uterus ſanus, vaſa epigaſtrica turgida.

Ej. *de oſſium conſtitutione naturali & præternaturali* ib. 1668. 4.

Ej. *de arthritide vaga ſcorbutica* ib. 1668. 4. He.

Ej. *pathologicæ exercitationes undecim de morborum differentiis, cauſis, ſymptomatis, ſignis, pulſibus, urinis, febribus, cephalalgia* 1668. & 1669. 4. He.

Ej. *theſes medicæ ex univerſa arte depromtæ* 1668. 4. He.

Ej. *de oleorum ſtillatitiorum natura & uſu* 1679. 4. He.

Ej. *de hæmorrhoidibus* 1670. 4. He.

Ej. *de bubonibus* 1671. 4.

Ej. *de cephalalgia* 1672. 4.

Ej. *de atrophia* 1672. 4. He.

Ej. *de reſpiratione, ejus difficultate, ejuſque cauſis* 1673. 4. *.

Ej. *de colica* 1674. 4. He.

Ej. *de ſanguinis eductione* 1674. 4. He.

Ej. *de phthiſi* 1675. 4. He.

Ej. de *ſuppreſſione urinæ* Helmſt. 1676. 4. *. Ab uno rene obſtructo, tamen lotium integre ſupprimi. Iſchuria abſque dolore & inflammatione, ex renis lardoſa depravatione.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1676. 4.

Ej. *veris morborumque vernalium & medendi rationis iſto tempore inſtituendæ conſideratio* ib. 1677. 4.

Ej. *de febribus intermittentibus epidemicis* Helmſt. 1678. 4. *. Omnino contagio ſe propagaſſe, ſub principio epidemiæ, non ſub fine. A miaſmate concipi. Venæ ſectione occupari gravia ſymptomata alioquin ſuperventura.

Ej. *de vomitu* ib. 1678. 4.

Ej. *de tumoribus pedum* 1679. 4. *.

Ej. *de cardialgia* 1679. 4. *.

Ej. *de febribus malignis* 1679. 4. *. In febribus Ungaricarum ſimilibus veſicatoria ſuadet.

Ej. *de conſuetudinis natura, vi & efficacia ad ſanitatem & morbos, ejuſque in medendo obſervationis neceſſitate* 1681. 4. He.

Ej. *de concoctione ventriculi læſa* ib. 1682. 4. *.

Ej. *de lue venerea* 1683. 4. He.

Ej. *de ſuffocatione hyſterica* 1688. 4. He.

Ej. *de hæmorrhagia* Helmſt. 1684. 4. *.

Ej. *de fluxu humorum ad oculum naturali & præternaturali hujuſque curatione* ib. 1687. 4. *. & in noſtra *collectione anatomica*.

Ej.

Ej. *de phthiſis curatione per lac* ib. 1687. 4. *. Pulmonis vulnera ſanavit & phthiſin, lacte mulieris, & bubulo lacte, & victu mere lacteo.

Ej. *de vomitu aquæ ex gula* ib. 1688. 4. Pl.

Ej. *de aqua calidæ potu* 1689. 4. *. Laudat in colica, in malo hyſterico, in podagra, in aſthmate, in phthiſi, in urgente ſiti febris tertianæ.

Ej. *de leniorum medicamentorum eximio uſu* 1692. 4. He.

Ej. *de hydrope aſcite* 1695. 4. He.

Ej. *de abſceſſuum internorum natura & conſtitutione* Dreſd. 1718. 4. *.

Idem a. 1664. Bootii *morbos rariores* recudi fecit, cum præfatione ad hiſtoriam medicam, de ſcriptoribus obſervationum & conſiliorum.

Ej. *de cereviſiis* Helmſt. 1668. 4. *. erudita de potu hordeaceo antiquorum eſt diſſertatio.

Idem Helmſt 1669. 4. *. *epiſtolam ad* G. H. Welschium *de medicorum hiſtoria ſcribenda* dedit. Adfectum opus a patre acceperat, harum rerum gnaro viro: eos libros perficere & edere receperat: ſed nihil ejus unquam apparuit. De Labbeo, Menagio aliis ſcriptoribus ejus hiſtoriæ judicia.

Nuperiorem editionem operis paterni, *de flagrorum in re venerea uſu* Hafn. 1669. 4. *. *epiſtola* auxit *ad res venereas ſpectante*. Prodiit etiam, neſcio an cum hac epiſtola, Lond. 1665. 32. In *catalogo*.

Multæ Cl. viri epiſtolæ ſunt inter Schelhammerianas.

Programma academicum in ejus funere Helmſtätt 1700. 4. B. Bun.

Memoria Meibomiana ib. 1700. 4.

Ej. vita apud Niceron.

§. DCCXXIII. Fridericus Ruysch.

Haagienſis, ex pharmacopolio prodiiſſe dicitur. Idem Amſtelodami ad ſummum ſenium vixit, poliatri munere defunctus, & innumera cadavera incidit, plurimoſque potiſſimum caſus morboſos vidit & breviter fere deſcripſit.

Primum Haag 1665. 12. (1666. 12. *Journal des ſavans*) deinde ſæpe alias (v. *Bibl. Anat.*) edidit elegantiſſimum l. *dilucidationem valvularum in vaſis lymphaticis*. Adjectæ ſunt aliquæ obſervationes de vermibus ventriculi equini. Vermes in aneuryſmate arteriæ meſentericæ equi (quod aneuryſma frequens malum eſt). Ancyloſes vertebrarum; vermes renales canis; ren conſumtus, alter ureter ampliſſimus. Vermis omenti. Meatus cyſticus calculoſa materie repletus, hinc veſicula a bile diſtenta. Pori bilarii boum & ovium cruſta calculoſa obducti.

Scirrhi

Scirrhi meſentericarum glandularum. Vacca rigida, ob glandulas conglobatas ſcirrhoſas. Calculus in hepatis cane. Hydatides in tumores cyſticos degenerare.

Ej. *obſervationum anatomico chirurgicarum centuria* Amſt. 1691. 4. *. Multa memorabilia. Uteri polypus. Uterus ſcirrhoſus prolapſus, vaſti ponderis. Ulcus funeſtum uteri. Inteſtina ab inflammatione connata. Ren uterque conſumtus, membranæ craſſæ, inde diabetes. Hydrops ovarii. Tumor piloſus in omento; Veſicularum acervus in pulmone aere plenarum, obſtructarum, cum aſpera arteria non communicantium, inde aſthma; alia exempla adfinia. Placentulæ retentæ in molas degeneres. Molas eſſe abortuum reliquias aut uteri ſteatomata. In hydrope hydatidum acervus, membranaceo ſacco incluſus. Mola ſanguinis coacti. Veſicula fellis cruſta calculoſa obducta. Placenta veſicaria. Spinæ bifidæ cum oſſium degeneratione aliquot exempla. Sic aneuryſmata arteriæ aortæ. Scirrhus funeſtus ventriculi. Cephalæa ſetaceo repetito curata. Ex aperto bubone lymphæ magnus fluxus. In hydropico hepatis glandulæ tumefactæ. Hepatis ſcirrhus & ſuppuratio, idem cauſtico admoto felici eventu exuſtum. Hernia cerebri. Aſthma cum pulmone aqua ſpumoſa pleno. Lien in pelvim prolapſus. Ovarium mole auctum, inde tumor ventris oblongus. Vermes renum, hepatis. Vermes in ductu cyſtico & choledocho ovis, in aneuryſmate aortæ, in hepate aſelli, hi anguillarum ſimiles. Maſſa cruoris pro mola habita. Tumores aquoſi fetus communicantes cum aquis ventriculorum cerebri. Hepar in hydatides degener. Ab inedia ventriculus & inteſtina contracta. Valvulæ cordis oſſeæ & coalitæ. In peritonæo hydropicæ arenulæ. Bulimus a pyloro relaxato. Scabies veſicæ cum cavernulis. Alveolos dentium in ſenibus evaneſcere. In ſterili femina tubæ Fallopianæ clauſæ. Sanguinem per tubas in abdomen effundi. In hydropico ſcirrhus hepatis & induratæ glandulæ, ſic in viro cum calculis felleis. Invaginatio inteſtinorum. Tormina funeſta, colon inteſtinum enormiter dilatatum. Uterum in puerpera vere moveri ſenſit. Ureter latiſſimus, pure plenus. Dyſuria, inteſtinum rectum craſſius & mire coarctatum, Renes & ureteres latiſſimi, ab impedito lotii exitu.

In *catalogo rariorum muſæi ſui* una edito, aliqua morborum veſtigia recenſentur. Tenaciſſimus polypus ſinus falciformis. Tubæ ſanguine turgidæ, ejus grumus ovario adhærens. Exoſtoſes aliique oſſium morbi. Hydatides in ramulis aſperæ arteriæ bubulæ, frequens morbus. Tumor inteſtini aneuryſmati vero analogus. Os ſincipitis giganteum & tamen humanum.

Ej. *Epiſtolæ* parum habent hujus argumenti. In *Epiſtola* VI. J. Henrici Graetz 1696. 4. *. polypus aſperæ arteriæ dicitur, qui eam arteriam cum ſuis ramis imitabatur. In Ep. XIV hiſtoria ſpinæ ventoſæ chirurgici potius eſt argumenti. In Ep. XV chordam penis eſſe involucrum penis a parte inferiori induratum.

In *Epiſtola de fabrica glandularum ad* Boerhaavium Amſterd. 1722. 4. *. morbos varios, quos Boerhaavius glandulis dilatatis tribuit, noſter aliter in-

 terpre-

terpretatur, ut celluloſæ telæ morbi ſunt, hydatides vero vaſa degenerantia. Hydropis peritonæi exemplum. Morbus, in quo equorum adeps in cavum abdomen effunditur.

Uberior *theſaurorum* eſt ſeges, etſi catalogi ſunt perbreves eorum, quæ RUYSCHIUS ſolebat pretio conſtituto oſtendere.

In Theſ. I. Amſtd. 1701. 4. Calculi varii, etiam podagrici, tum fellei. Dens unicus, ſed & integer dentium acervus ex ovario muliebri. Vermiculos videri a muſcis poſitos, quorum cum lotio nymphæ prodibant. Calculi pulmonales.

In Theſ. II. ib. 1703. 4. excuſo fungi veſicæ urinariæ, inter eos calculi. Mira hiſtora concrementi ex utero educti, artuum nempe multorum fetuum, ſingulorum & ſolutorum. Chirurgos monet, ne naturales tonſillarum foveas pro abſceſſibus habeant. Calculi equini per anum redditi. Hepar totum celluloſum. Vermis in tumore hepatis.

In Theſ. III. ib. 1703. 4. Fibræ veſicæ urinariæ calculoſa cruſta obductæ. Calculi humani, veſicales, inter eos molles, qui ſervati dureſcebant. Molæ ex retentis placentulis natæ. Penis alieno loco perforatus. Crinium glomer ex omento humano.

In Theſ. IV. ib. 1704. 4. Veſica urinaria vaccæ craſſior, calculoſa cruſta obſtructa, cujus particulæ in caveam delapſæ liberos calculos conſtituebant. Plica Polonica.

In Theſ. V. ib. 1705. 4. *. Calculi fellei rotundi, alii anguloſi. Calculi pinealis glandulæ. Oſſa tarſi emollita.

In Theſ. VI. ib. 1705. 4. Altheromata, in eorum uno pili. Membrana ex ſanguine conquaſſato parata. Mola maxima vaccina, ex pilis ſtipata. Placentula retenta tuberculoſa. Iterum placenta veſiculoſa. Quæ pro molis habentur, eas eſſe placentulas induratas.

In Thſ. VII. ib. 1707. 4. *. Inteſtina feminæ nitentia, ſcintillantia, quaſi gelu obſita fuiſſent. Oſſa leviſſima & carioſa; ex lue venerea. Peritonæum & hydatides plexus chorioidei.

In Theſ. VIII. ib. 1714. 4. *. Oſſa fracta male ferruminata, ſolo ſpongioſo textu coaleſcente. Ab arſenico ventriculi tunica interna ulceribus eroſa. A fractura collum femoris deſtructum, ut evaneſceret, eam eſſe claudicationis cauſam. Glandulæ ſpuriæ in uteri facie interna.

In Theſ. IX. ib 1714 4 *. Os tibiæ plenum & abſque medulla. Aneuryſma arteriæ intercoſtalis ovi mole, poſt anxietates & lipothymias funeſtum. Placentæ crus humanum ad funiculi in placentam inſertionem adhærens. Iterum collum femoris fractum, deletum. Animalculum catello ſimile, vomitu redditum cum teſtimoniis: hæſerat in membranaceo ſacco, qui per funiculum adhærebat.

Capilli

Capilli ſponte glomeratim delabentes, etiam repetito. Tumor tendineus manui adhærens, granulis plenus, ab uſtione renatus. Meſenterium hydatidibus fartum. Ureteres prope veſicam in veſiculam terminati, minimo foramine apertam, hinc merito tumidiſſimi. Atheroma placentæ uterinæ. Capilli in atheromate. Teſtis humanus in cellulas cartilagineas converſus. Ex utero prægnantis ovis oſſicula per ulcus educta.

In Theſ. X. ib. 1715. 4. *. Atheromata: Aliqua pilis feta. Inteſtini ſuſceptio, cui cauſæ noſter volvulum tribuit. Oſſa carioſa.

In *Theſauro omnium maximo* ib. 1724. 4. *. cujus deſcriptiones perbreves ſunt, pauca huc faciunt. Cranii fetuum oſſa ſæpe paſſim deficere. Fetus humanus per annum in utero retentus, flaccidus, ſed incorruptus. Os femoris ab œdemate in ſpongioſam naturam converſum.

Ej. *adverſaria anatomico medico chirurgica. Decas* I. Amſt. 1717. 4. *. Hæc boni ſenis opera reliquis utiliora ſunt. Iterum hic de animalculo quadrupede fiſſipede, caudato, vomitu reddito. Poſt magnos dolores nulla in renibus urina, ſed ren tuberculoſus. Glandulæ œſophagum comprimentis felix per hydrargyrum reſolutio.

Decas II. ib. 1720. 4. *. Abſceſſus meſenterii. Ex uretere pure pleno vaſa exeuntia verſus ſiniſtra, pariter pure plena. Femina ex nimia ſalivæ jactura debilitata, ea retenta convaluit. Rachitica oſſa mollia curvari. Membrana veſicæ gangrænoſa decidens. Placentam, quæ firmius adhæſerit, non debere avelli, naturam enim muſculo proprio ea mole ſe liberaturam. Oſſa pelvis in partu laxari, coccygem cedere.

Decas III. ib. 1723. 4. *. Atheroma. In ovario pilorum faſciculus & carnes, cum oſſe & cartilaginis fruſto. Aliud in quo oſſa & dentes molares. Sanguis in puella poſt terrorem per poros univerſæ cutis ſudans. Inteſtina in fetu ſuſcepta.

Ej. *de muſculo in fundo uteri reperto* Belgice Amſtd. 1726. 4. & latine 1726. 4. *. Muſculum jam in adverſariis dixerat, depinxerat, nullo fibrarum ordine, niſi quod circulares videantur & parallelæ; eum hic repetit, & confirmat, placentæ exitum a natura exſpectari debere.

Ej. *Curæ renovatæ, ſ. theſaurus anatomicus poſt curas poſteriores novus* XII. 1728. 4. *. Pili ſub naſi radice erumpentes, ne igne quidem compeſcendi. Vitulus per ſex menſes in utero vaccæ retentus.

Index operum RUYSCHII *ab* YSBRANDO GISBERTO ARLEBOUT editus eſt ib. 1725. 4. *.

Vita & inventorum critica hiſtoria a J. FRIDERICO SCHREIBER ib. 1732. 4.

§. DCCXXIV. RICHARDUS LOWER.

Medicus Oxonienſis, vir doctus, erecti ingenii, archiater. Ej. *diatribæ* T. WILLISII *de febribus vindicatio* Lond. 1665. 8. Amſterd. 1666. 12. *. MEARAM WILLISII ſententiam parum fideliter exponere. Puellam, quam hæmorrhagia laborantem WILLISIUS chalybeatis contra MEARÆ opinionem curaverat, ſanam ſupervivere. Sudores nigri. Sudor, cæruleus, LOWERO viſus. MEARAM temere triſtia prognoſtica effatum. In tabe meſenterium & omentum ſunt abſque adipe.

Ej. celeberrimus *tractatus de corde, item de motu & colore ſanguinis & chyli in eum tranſitu* Lond. 1669. 8. *. & ſæpe alias (*a*), anatomici quidem & phyſiologici eſt argumenti, continet tamen, quæ ad morbos faciunt. Poſt deliquia animi & frigus artuum frequens, pericardium cordi totum adnatum, idem calloſum. Vermes intra pericardium generari, ſyncopen facere. Febrem intermittentem fomentis anthelminticis diſſipari. Aneuryſmatum & varicum effectus. Vinculum venæ cavæ injectum facile ferri, aortæ circumdatum miras facere anxietates: inde angina. In hydrope pectoris vaſa lymphatica turgida. A lacte in venam injecto anxietas in cane maxima. Poſt tabem & deliquia, & dextri & ſiniſtri ventriculi cordis oſtium carneo concremento fere obturatum: varii ſitus corporis in ſanguinis motum effectus. De catarrhis, non deſcendere a capite, nec ex glandula pituitaria poros in os ſubire. Transfuſionis ſanguinis hiſtoria. Varios in venas vivorum animalium, liquores ſe ante multos annos injeciſſe: deinde transfuſionem feliciter eſſe molitum, quam fuſe deſcribit. Lacerato ductu thoracico canis contabuit, cum tamen bene aleretur.

In editione Londin. 1680. 8. *. accedit in titulo, *Acceſſ. diſſ. de origine catarrhi, in qua oſtenditur illum non provenire a cerebro*, quæ editio Leidæ. 1727. 8. *. recuſa eſt. Caput Act. *de catarrhis*. Ex proceſſibus mammillaribus nihil ad fauces deſcendere. In lethargico ventriculi cerebri aqua pleni, infundibulum ſero diſtentum, glandula pituitaria gelatina repleta.

Ej. *bromographia, oder Habercur* Amſtd. 1669. 8. & germanice vertente I. FRANCO Ulm. 1715. 8. 1722. 8. *. Strasb. 1754. 8. Suecice, vertente cum notis J. CHR. NORDENHEIM Stokholm 1724. 4. Medicum J. de S. CATHARINA hoc decocto ad 120 annum vitam protraxiſſe, LOWERUM ad nonageſimum (ita FRANCUS). Ptiſana rubra ut inde paretur, ad omnem acrimoniam ſanguinis & humorum utiliſſima, cum curatorum ægrotorum hiſtoriis, a FRANCO deſcriptis.

Ej. *receipts* Lond. 1700. 8. *Engliſches Arzneybüchlein* Leipz. 1701. 8. 1734. 8. 1753. 8. vertente C. LUDOVICI.

In *Phil. Tranſ.* n. 28. de transfuſione ſanguinis in cane adminiſtrata agit. Multa ab eo invento ſperat.

Apud BIRCH & ad annum 1666. refert de transfuſione inter duos canes feli-

(a) v. BIBL. ANAT.

feliciter adminiſtrata. Periit alter, omni ſanguine amiſſo, alter vegetus ſuperfuit.

In *Phil. Tranſ.* n. 29 perforato pectore animal perinde vitioſe reſpirare, ut equus aſthmaticus *Windbroken horſe*: ei abdomen in inſpirando detumeſcere & viciſſim. Idem BIRCH. II. p. 210 n. 32. deſcribit morbum in oculo equi, ſpongioſum concrementum ex uvea tunica effloreſcens, cujus culpa animal ſole fulgente nihil videt, nocte utique (dilatata pupilla).

Ej. apud BIRCHII II. p. 203 207. canem ſe facere hydropicum, ligato vena cava aut jugulari.

ID. n. 220 rupto ductu thoracico animal conſumtum.

§. DCCXXV. NATHANAEL HODGES.

Medicus Londinenſis, clinicus. Ej. ſunt *vindiciæ medicinæ* Lond. 1665. 8.

Ej. λοιμογραφια, ſ. *peſtis nuperæ apud populum Londinenſem graſſantis narratio hiſtorica* Lond. 1672. 8 *. 1675. 4. TR. Anglice cum notis J. QUINCY Lond. 1715. 8. 1720. 8. Peſtem anni 1665 deſcribit, in qua, cum SYDENHAMIUS fugeret, ipſe cum uno ſocio medici peſtilentiarii munere functus eſt, atque periculum felix ſuperavit. Calidæ equidem & diaphoreticæ curationi addictior, tamen, ut recti judicii vir, utiliter ſcripſit. Sequeſtrationem equidem & ædium occluſiones hactenus non male improbat, quod in ejuſmodi damnatis ædibus, cum poſt quadrageſimum diem aperirentur, nemo vitalis repertus ſit. Rogi accenſi inpenſe nocuerunt, ut intra unicam noctem quater mille mortales perierint (a). Cauſam mali noſter in aere ponit, & ante noſtrum SCHREIBERUM magnam adfinitatem reperit peſtem inter & veneream luem: Fuiſſe etiam in peſte, quibus ſaliva abunde fluxerit. Scrophuloſos & podagricos peſtis ſanavit. In cadaveribus veſiculæ in plexu chorioideo, pulmo putris, cor ſtigmate nigro infectum. Venæ ſectio nocuit. Spes omnis fuit in ſudore moto. Omnem etiam naturalem hæmorrhagiam funeſtum eventum ſortitam eſſe. Perierunt aliqui abſque manifeſta febre & abſque ſymptomate. Cæterum luem peſtiferam cum omni ſuo horrido ſatellitio deſcripſit. Maculæ frequentes eruperunt. In primis ſymptomatibus rigor fuit, ſæpe & vomitus, aut certe ad vomendum conatus, & pene continuo delirium, & vehementiſſima cephalalgia. Febris alias latens, alias manifeſta, typo nullo. Sopor frequens. Sudor ſæpe profuſus & funeſtus, idem ſæpe fætidiſſimus. Carbones vix in gangrænam tranſibant, niſi chirurgi vitio. Petechiæ rariſſime criticæ. Gangrænæ exiguæ (tokens) etiam in orthoſtadiis funeſtæ, erat ubi multæ in unum vibicem confluebant. Bubones numeroſi meliores, carbunculi numeroſi deteriores. Urinæ nulla fides. In curatione noſter vomitum ciebat, tamen nonnunquam

(a) p. 24. 25.

quam alvum ducebat, ſudorem movebat ſerpentaria Virginiana, ſpiritu cornu cervi, theriaca, zingibere, aquis aromaticis. A lapide bezoar nihil magni præſtari vidit. Caſu detectum eſt, epiſpaſticum emplaſtrum in vicinia bubonis impoſitum profuiſſe: & ea emplaſtra in univerſum utiliter adhibita fuerunt. Omitto curationem prophylacticam. Noſodochia ſuadet. Inter 97306 cives peſtis abripuit 68596, intra annum, vel omnino plures.

HENRICUS *a* MOINICHEN Danus, BARTHOLINI & Italorum diſcipulus, cum LYSERI *cultro* Hafn. 1665. 8 *. & 1679. 8. *. edidit *obſervationes medico chirurgicas*. Pleuritis metaſtaſi in crus ſanata. Abſceſſus renis per urinam judicatus. In iliaco morbo mercurium crudum profuiſſe. Frigidæ fomentum eryſipelati impoſitum ægrum jugulaſſe. Arthritis veſicis ad genu excitatis ſublata, & icterus ſucco condenſato cichorii. Calidis abſque venæ ſectione admotis pleuritis curata. Auriculares vermes ſpiritu vini adſperſo educti. Aneuryſma arteriæ poplitεæ ſponte ruptum, pulſus ſublatus, pes extenuatus, æger tamen evaſit. In pene callus durus & curvatio, ſanata guaiaco & hydrargyro.

Has obſervationes LANZONUS recuſas dedit, & Dreſdæ etiam redierunt 1691. 12.

In *Epiſtolis ad* BARTHOLINUM I. n. 44 de quartanæ curatione dixit.

T. II, ventriculi duo abſceſſus obſ. 41.

Ib. obſ 97. abſceſſus inter primam & ſecundam coſtam, pure plenus, non longe a ſterno diſtans, pulmo purulentus.

In *actis* Hafnienſibus Vol. I. obſ. 78. Cardialgia, ſpiritus difficilis, ſenſus moleſtus ventriculi: feliciter dato emetico ſuperatus. Tremor artuum, & debilitas a variolis.

§. DCCXXVI. EBERHARDUS GOECKEL.

EBERHARDUS GOECKEL Ulmenſis, clinicus.

EJ. *fidus Achates oder Frauen und Kinderbüchlein* 1665. 8.

EJ. *Betrachtungen des Zorns und der daraus entſpringenden Krankheiten* Hall. 1665. 8. LEHMANN; etiam 1667. 8. TR.

EJ. *de venenis, eorum cauſis & antidotis* Aug. Vind. 1669. 12.

EJ. *epitome theoriæ practicæ de odontalgia, oder Bericht von dem Zahnweh* Nordling. 1668. 8. TR.

EJ. *enchiridion medico practicum de peſte ejuſque origine, cauſis, ſignis & antidotis, partim ex probatiſſiorum medicorum libris, partim ex obſervationibus propriis concinnatum.* Annexus eſt *l. de venenis* Aug. Vind. 1667. 8. TR. 1682. 8.

EJ. *conſiliorum & obſervationum medicinalium decades* VI. Aug. Vind. 1683 4. *.

Hiſtoria

Hiſtoria eſt integri alicujus morbi, ut ſcorbuti, luis venereæ, cum curatione, & plurimis medicamentis. Aliquæ curationes notabiles ſunt, ut morſus canis rabidi abſque ſymptomate ſanatus. Acidularum analyſis per reagentia; etiam per argenti ſolutionem in aqua forti. Non probes, quod diebus hoſtilibus a venæ ſectione ſe abſteriori patiatur. Femina fulmine percuſſa, ſanata. Epilepſia ab animalculo lacertam referente, & per ſeceſſum egeſto. Ex panis gangræna mortuus, cum noſter nihil contra moliretur. Figulum ex fumis ſaturninis laborantem, medicamentis ex hydrargyro ſumtis ſanavit. Ex halece menſtruo ſanguine venenato funeſta nauſea. A frigidæ potu, cum corpus a vino accenſum eſſet, funeſtus eventus.

EJ. *curieuſe Beſchreibung des a. 1694, 1695, 1696 durch das Silberglätt verſüſſten ſauren Weins, und der davon entſtandenen neuen und vormals unerhörten Weinkrankheit* Ulm. 1697. 8. TR.

EJ. *Bericht von dem Beſchreyen und Bezaubern auch denen daraus entſtandenen Krankheiten* Lipſ. 1699. 8. TR. Idem, ut puto, l. cum ſequente.

Tractatus polyhiſtoricus magicus medicus curioſus Francof. 1717. 8.

EJ. *Gallicinium medico practicum ſ. conſultationum & curationum medicinalium novarum Centuriæ duæ cum dimidia* Ulm. 1700. 4. *. 1722. 4. TR. Hiſtoria morbi cum medicatione numeroſiſque formulis. Intercedunt & alia, ut anatomica, monſtra, chirurgica, aquarum mineralium analyſes. Superſtitionem noſter tamen non probat, ut puerum a dæmonio ſylvatico perterritum, aphonum, convulſum, pedibus contractum, quæ omnia mala abſque dæmone terror facere poſſit. Aliqua non graviſſima narrat, ut curationem cauſi, qui in tertianam abierat, vindicante ſe natura. Febris tertiana ſyncoptica, abſorbentibus & antidotis curata. Similibus aſthma periodicum ſanatum, & in univerſum his auxiliis noſter fere indulſit. Struma enormis ſoporem faciens, funeſta. (Ejusmodi caſum in docto viro vidi, cui ſtruma ferreum lethargum fecit). Hypochondriacum malum purgantibus acidis anodynis curat. Quartana febris corde quidem leporis, ſed etiam ſale ammoniaco & ſalibus lixivioſis ſanata. Diabetes, rarum malum. In empyemate pericardium conſumtum, pulmo dexter pene totus deletus. A fulmine occiſi cadaver nigris maculis varium. In pleuritide abſque venæ ſectione noſter abſorbentibus uſus eſt. Ex terrore circa oſtium ventriculi natus anthrax, mollientibus & virus abſorbentibus ſanatus; & alius in dorſo anthraxi & aſthma ſale volatili cornu cervi, ſpiritu ſalis ammoniaci ſublatum Cephalæa bimeſtris, cum aurium dolor e enormi, demum pure per aurem effuſo ſanata. In conſilio inſerto WEPFERI venerea mala lignorum decocto ſuperata. Volvulus, cum hydrargyrum potum malum non ſuſtuliſſet, purgante medicamento ſanatus. Sphaceli ſpontanei pedis funeſti. A devorato ſublimato hydrargyro vomitus motus, data theriaca, felici eventu. Ambulandi impotentia curata lignorum decocto. Verum ſingula perſequi non licet.

EJ. *von den wütenden Hundesbiſſen* Augſp. 1679. 8.*. Varii a cane & fele de-

demorſi, in iis priuſquam hydrophobia erumperet, malum ſcarifatione, unguento Ægyptiaco, longa exulceratione, & remediis, etiam cancris combuſtis ſanati.

Ej. E. N. C. dec. II. ann. IV. obſ. 27. Ex terrore in puero aphonia & convulſio.

Obſ. 28. Ex dentitione ſeriori decennis pueri convulſio, & ſyncope, ut difficulter reſtitueretur.

Ann. VII. obſ. 125. empyema, cum non perforetur, funeſtum, de pulmone tantum tenuis pars menbranacea reſidua, pectus pure plenum.

Obſ. 126. capitis & auris diuturnus dolor, rupto abſceſſu, effuſo pure levatus.

Obſ. 128. aſthma periodicum pene ſuffocans, ſanatum ſpiritu ſalis ammoniaci & calidis.

Et obſ. 129. ſimilibus ſublatus dolor periodicus ſiniſtri hypochondrii.

Ann. VIII. obſ. 60. morbus convulſivus, cum vario delirio. Emetico pulvere, deinde ſolitis abſorbentibus pulveribus æger ſanatus.

Obſ. 65. cum hypochondriacus vitæ pertæſus hydrargyrum ſublimatum deglutiviſſet, horrida ſymptomata, vomituritio, tormina, acutiſſimi dolores. Vomitu excitato, deinde data theriaca & butyro, atque lacte, demum æger ſervatus eſt.

Obſ. 67. Tumor glanduloſus intra rectum inteſtinum natus, hæmorrhagiam periculoſam fecit.

Ann. IX. obſ. 65. In puella tumor abdominis, pedum tremor, capitis convulſio, ſingultus, per tres hebdomadas ab ictu majoris aranei.

Ann. X. obſ. 164. a terrore dolores colici feroces, inde febris intermittens putrida, aliaque mala ſanata.

Obſ. 166. convulſiones epilepticæ, ſedatæ expulſo animaculo lacertam referente.

Dec. III. ann. II. obſ. 142. Febris tertiana in viro convulſionibus ſtipata, ut cæcitas ſuperveniret, ſanata amaris calidis.

Ann. III. obſ. 53. Juvenes hypochondriaci, in ſcorbuticam acrimoniam proni, colica convulſiva correpti & intolerabili cephalæa, perierunt, quarto ſervato, cujus ſimilis morbus fuerat.

Obſ. 54. egeſtæ per lotium acus, clavi, cincinni crinium, alia abſurda, ut malum manifeſto, ut noſter exiſtimat, ex faſcino eſſet.

Ann.

Ann. IV. obſ. 30. vinum aceto lithargyri emendatum. Inde enormia mala, colici dolores, paralyſis, hydrops, qualia etiam mala figulis impendent. Monaſterium totum inde diris malis infeſtatum.

Ann. V. VI. obſ 37. Spaſmi cynici herniæ ſectioni ſupervenientis curationes, & alterum exemplum funeſtum.

Ann. VII. VIII. obſ. 92. ex fiſtula inguinali erumpentes lumbrici, malum ſanatum.

Obſ. 193. Febris maligna petechialis infecit per flores, quibus cadaver pueri ornatum fuerat, eo malo abrepti: quos flores alii pueri olfecerant.

Ann. IX. X. obſ. 73. a conclavi nuper calce oblito aſthma, æſtus, languor, ſitis, plerique ægri ſanati.

Obſ. 75. epilepſia impræviſa, ſubito lethalis.

§. DCCXXVII. Varii.

Caspar Theophilus Bierling clinicus Magdeburgenſis.

Ej. *diſſ. de elephantiaſi* Argent. 1665. 4. Riv.

Ej. *adverſariorum curioſorum centuria* 1. *cum ſcholiis & appendice medicamentorum* Jen. 1679. 4. *. Morbus funeſtus Ducis Henrici Julii, cui poſt morbum lentum calculi in veſicula fellea, ventriculus lividus ſanguineam materiem continens. Sopor, delirium ex eſu hyoſcyami, extracto caſtorei ceſſerunt. Eſu viperæ ſublata ſymptomata morſus viperini. Febris intermittens cum tumore ſiniſtri hypochondrii, ſanata lapidis candefacti vapore calido. Cœliaca vera, ſ. tabes cum excretione materiæ albæ. Ab arſenico in mortario tuſo, cum vapor ore receptus fuiſſet, tumor univerſi corporis. Sulfuris ſuffitu epilepſia curata (aut certe paroxyſmus ſublatus). Hydrops purgantibus ſanatus, deinde roborantibus. In cadavere reperta veſicula fellis aqua plena & lapidibus. Ex ira eryſipelas; cum tumor aperiretur, in ulcus abiit immedicabile. A febre quartana hydrops, facile ſanatus. Contra pharmacopœum ægros curantem. Lepra Græcorum. Felix in febre hungarica oſtreorum deſiderium. Toxicum ignotum, quo integra familia venenata fuerat, oleo ſuperatum. Scriptionum ad omnes morbos inſignis numerus, non abſque ſuperſtitione.

Ej. *conſilium febrifugum* Magdeb. 1680. 8. Germanice *Gutachten wider die Peſt* Helmſt. 1680. 8.

Ej. *problema pharmaceutico medicum an in peſte Magdeburgenſi medicamenta ανω και κατω evacuantia tuto præſervationis & curationis gratia exhibita fuerint, necne* Helmſt. 1684. 4. lego & 1689.

Ej. *tractatus medico politici prodromus* Lipſ. 1691. 8. Tr.

Ej. *theſaurus theoretico practicus continens obſervationes & curationes medicas, cum* J. Michaelis *arcanis* Jen. 1694. 4. Alii Magdeb. 1693, 4. cum præf. Jac. Wolfii.

Ej. *medicus theoretico practicus* Jen. 1697. 4. Tr.

In E. N. C. Dec. I. obſ. 152. atrophia ex diarrhœa chyloſa.

Obſ. 253. febris tertiana, ſublata verme ſupra ſcapulam exeunte.

Obſ. 268. ſterilitas a carnea excreſcentia os uteri claudente.

§. DCCXXVIII. Varii.

Michael Lipari Meſſanenſis, in Malpighium ſcripſit *Galeniſtarum triumphum neotericorum medicorum inſanias funditus eradicantem, ne mortales ex eorum perpetuo ſepeliendis doctrinis immatura imo violenta morte moriantur* Coſenza 1665. Capite ob rebellionem idem plexus fuit, acer homo, vel hoc titulo teſte.

J. Alos Barcinonenſis. Ej. *criticum apologema adverſus ſtateram jatricam* Michaelis Villar prodiit Barcinone 1665.

Ej. *Pharmacopœa Catalana* ib. 1686.

Ej. *diſquiſitio de corde hominis phyſiologica anatomica* Barcin. 1694. In ea continetur obſ. 22. an ex invento ſanguinis circulo mutata rationalis methodus medendi; obſ. 23. chirurgia infuſoria: obſ. 24 de transfuſione ſanguinis ex altero animali in alterum: 27 de variis & notabilibus pulſuum præternaturalium differentiis Seguier.

Petri Michaelis de Heredia archiatri Regii, *de morbis mulierum & utero gerentium* Lion 1665. fol. Redit in operibus omnibus.

Ej. *opera medica* Antwerp. 1690. fol. 4 Vol. In volumine I. *de differentiis febrium.*

Vol. II. Commentaria in Hippocratis *l. de morbis popularibus* 1688. fol. 1690. fol.

Vol. III. *de morbis acutis, ſomno, vigilia, delirio ejuſque cauſis* Lion 1685. fol. Antwerp. 1691. fol.

Vol. IV. *de adfectibus particularibus* & *de mulierum & utero gerentium morbis* Lion. 1665. 1685. fol. Antverp. 1690. fol.

Hanc editionem recognovit & emendavit Petrus Barea d'Astorga.

Hieronymi Nigrisoli *Progymnaſma de hirudinum applicatione internæ parieti uteri in puerperis & menſium ſuppreſſione; de ſucci citrei & limonii viribus & uſu in febricitantibus & puerperis; de vena in febribus malignis ſecanda an ſuperior an inferior; de Romana muliere per biennium utero gerente* Guaſtalla 1665. 4. Falc. Bur.

Antonii

ANTONII PETITÆI *Criſimologium dierum criſimorum ratio* Amiens 1665. 8. GUNZ.

HIERONYMI BARBATI *de arthritide* L. II. Venet. 1665. 4.

DANIEL GEORG MORHOF viri docti, *Princeps medicus* Roſtock 1665. 4. *. Hiſtoria ſanationum a Regibus Galliæ patratarum, in Hiſpania etiam tentatarum. Sed & CAROLUM II. Angliæ Regem ſcrofuloſum tetigiſſe vidit. Hiſpanorum *ſaludadores*, qui inhalando ſanant, VALENTINUS GREATRAKE.

EJ. *polyhiſtor literarius philoſophicus & practicus, ſ. de notitia auctorum & rerum commentarii* Lubec. 1692. 1695. 4. 1732. 4. *. Præter notitiam antiquorum, variis modis tamen ad medicinam ſpectantium, huc facit Tomi III. liber VII. medicus, perbrevis quidem. De Bibliothecis, de MS. de libris ineditis, prohibitis, inpiis. Exſtitiſſe tamen BASILIUM VALENTINUM. Libri chemici, illi veterum Ægyptiorum. Societates eruditæ. Bibliothecarum & catalogorum ſcriptores & vitarum. Polygraphi, Epiſtolographi. Memoriæ ſubſidia. Scriptores Græci. Latini. Poetæ antiqui, veteres, Philoſophi huc & ARISTOTELES. Hiſtoria naturalis ut inſtituenda ſit. Phyſica poetarum, philoſophorum nuperorum, Paracelſi. De elementis, lapidibus, ſalibus, plantis, animalibus ſcriptores.

EJ. *de auro* Kiel 1690. 4.

PETRI LAMBECII literatoris, *Commentarii de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi* Huc faciunt Liber II. Vienn. 1669 fol. B. B. quo Græci quidam codices fuſiſſime deſcribuntur, ſpecimina eduntur codicum, ſæpe ab editis diverſa, demum de vita & ætate ſcriptorum quæritur. Potiſſimum hic DIOSCORIDIS in alphabeti ſpeciem redacti, & JULIANÆ ANICIÆ ſumtubus ſeculo VI. exarati deſcriptio habetur, cum inutilibus, quod doleas, figuris; ſic de CRATEVA; aliiſque Græcis medicis, vitæ & ſcriptorum monumenta.

In *itinere Tirolenſi* recenſet Codices MS. nuperorum medicorum, etiam morbos.

L. VI. ib. 1674. fol. dicuntur codices medici Græci, pluſculi, neoterici & ſemibarbari, tamen etiam HIPPOCRATIS, GALENI, AETII, ORIBASII, MOSCHIONIS. Ex EUTECNII ad NICANDRUM ſcholiis deſumtæ animalium icones. Ex codice arabico icones ſerpentum. Iterum de DIOSCORIDIS codicibus.

L. VII. ib. 1675. fol. Quadraginta philoſophorum Græcorum codices, quos inter pluſculi medici, imprimis neogræci. Fuſiſſime etſi & abſque ullo ordine vir Cl. ſcripſit, neque ad ea ſatis advertit, quæ præcipua erant, bona utique ſua habet propria, neque alibi reperiunda.

CÆSARIS EGASSI BULAEI *hiſtoria univerſitatis Pariſienſis, ipſius fundationem, actiones, facultates &c. privilegia, reformationes a* CAROLO M. *ad noſtra tempora complectens* Tom. I. ab a. 801. ad 1100. Pariſ. 1665. f. T. II. ab 1110. ad 1200; ib. 1665. fol. Tom. III. a. 1200. ad 1300., ib. 1666. fol. Tom. IV. ab a. 1300.

1300 ad 1400. Tom. V. ab a. 1400. ad 1500 Tom. VI. ab. a. 1500. ad 1600. ib. 1673. f. B. BUN. Multas ob cauſas ad bibliothecam medicam pertinet.

Comes *de* FLISCO *de fato anniſque fatalibus tam hominibus quam regnis* Frf. 1665. 4. TR. ſi huc facit.

Epiſtolæ clariſſ. virorum & reſponſa tum medica, tum philoſophica Roterdam 1665. 4.

FRANCISCUS PIENS *de febribus in genere & ſpecie ex veterum & recentiorum ſcriptis perpenſis* Amſterd. 1665. 8. 1669, 8. Genev. 1689. 4. cum adnott. MANGETI.

§. DCCXXIX. VARII.

MONCONIS *voyages* Pariſ. (Amſterd.) 1695. 8. vol. 5.*. Germanice Augſp. 1697. 4. Ex magiſtratibus patriis fuit, curioſiſſimus homo, ut arcana & peculiaria aliqua videret, Europam, Aſiam & Africam adiit, magica venatus & lapidem philoſophorum: hæc quidem Cairi & alibi meras reperit eſſe fabulas, paſſim tamen magnam vim ſcriptionum medicarum, chemicarum, phyſicarum collegit. Non omnia fida eſſe, facile dedero: neque credo viro, ſanguinem vulpis in veſicam injectum calculum ſolvere: neque ſympathiam ſanguinis & vitrioli calcinati. Melior eſt ſcriptio ad gangrænam ex ariſtolochia in vino cum ſaccharo temperato. Plurima hippiatrica. Bryonia ad hydropem, in vino infuſa. Pueris macilentis vermis ex recto inteſtino erepſit. Radicis cardui aſinini cortex ad ambuſta. Balſamum ad vulnus ulceroſum, hoc unguentum ipſe expertus eſt, cum alias pleraque aliena fide recenſeret. Sideritis ad pleuritidem. Ad arenulas cancri vivi contriti. Varia, quæ in conſeſſu ſocietatis Regiæ Britannicæ audiverat. Pice liquida in dorſum illita buſo occiſus. Bardanæ laudes ad pleuritidem. Scriptio pulveris comitiſſæ (*Kent*). In T. III. integrum volumen ſcriptionum ſ. formularum.

JEAN THOMAS RIOLLET *remarques curieuſes ſur la theriaque, avec un traité ſur l'orvietan* Bordeaux 1665. 8. RIV.

BELL'S *remembrancer of chriſtenings and mortality containing the weekely bills during the plague* 1665. 4. OSB.

London's dreadfull viſitation, or a collection of all the bills of mortality for the year 1665.

Certain neceſſary directions as well for the cure of the plague, as for preventing the infection by the colledge of phyſicians Oxford. 1665. 4. MEAD.

GUALTHER NEEDHAMS *medela medicinæ a plea for the free profeſſion and a renovation of the art of phyſik* Lond. 1665. 8.

GUIL.

GUIL. DRAGE's (DRAGEUS) *pyretologie* Lond. 1665. 12. De febribus intermittentibus, neſcio an nomen latinum ſit.

W. G. *A true gentlewomans deligth wherein is contained all manner of cooking* Lond. 1665. 8.

NIC. MATTH. SIEGFRIED *wahrhaftige Beſchreibung des balſami vitæ ſ. ſulphuris oder Schwefelbalſams* Schleuſingen 1665. 4. TR. 1676. 4.

ROBERT HOOKE mathematicus, mechanicus, a ſocietate Britannica annona ſublevatus, ut experimenta in conſeſſu faceret, vir meditabundus & melancholicus. EJ. ſunt *Philoſophical experiments and obſervations*, quæ poſt mortem viri prodierunt edente GUILIELMO DERHAM Lond. 1726. 8. *, Mortes boum & ovium a gramine in aſperam arteriam recepto vidit. Colica a fumis plumbeis in comitatu. Derbyshire endemia, etiam animalibus infeſta. Vir periodice aphonus. Alvi, hinc & lotii, ſuppreſſio, extracto de ano lapide ſublata. Agnus in omento matris repertus. Orvietani vera ſcriptio. Vis narcotica cannabis Bangue. Puer ex ſumpto pulvere cynæ vomuit animalcula numeroſa, millepedum ſimilia.

ANDR. MACKII *Unterricht wie die ungariſche Krankheit zu erkennen* Rudolſtatt 1665. 4. TR.

Officina pharmaceutica Quedlinburgica, Verzeichnis aller Materialien ſo in den Apotheken zu Quedlinburg zu bekommen Quedlinb. 1665. 4. 1701. 4. TR.

Der Stadt Bremen erneuerte Apothekenordnung ſamt beygefügter ſpecification der medicamenten und deren præparation Brem. 1665. 4. RIV.

Hausmittel für ſchwangere und gebährende Frauen Ingolſtatt 1665. 8. HEIST.

GEORG KRESLIN *neuvermehrtes und verbeſſertes Aderlaßbüchlein* Nürnberg 1665. 8.

J. ANDR. CAMMERER *Bericht wie ſich ſchwangere Weiber zu verhalten haben, oder aſtronomiſcher Grund von aderlaſſen, ſchröpfen und baden* ib. 1665. 8.

§. DCCXXX. MICHAEL ETTMULLER.

Lipſienſis Profeſſor, ex chemica HELMONTIANA & SYLVIANA ſchola, acidorum hoſtis, patronus abſorbentium, ante diem vitæ finem fecit, non ſupra 39 annos natus, & ſuo tamen tempore inter celeberrimos medicos habitus eſt.

Ipſe pauca ſcripſit, varia vero eo vivo ab aliis edita ſunt, plurima poſt mortem viri.

Diſputavit a. 1663. 4. *. *de ſingularibus*, ſed auctorem puto eſſe G. WELSCHIUM, qui idem præſes fuit.

Inauguralis diſputatio ipſo auctore prodiit Lipſ. 1665. præſide M. F. Friese cum tit. *coralliorum tincturæ examen.* Chemiæ inter artes medicæ partes noſter plurimum ſe dedit. Num genuina detur tinctura quærit, num mera corroſio, aut pulvis coralliorum in liquore ſuſpenſus. Veram tincturam non exſtare, ſolutiones vero aliquas non inutiles. Laudat, quæ fit coralliis in ſucco citri ſolutis ſuperfuſo, ſpiritu ſaſſafras: aut ſpiritu coralliorum ſuper coralliis repetito digeſto.

Ej. *de morſu viperæ* Pr. S. R. Sulzberger Lipſ. 1666. 4. *. 1679. 4. *. 1685. 4. *. Pene cum Charasio adfirmat, mortuam viperam non nocere, totam eſſe alexiteriam, neque vivam, niſi irritatam mordere. Deinde ſigna morſus & curationem dat, quæ obtinetur vinculo injecto, uſtione, aliis modis.

Ej. *de chirurgia infuſoria* Lipſ 1668. 4*. De nobili Luſato, cujus venator infuſo in venam vini ſpiritu canem inebriaverit. Ipſe auctor ſpiritum ſulfuris injecit, inde canis periit, ſanguine non coacto (cani enim etiam ſaniſſimo viſcidus eſt ſanguis). Oleum tartari ſanguinem diſſolvit, necem perinde intulit; ſic a mercurio ſublimato, in aqua ſoluto & injecto, animal periit, eliquato ſanguine.

Ej. *medicina Hippocratico chymica* Lipſ. 1673. 4. *. 1679. 4. 1684. 4. *. Leid. 1671. 12. *. nempe auctoris, qui chemicis principiis adoptatis, veterum laudes vel honoris cauſa cum laudibus chemicorum conjungebat. Vera enim Hippocratis ſtudia, & accuratam morborum adnotationem, noſter non urſit.

Ej. *de dolore hypochondriaco vulgo, ſed falſo putato ſplenetico* Lipſ. 167 . 4. *. Recte lienem abſolvit. Vidit in hoc malo colon ſumme diſtentum, gyrum ejuſdem inteſtini ſiniſtrum arctiſſime contractum. Auctor dicitur, qui reſpondit, Emanuel Blum.

Ej. *valetudinarium infantile* Lipſ. 1675. 4. *. Crinonum icon microſcopio aucta, adeo difformis animalculi, ut vix adgnoſcas animal eſſe.

Ej. auctore reſpondente Adam Sigism. Scholz *cerebrum orcæ vulgare ſuppoſititium ſpermatis ceti larva develatum* Lipſ. 1671. 4. *. Valde laudat ſperma ceti ut venereum, anodynum, antihyſtericum, ad tormina utile, ad catarrhum ſuffocativum, & aſthma, hic potiſſimum manifeſto nociturum.

Ej. *de medicis balneis artificialibus* Lipſ. 1672. 4. *.

Ej. *de malo hypochondriaco auctore* & Reſp. I. Christophoro Tropanegger Lipſ. 1676. 4. *. 1684 4. *. In ventriculo malum reſidere.

Ej. & A. Reſp. Godofredi Weinlig *de epilepſia* Lipſ. 1676. 4. *.

Ej. & A. Reſp. Maximiliani Preuss *parva magnorum morborum initia* ib. 1676. 4. *. Experimentum Ettmulleri, Pomum colocynthidis a ſale tartari omni

omni vi purgante exui, neque pondere minui. Mercurium vitæ a ſpiritu vini cicurari, ut deorſum alvum cieat. Una guttula olei aniſi 30 libras aquæ odore imbui &c.

Ej. & auctor. Reſp. J. Frid. Ittig *diſp. de temulentia* Lipſ. 1678. 4. *.

Ej. *vis opii diaphoretica* Lipſ. 1679. 4. *. Jen. 1682. 4. *. 1696. 4. Gunz. Venet. 1727. 4. Melioris notæ & veriſſima diſp. Certum enim eſt, ab opii uſu pulſum augeri, perſpirationem cum caloris ſenſu cieri, relaxatis una poris; hinc in calculo utile eſſe: ab ejus uſu lotium ſalibus cryſtallinis plenum reddi, quod cum doloribus pallidum ſit & tenue. Phthiſicis conſummatis convenire. Nonnunquam, (& veriſſime) opium vomitum moviſſe.

Ej. *de præcipitantium vero uſu feroque abuſu* ib. 1681. 4. *. reſpondente J. Guilielmo Pauli, poſtea profeſſore Lipſienſi. Nempe de abſorbentibus, omni laude dignis ſecundum auctorum, cum plerorumque morborum acor cauſa ſit & fomes. Fixa tamen abſorbentia non ultra primas vias operari. Ventriculo moleſta eſſe. Acorem morboſum nimis figere, nocere coctioni ciborum, recidivas facere.

Ej. & Reſp. Georgii Melchioris Wiedemann *de corpulentia nimia* ib. 1681. 4. *.

Ej. *idea præſcribendarum formularum* ib. 1682. 4.*. Integer tractatus: in elegantia formularum noſter cum Wedelio excelluit.

Ej. *oratio ad inaugurationem cathedræ botanicæ* ib. 1682. 4. *. Ut ars aſperiora medicamenta mitiget. Sulfur antimonii in ſomniferum, & mite, medicamentum reformari. Salem tartari vetegabilium omnium vim frangere.

Ej. *de ſingularibus* R. filio M. Ernesto Lipſ. 1683. 4. *. nempe medicamentis alicui medico propriis, unique morbo ſubigendo deſtinatis. Diſplicere, quod a rationali medicina abducant. Male ab inventoribus occultari.

Quæ ſequuntur *poſthuma* omnia, eorumque pluſcula ſubleſtæ fidei ſunt.

Primum continuo a morte viri J. Christophorus Aussfeld M. D. Hamburgenſis, Leidæ, ſuo ſumtu a. 1684. 4. *, edidit *Chemiam rationalem ac experimentalem curioſam*, & multa alia, præter prælectiones Cl. viri ſe editurum promiſit. Eam chemiam publico programmate ſuppoſititiam eſſe Ettmulleri vidua & filii monuerunt. De ea tamen hoc loco dico, quod ipſe filius fateatur, videri prælectiones eſſe chemicas, a Parente ſtatim ab adito munere publico dictatas. Cæterum veri nominis chemia eſt, in qua multa ſunt, quæ ad artem medicam faciunt, ut caput de correctione medicamentorum acrium. Purgantia draſtica ex regno vetegabili ſumta, per acorem mineralem fere corrigi. Elaterium tamen melius fermentatione cicuratur. Colocynthis temperatior, ſic opium. De præparatione medicamentorum. Non ſimplicia conſideranda, ſed integræ compoſitionis vires

vires. Cæterum ETTMULLERUS filius hanc chemiam in ſua editione omiſit, tum GEORGIUS FRANKE in editione Francof., 1688. fol. *.

Succeſſit, eodem ut puto AUSSFELDIO curante, *medicus theoria & praxi inſtructus, i. e. fundamenta medicinæ vera* F. Lipſ. ſ. potius Dreſd. 1685. 4. *. Lion 1685. 4. Pathologia, hygieine & therapeutice huc faciunt. Prælectiones ſunt, cum additis notis. Theoria fermentorum, acidi morboſi, neceſſariorum in morbis acutis volatilium medicamentorum & calidorum, hic redit. Citatorum locorum paginas editor addiderat. Experimenta nonnulla in urina facta. Eam ab adjecto oleo tartari magnum ſedimentum ponere (ſed & aqua fontana ab oleo tartari album pollinem dejicit). Iidem lixivioſi ſales urinam turbidam limpiditati reſtitudunt, ſanæque reddunt ſimilem. Cum ſpiritu nitri ſales cryſtalliſati parietibus matulæ adhæreſcunt, & urina magis turbatur; ut adeo alcali lotium naturali ſimile reddat, acor morboſo, adeoque concrementa producat. Multa vero ſunt & peculiaria experimenta. Sudorem in acutis valde commendat. Epilepticus idemque venerea lue infectus, hydrargyro ab utroque malo liberatus eſt. Hic libellus cum utilia contineat, tamen pro ſuppoſititio habitus, & in *operum* collectionibus omiſſus eſt.

Sed etiam Londini 1683. 4. Lugd. 1685. 4. 1686. 4. 1690. fol. curante PETRO CHAUVIN, Leid. 1685. 4. *. prodierunt *Opera omnia theoretico practica, morborum omnium dilucida deſcriptio & curatio per ſelectiſſima. Acc. Chirurgia medica, methodus conſultatoria, tum tractatus aliqui particulares.*

De Leidenſi & Lugdunenſi editione ACTA ERUDITORUM conqueruntur (*a*).

Iterum Lugduni *opera pharmaceutica*; SCHROEDERUS *dilucidatus*; *Comm. in* D. LUDOVICI *l. de pharmacia moderno ſeculo applicanda*; *Pyrotechnia rationalis*, *ſ. Collegium chymicum experimentale* Lion 1686. Perinde *prælectiones* extemporaneæ, adeo neque elaboratæ ſcholæ.

Alium codicem nactus bibliopolas edidit *Opera omnia* curante GEORGIO FRANCO Francof. 1688. fol. *. Eo volumine continentur, 1. *Inſtitutiones medicæ.* Pathologia, ut in l. jam citato, ſemeiotice breviſſima, therapeutice.

2. Porro EJ. *adnotationes practicæ ad Inſtitutiones medicas ex prælectionibus* anni 1670. Pleraque in formulis verſantur. Malignitatem, & contra eam calida alexipharmaca hic & alibi noſter confirmat.

3. *Collegium practicum de morbis humani corporis*, perinde ex prælectionibus deſcriptum, tamen ut citationes etiam adjectæ ſint. Inter purgantia præfert antimonialia, eaque infuſa, & jubet ad liquoris pondus magis adtendere, quam ad pulverem. Prælectionem ſublitaneam excuſes, quando Cacao cum *Cocoſnüſſe* confundit. Verum, ne per ſingula eundo in inmenſum labor creſcat, de ſolis dicemus variolis.

Mira

(a) 1685. n. 7.

Mira hiſtoriola J. MICHAELIS, variolarum in uno latere, morbillorum in altero, tum variolarum, quæ eodem tempore diſſitis locis habitantes fratres invaſerint, occiderint. Curatio ſuſcipienda per bezoardica & alexipharmaca. Febrem modo ſimpliciter malignam eſſe, modo cum ardente maligna complicatam. Petechias tamen ſudoriferis non urgendas. Alvum non laxandam, ne clyſtere quidem, cujus effectus funeſtus eſſe poſſit. Hoc peſſimo J. MICHAELIS præcepto ipſe me puerum pene jugulatum fuiſſe memini, cum medicus alvum 14 diebus clauſam immotus contemplaretur. Vomitum in principio mali in malignis ſæpe jure cieri. Venæ ſectioni nullum locum eſſe. Cum ſanguis tamen a ſale volatili in morbis malignis diſſolutus ſit, acida oportere cum alexipharmacis conjungere. Opium in malignis ſalutare eſſe, non ita theriacam. In variolis motus nimius potius conpeſcendus eſt, & putredini reſiſtendum. Inter ſudorifera eminere camphoram, deinde ex cervo deſumta medicamenta, & ex vipera, tum calculum humanum bezoari vi ſua æqualem, ſulfur antimonii fixum, bolum, terram ſigillatam (mirum cum acidis conſortium, quæ, & quidem mineralia, pariter laudat); ſudorem etiam pane calente ciet umbilico impoſito. In principio præcipitantia (abſorbentia) conferre, in progreſſu ſudorifera. Morbillorum eruptionem promtam, urget liquore cornu cervi ſuccinato cum aqua florum ſambuci propinato. Hæmorrhagiam narium bufone adpenſo compeſcit. Retrocedentibus variolis veſicatoria potentiſſime mederi. Puſtulis lardum imponit, peſſimo iterum conſilio. Salivationem ſymptoma eſſe. Proxima variolis febris purpurata *der Frieſel*, cujus cauſa ſit malignus & ſui generis acor.

EJ. *chirurgia medica.* Pariter fere in formulis eſt, atque in medicamentis internis. In contuſione non exſpectandam maturationem, & prius ſedem mali incidendam, ne in gangrænam abeat. Parotidum maturatio cepis adjuvanda. Carbunculo in medio apice illiniendum antimonii butyrum, aut emplaſtrum arſenicale A. SALÆ. Oedemati cataplaſma ex caprillo ſtercore inponendum: Strumis emollientia, ut ſuppurentur. (Nunquam ſtruma ad ſuppurationem duci debet), habet tamen & ſpongias. Scirrho radix bryoniæ cum caprillo ſtercore.

4. *Collegium conſultatorium.* Caſus ut videtur varii, ut quiſque auctori curandi obtigerit, ad quemque conſilia & formulæ. Catarrhus a. 1675. per Germaniam epidemicus; etiam cum dolore punctorio pectoris conjunctus. Laudano & papaveraceis hic uſus eſt. In dyſenteria iterum acorem accuſat, & terras abſorbentes opponit, opio in progreſſu mali abſtinet (non bene). Caſus ſunt 38.

5. SCHROEDERUS *dilucidatus.* Hic iterum deſideres, ut abeſſent vires imaginariæ temere ubique plantis tributæ, quæ nihil ejuſmodi vere poſſint præſtare. Plantarum ad veneficia catalogus, nullo iterum fundamento nixus. Mireris de arnica ſcribentem dicere, plantam eſſe exoticam, de ea ſe nihil legiſſe, quæ tamen multo prius Germanis nota fuerat. Quis ferat hydropem, bellidis uſu curatum? Suturarum a cephalæa diſceſſionem MICHAELEM emplaſtro de ranis cum emplaſtro de betonica miſto curaſſe. Biſtortam ſanguinem effuſum diſſolvere, acerbam plantam; Dentiſcalpia ex buxo facta vi narcotica dentium dolores ſopire. Secundarum

rum humanarum mira efficacia. Argentum capiti reſpondet, ejus malis & epilepſiæ medetur.

6. *Commentarius in* SCHROEDERUM *&* MORELLUM, *inque eorum methodum præſcribendi formulas & præparationem medicamentarum compoſitorum.* Artificis opus.

7. *Commentarius in* D. LUDOVICI *pharmaciam moderno ſeculo accommodatam.* Iterum artificis opus. Sirupos ob naturam ad fermentationem pronam in morbis acutis non convenire. Cohobationem, quæ fit ſpiritu proprio ſuper ſiccam plantam adfuſo, nullius eſſe uſus. Materiam perlatam CRUGERI ex lapide violaceo parari (Granite obducto byſſo rubro iridem redolente). In aloe vim purgantem a parte gummea eſſe, tormina & hæmorrhoidum excitationem a reſina. Scammonium veterum noſtro multo mitius fuiſſe. Colocynthidis grana aliquot cum ſale tartari blande alvum expurgaſſe. Succo elaterii recente ad cochlear dato auctor hydropicum valide purgavit. Fermentatione ſe ex elaterio potum vinoſum obtinuiſſe, cujus ſpiſſatum extractum blande alvum duxerit. Ad aſthma iridis ſuccus proficuus eſt. Caſu datus albus helleborus pro nigro, cum periculo vomitum & alvum civit. Angelicam Helvetiorum Germanica præſtare, nimis civiliter, cum in Helvetia Angelica vera rariſſime creſcat, & fere ex ultimo ſeptentrione acceiſi debeat. Hoc cæterum opus in univerſum ex melioribus eſt.

Pyrotechnia rationalis. Collegium, quod in locum chymiæ primo loco dictæ ſucceſſit. De tribus principiis chemicis. De acido ventriculi nihil inquit ſe dicere, cum a nemine non admittatur. Recte, omnem animalem adipem acorem continere. Salem ammoniacum ſingulare eſſe ſtomachicum adverſus απεψιαν remedium, ſummum etiam febrifugum poſt vomitum datum, potentius futurum, ſi cum cancrorum oculis conjunxeris. Salem marinum recte ſali fontano præfert; ſalem heterogeneum nitro admiſtum ejus eſſe vitium, quod ſal fuerit omnino marinus. Ab alcali fixo nitrum optime depurari. Spiritum nitri in febribus malignis aliis acidis ſpiritibus mineralibus præſtare. Ætheris, aut certe liquoris anodyni veſtigia in ſale volatili, quem noſter leniſſimo igne de ſpiritu vini conjuncto ignis vi elicit. Camphora in ſpiritu nitri ſoluta potens adverſus maniam medicamentum eſt. Recte, plerumque in vitriolo ferrum cum cupro miſtum ſubeſſe. Omnino vitriolum calcinatum aëri expoſitum novum dat ſpiritum acidum. In antimonio multum latere hydrargyrum metallicum, qui de natura ſaturni participet. De hydrargyro fuſe: Mercurium vitæ cum mercurio dulci tritum abire in catharticum innocuum. Stannum ſulfure abundare, & cum nitro in igne agitatum inflammari.

Poſt octo annos ſucceſſit editio J. CASPARI WESTPHAL Francf. 1696. fol., quam editor per decem annos integros ETTMULLERI auditor duplo auctiorem vocat. Sed MICHAEL ERNESTUS auctoris filius parum ei acceſſiſſe monet, & parum in eo quod acceſſit boni eſſe, ſynopſin enim inſtitutionum fruſtra adjici,

cum

cum inſtitutiones ipſæ proſtent. Confuſum de præſcribendis formulis tractatum diſſertatione authentica deteriorem eſſe.

Alia editio operum omnium Lugduni (Lion) dicitur a. 1690 prodiiſſe.

Alia Londini 1701. 8.

Alia Amſtelod. 1702. hæc minus plena FRANCIANA.

Demum ſucceſſit Francof. 1708. fol. 3 vol. * editio, quam MICHAEL ERNESTUS MICHAELIS filius curavit, jam a. 1703. adornatam. Hanc ex chartis paternis plurimum auxit, & ex *prælectionibus.* Acceſſit vero præter FRANCIANAM editionem, *diſcurſus phyſicus de principiis rerum naturalium*, breve opuſculum, in quo chemia ſaliumque hiſtoria cum morborum origine connectitur.

Tentamina uromantica. Hic experimenta redunt, quæ diximus, facta a. 1676. in urina humana, cui varios ſales admiſcuit, ſed ornatius hic repetuntur pleniuſque, omnino centum quinquaginta, deinde in P. II. corollaria ſubjecta ſunt. Lotii colores ab acido eſſe, aut a concentratione contentorum. Deinde urinas per morbos perſequitur. In febribus acorem mali cauſam eſſe, eoque ſuperato febrem ſuperari. Coctionem poni in acoris converſione in ſalem neutrum, quæ per effervescentiam fiat.

Inde *Collegium chemicum* ſatis fuſum anni 1671. omitto hactenus, etſi cum medicina utique connectitur.

Tentamina chymica. Experimenta nempe auctoris propria. Proceſſus chemici. Eventus præcipitationis per ſpiritum urinæ factum, ejus ſpiritus ad acores chemicos habitus, deinde cum ſolutione plumbi. Cum eodem conjunctorum ſuccorum vegetabilium phænomena, ſingularium etiam plantarum deſtillationes, ſpiritus fætidus hyoſcyami, qui debiliter fermentat, & tamen fætorem deponit. Experimenta cum magneſia facta. Fermentatio vinoſa. Sanguinis phænomena cum admiſtis ſalibus chemicis & acore marino, ſic cum ovo, cum bile, liquore &c.

Diſputatio de fermentationis & putredinis convenientia, cui annus non additur, quo propoſita fuerit. Duas has mutationes ſibi opponi, illam in acorem tendere, hanc in alcali.

Tomum II. ſolum efficit *collegium practicum*, non modicum volumen. Morbos a capite ad calcem hic auctor perſequitur, unicum vero ego caput excerpam, *de febribus malignis.* Ita dici, quæ ſubito vires proſternant, & quarum magna ſint ſymptomata. Sudorem ſubdulce quid & fatuum olere, quale quid cadavera ſub initio putredinis ſpirant. Se in arthritide vaga ſudorem acidum percepiſſe. Deglutitionem difficilem frequens & lethiferum ſymptoma eſſe. Cauſam contagioſorum morborum eſſe in maligno fermento multiplicabili, quod ſe adſociet mumiæ humanæ ſpirituali, vitali. Naturam ei eſſe acidam volatilem,

& ſuperari iis, quæ acori reſiſtunt. Et ſanguinem adficere, & ſpiritus, hos deſtruere. Ad curationem requiri expulſionem fermenti per eruptiones cutaneas, humorum reſtitutionem in naturalem temperiem, per balſamum, ſulfur, alexipharmaca, theriacam: ſed in principio mali vomitum cieri debere. Opium utramque replere paginam. Veſicatoria utilia eſſe. Inde formulæ, ſudoriferorum potiſſimum. In petechiali febre peculiariter malum placidum videri, etiam tunc quando proxime nunc lethum inferet. Omnibus rite factis ægros non difficulter convaleſcere, per vomitoria, ſudorifera, abſorbentia, theriacalia, veſicatoria. Purpuram *Frieſel* oriri a ſale volatili, acore ſui generis maligno ſaturato. Curatio eadem. Scorbutum cum malo hypochondriaco confundere objicit Cl. LIND.

In T. III. *Collegium medico chirurgicum* ei ſubſtitutum, quod olim prodierat *chirurgiæ medicæ* nomine. Mumiæ & magneticæ curationi fidem præſtat.

De chirurgia transfuſoria diſputatio, non alias ni fallor, excuſa. Collectio experimentorum paſſim factorum. Totam cæterum curationem improbat, de ejus incommodis monet, ad juventutem reparandam fruſtraneam eſſe confirmat, vitia ſanguinis rarius curare vult, prodeſſe tamen melancholicis forte, & iis qui cum periculo hæmorrhagiis obnoxii ſunt, pleriſque in morbis nihil poſſe, quos recenſet.

Collegium medicò practicum. Amplum opus. Ægroti ſunt 318, quorum morbos noſter breviter deſcribit, & ſua conſilia ſubjungit. In exemplo, Pleuritis eſt ab acore; ejus caſus pene deſperatus, ægra tamen ſervata per alcalia volatilia, abſorbentia, laudanum, ſudore ſuborto, abſque venæ ſectione. Hepatis inflammatio iterum ab acido viſcido fit, pulſus ei undoſus eſt, curatio obtinetur per cremorem tartari, antiſcorbutica, epithemata. Hæmoptyſes ab ulcere tibiæ clauſo. Fonticulus tunc aperiendus, pulmo hedera terreſtri & chærefolio conſolidandus.

EJ. *caſus & obſervationes* 313 multo breviores. Tuſſis humida pectoralis. Noſter oxymelle ſquillitico uſus eſt, papavere, opio. A verberibus in femina epilepſia, ſanguis per alvum: clyſteres dati, & ſpiritus ſalis ammoniaci, bono eventu. Phthiſi oppoſitum ſperma ceti, & oxymel ſquilliticum, fruſtra, ut exſpectares.

Vitam dedit filius cum hac editione, & dederat JOACHIMUS FELLER Lipſ. 1681. f. B. BUN.

Curante NICOLAO CYRILLO Napoli 1728. fol. opera ETTMULLERI recuſa ſunt.

Hic *animadverſiones* acceſſerunt, de quibus M. ERNESTUS ETTMULLER in *Actis Erud.* conqueſtus eſt, ſed reſpondit in *Bibl. Italica* T. XVIII. CYRILLUS, tum in proprio libello, quem dicemus.

Porro

Porro *Opera omnia* MANGETUS & CYRILLUS Genev. 1736. fol. 4 vol. recuſa dederant. Plena repetitis & inutilibus eſſe filius queritur, & *Inſtitutiones* per theſes cum adnotationibus practicis omiſit, quod in amplioribus *Inſtitutionibus* redeant.

Compendium operum prodiit Lond. 1702. 8. Amſtel. 1702. 8. 2 vol. & Lion vel Baſil. 1705. 8. *. abſque nomine viri Germanice *kurzer Begrif der ganzen Arzneykunſt* Baſil. 1738. 8. 2 vol. Leipz. 1717. 4. 1735. 4. cum SYDENHAMIO Anglice Lond. 1699. 8. 1703. 8. 1712. 8.

Seorſim prodierunt ex operibus Cl. viri, ut videtur, decerpta capita *Tractat von Flekfiebern auch andern hizigen und zufälligen Krankheiten in einem conſilio medico gezeiget* Freyburg 1726. 8. TR.

EJ. *practice of phyſik* aliquod fuerit ex operibus jam recenſis, quæ prodiit Lond. 1690. 8. Fuerit idem cum Gallico libro *Pratique de médecine ſpeciale ſur les maladies, avec des diſſ. de l'auteur ſur l'épilepſie, l'ivreſſe, le mal hypochondriaque, la douleur hypochondriaque, la corpulance & la morſure de la vipere* Lion 1691. 12.

Libelli CYRILLI quos citavi ſunt, 1. *In ea quæ in Actis Lipſienſibus* 1731. *M. Maj. de Neapolitana operum* ETTMULLERI editione carpſerat. Reſponderat M. E. ETTMULLER filius. CYRILLUS iterum reſpondet, non ille molliter.

Pro N. CYRILLO pugnatur in l. inſcripto *vindiciæ adverſus Lipſienſium reſponſiones*, perinde 4. *. ACTORUM ERUDITORUM auctores pro ETTMULLERO reſponderanr, noſter ſe tuetur. Verum tota lis non eſt tanti.

§. DCCXXXI. DISPUTATIONES.

J. BERGER *de lue venerea* Leid. 1665. 4. PL.

J. *de* LOUVAIN *de palpitatione cordis* Leid. 1666. 4. MOELL.

GIBERT RULE *de rachitide* Leid. 1665. 4. *.

WILHELM *de* VRIES *de peripneumonia* Leid. 1665. 4. *.

DANIEL WESTELIER *de ſcorbuto* Leid. 1665. 4. *.

CORNEL. *v.* DYCK *de ſuffocatione hypochondriaca* Leid. 1665. 4. *.

HUBERT HOEN *de ſyncope* Leid. 1665. 4. HE.

CHRISTIAN POLITIUS *de catarrho* Groning. 1665. 4.

SEPTIMIUS ANDREAS FABRICIUS *de catulis hydrophoborum* Patav. 1665. 4. *. Imaginarios eſſe.

Ej. *μελετημα ιητρικον medicinæ univerſalis* Venet. 1666. 4.*. ejusmodi adverſus medicamenta. Adjecta eſt hiſtoria duorum ſerpentum, qui a purgante medicamento ſumto de pueri alvo prodierunt.

Ej. *diſcurſus medicus de termino vitæ humanæ* Rom. 1666. 4. Tr.

Marci Koch *de melancholia hypochondriaca* Argent. 1665. 4. Pl.

J. Mithob *de paſſione colica* Argent. 1665. 4. Moell.

J. Philip Gieswein *de febre maligna* Gieſſ. 1665. 4. *.

Ej. *de ſuffocatione uterina* ib. 1665. 4. *.

Ej. *Hodegus medicus ſ. ſyſtema univerſæ materiæ medicæ Galenico chymicum* Francf. 1676. 8.

J. Wilh. Mogen *de miſerere mei ſ. Ileo dicto* Gieſſ. 1665. 4. Mellin.

J. W. Hechler *de noctambulis* Gieſſ. 1665. 4. Pl.

Christoph Faseltus *de ſtillicidio ſanguinis ex interemti hominis cadavere præſente occiſore* Witteb. 1665. 4. Vat.

Ej. *de natura ſenii* 1671. 4. He.

Christ Hundeshagen *de imaginatione ejuſque viribus* Jen. 1665. 4.

Ej. *de ſtillicidio ſanguinis in hominis violenter occiſi cadavere conſpicuo, an ſit ſufficiens præſentis homicidæ indicium?* Jen. 1679. 4. & in Valentini *novellis*.

J. David Ulstaett *de mola* Altdorſ. 1665. 4. Pl.

J. Geuder *oratio de Democrito Abderita cognominato ab injuria vindicato* Altdorf. 1665. 4. Pl.

Henrici Stæhelin *aſſertiones medicæ de catarrho* Baſil. 1665. 4.

Ej. *poſitiones de lactis defectu* ib. 1669. 4. Leu.

Ægidius Dexbach *de adfectu hypochondriaco* Baſil. 1665. 4.

Phil. Jac. Waldschmidt *de pica* Baſil. 1665. 4. *.

J. Amman *de inflammatione lateris ſ. pleuritide* Baſil. 1665. 4. Scheuchz.

Ej. puto, J. Ammani *gründlicher Bericht von der Peſt* Schaffhauſen 1677. 8.*. Collectanea, non diſſimulante auctore. Poſt difficilem annonam anni 1629. peſtem in urbe patria ſecutam eſſe. Prognoſtica: noſter multum lunæ tribuit. Contra amuleta. Venæ ſectionem & purgationem rejicit. Gelatinas pro alimento commendat. In ſudoriferis totus eſt. Bubonis in vicinia veſicatorium emplaſtrum imponit, tamen ut bubonem adtingat. De petechiis ſilet, quæ certiſſime funeſtæ ſint, neque ulli auxilio cedant.

Nic.

NIC. GROJEAN *de incubo* Baſil. 1665. 4. *. præſide J. R. BURCKART.

GEORG HORST *de ſiriaſi* Baſil. 1665. 4. *.

JACOB ROTH *Theſes inaugurales medicæ* Baſil. 1665. 4. *.

GUID. CRESC. FAGON olim archiatorum coſſmes *E. ſudor cruentus, naturæ vi* R. PET. LOMBARD Pariſ. 1665.

DIONYS. JONQUET & RAYM. FINOT *Non E. ſemper & certum impedimentum generationis, amoris vinculum* ib. 1665.

ANT. *le* MOINE & ROB. RAOULT *E. ſtatim a menſtruorum effluvio concepti firmioris valetudinis* ib. 1665.

TUSS. FONTAINE & MATTH. THUILLIER *E. μονοσιτια mentem & ſenſum acuit* ib. 1665.

FRANC. PAJOT & ROB. RAOULT *E. graciles obeſis vivaciores* ib. 1665.

FLOR. LANGLOIS & CAR. *le* LONG *Non E. unquam ſalubris ebrietas* Pariſ. 1665.

CH. *le* VASSEUR & LUD. MORIN *Non E. annus qui fructuum, idem & morborum ferax* ib. 1665.

HIPPOL. *du* VAL & RAYM FINOT *E. vindicat ab abortu venæ ſectio* ib. 1665.

CAR. MARTEAU & CAR. *le* LONG *E. omni apoplexiæ jugularium ſectio* Pariſ. 1665.

MICH. MARES & PET. LOMBARD *E. mulieri utero gerenti επιχρασις* ib. 1665.

MART. AKAKIA & MATTH. THUILLIER *E. incunte febre continua ſævo dolore ventris opii uſus phlebotomiæ non præferendus* ib. 1665.

DCCXXXII. PHILOSOPHICÆ TRANSACTIONES.

A multis annis, dum bellum civile fæviebat, Oxonii docti viri, auctore potiſſimum JOHANNE WILKINS, conveniebant. Iidem a. 1648. (*a*) Londinum migrarunt, & ſuos conventus iterarunt, & experimenta fecerunt, aut noviter inventa imitati ſunt, inque acta ſua faſtoſque retulerunt. Ad eos mature acceſſit ROBERTUS BOYLE & alii Cl. viri. Inde, cum CAROLUS II ad avita regna revocatus fuiſſet, idem anno 1662. & 1663, privilegiis neceſſariis ſocietatem ornavit, juſſitque regiam dici, ipſe non expers naturalis philoſophiæ, ſtatuta etiam legeſque eo tempore nova ſocietas ſibi ſcripſit. Præter conventus ſolitos, ceperunt iidem 6 die Martis a. 1665, qui Anglis eo ævo audiebat 1664, edere *Philoſophical Tranſactions giving ſome account of the preſent undertakings, ſtudies and labours*

(a) Ita SPRAT. BIRCH. n. 1645.

labours in many conſiderable parts of the world: nam I. volumen annis 1665 & 1666. reſpondebat. Ejus operis ſcopus eo tempore fuit, non ſolos labores edere, ſed recenſere, quæ ubicunque aut noviter inventa eſſent, & experimento confirmata, aut publicis etiam typis excuſa. Collector, & hactenus auctor, erat HENRICUS OLDENBURG Bremenſis, cujus vitam dedit THOMAS BIRCH (*a*). Etſi princeps ſcopus virorum hiſtoria naturalis fuit, medicinam tamen non neglexerunt.

Ita n. 3. retulerunt de vi pulegii ſylveſtris Virginiani ad occidendos ſerpentes caudiſonos efficace.

IDEM HENRICUS OLDENBURG ann. III. obſ. 126. de oſſibus & inter ea 30 vertebris, carioſis fere: de abſceſſu umbilici in viro excretis, ex DENISII relatione.

In I. cæterum volumine Tranſactionum ROBERTUS MORAY de morte ſubita ſeptem foſſorum, qui in fodinis carbonariis in veterem cuniculum venenato aére plenum deſcenderant; ii omnes ſubito tamquam fulmine percuſſi perierunt.

IDEM n. 5. retulit de morbo D. BELCARRAS, cujus corpus inciſum vidit, ut pericardii aqua nulla eſſet, calculi inter utrumque ventriculum duo, corpus emaciatum.

N. 6. LOWERUS & TIMOTHEUS CLARKE de gramine non infrequenter in aſpera arteria ovium boumque reperto.

N. 7. CHRISTOPHORUS WREN Aſtronomus & Architectus, circa a. 1660. propoſuerat infuſionem medicamenti in venam animalis. Curavit experimentum R. BOYLE. Opium canem ſtupidum reddidit, crocus metallorum vomitum funeſtum civit. Ab eo tempore experimentum ſæpe iteratum fuit a variis, potiſſimum a TIMOTHEO CLARKE. Inventum tamen debetur CHRISTOPHORO WREN.

N. 12. J. BEALE de curatione tumorum cyſticorum (*wen*) quæ obſtinetur fricando tumorem manu mortui corporis, a qua admota ægrotus frigoris ſenſum ad cor tendentis percipiat. Alia non probabilia.

N. 22. NATHANAEL FAIRFAX monet, araneas abſque noxa deglutiri. A ſucco venenato bufonis labium mire intumuiſſe, neque unquam naturalem modum recuperaſſe.

CAROLO II. imperante & hactenus ſocietati favente, ſatis feliciter Nova Societas ſe ſuſtinuit: nummi tamen extortu difficiles fuerunt, cum paulatim, qui libere ad ſumtus publicos contribuerant, ſuam liberalitatem interrumperent. Multum enim edendis novis libris, inſtrumentis emendis, experimentis adjuvandis impendebant. Lites etiam inter HOOKIUM & OLDENBURGIUM Societati moleſtæ

(a) *hiſtor of the R. ſoc.* III. p. 354.

moleſtæ fuerunt, ut de HENRICI STUBBS iniquiori judicio ſileam. Ita demum eo res rediit, ut ab a. 1688. ad 1690. Acta Societatis edi ceſſarent. Eorum loco ſolus ROBERTUS HOOKE ab anno 1679. edere cepit *Philoſophical collections*, quarum ſeptem numeri prodierunt, deinde *lectionum* CUTLERIANARUM titulo nova phyſica porro publicavit.

Demum imperante GUILIELMO Societas convaluit, & ab anno, ni fallor 1691. nunquam deſiit ſua acta ſolito tempore edere. Legibus etiam utilibus ſe circumſcripſit. Ita penes virum, qui a ſecretis Societatis erat, hactenus ſolum arbitrium fuerat ſeligendarum ad editionem diſſertationum, is vero ſelectus non omnibus placuerat, hinc nuper ſtatutum eſt, ut nihil ederetur, niſi a ſelectis membris ſocietatis probatum fuiſſet. Numerus etiam ſociorum, qui fere in nimium excreverat, lege circumſcriptus eſt, ut quotannis pauci, iique per ſua opera noti exteri adoptarentur.

Numeri ad uſque n. 497. numerati fuerunt, inde volumina pro numeris ſubſtituta fuerunt, & nuper ſancitum, ut extemplo fere ederentur, eodem anno nempe prior dimidia pars communicatarum cum Societate diſſertationum, proximo anno altera ſemiſſe; ut omnino multo promtius nunc ea omnia poſſideamus, quæ Societas edit.

Penſum cæterum Societas ampliſſimum ſibi ſumſit, hiſtoriam naturalem totam, medicinam, artes nobiles, matheſin puram, demum & literas.

THOMÆ SPRAT Epiſcopi Roffenſis (*Rocheſter*) *hiſtory of the roy. Society of London for the improvement of natural knowledge* Lond. 1667. 4. . . . 1734. 4.*. 1764. 4. Fuſa dictione ſcripta eſt & eloquente, ut ſæpe in multa alia ſe auctor diffundat, apologiam contra obtrectatores interponat, & aliqua noviter cum ſocietate communicata interponat.

Sed nuper THOMAS BIRCH, qui eo tempore ſocietati a ſecretis erat, ex ejus ſcriptis & faſtis decerpſit diarium eorum, quæ in nova ſocietate, inque ſingulo conſeſſu, prioribus annis geſta ſunt, & multa nobis ſervavit, quæ OLDENBURGIUS olim præterierat. Titulus eſt qui SPRATII, & prodiit Lond 1756. 4. & ſqq. annis, quatuor voluminibus. *

Compendia plura prodierunt, ſed quæ utilius nunquam prodiiſſent, cum & utiles libellos omiſerint & titulos corruperint. Primum J. LOWTHORP numeros ad 1700. in *compendium* contraxit, ediditque London. 4. *.

Inde BENJAMIN MOTTE ab. a. 1700 ad 1720. *compendium* continuavit.*

Aliud *compendium* eſt Cl. JONES, REIDII & GRAII ad a. 1732.

Aliud *compendium* eſt ab a. 1719 ad 1772. JOHANNIS JAMES & J. MARRARD ab a. 1733 ad 1749, aliud iterum J. BADDAMII X. vol. 8.

Tomi primi quinque *Tranſactionum* prodierunt latine Lipſiæ 1675. 4. *. Sex volumina Amſterd. 1668. 12. *. Gallice aliquot volumina an. 1731. ad 1736. curante D. BREMOND, & ab a. 1737 ad 1746. cura D. DEMOURS. Nuper etiam Wittebergæ ceperunt recudi.

Ante a. 1665. Socii egerant Jun. 1661. cum TIMOTHEO CLARKE, de infuſione liquorum in venam vivi animalis.

A. 1662. de vini præparatione & artibus longa diſſertatione.

Sic ROBERTUS MORAY de malta a. 1663.

IDEM a. 1663. de venenis, venenatis ſagittis, de veneno tabaci.

R. HOOKE de mortibus animalium in vacuo ſpatio incluſis.

T. CLARKE potiſſimum, & alii a. 1663. de fetubus in utero retentis, quorum oſſa variis modis per abſceſſus prodierunt, de partu ventrali, de medicamentis calculum ſolventibus.

IDEM a. 1663. experimenta infuſoria fecit.

POPE a. 1664. de vapore lethifero ſpecus Agnani.

Anno 1665. de morte a morſu viperæ Anglicæ, ſi vera eſt hiſtoria.

Anno 1665. experimenta circa mortes animalium in vacuo ſpatio iteraverunt.

Experimenta facta veneno in venas vivi animalis injecto, quod vocant Florentinum. Ab oleo tabaci injecto canis vomuit.

DANIEL COX feles oleo tabaci, etiam unica guttula in linguam deſtillante, occidit.

De veneno Macaſſarico.

Junii die VII. JOHANNES WILKINS de experimento transfuſorio ad Societatem R. retulit.

Canis a vipera Anglica demorſus ſponte convaluit.

§. DCCXXXIII.

§. DCCXXXIII.

Journal des Savans.

In Gallia eodem fere tempore diarium cepit edi, cujus initia fere eadem ſunt, quæ *Tranſactionum Philoſophicarum*, non quod eruditæ ſocietatis opus fuerit, ſed quod partim libros recenſeat, & partim nova experimenta & adnotationes det. Ejus primus auctor fuit Denis de Sallo Senator in Curia Pariſina, primumque *folium* prodiit 5. Jan. 1665. 4. B. B., & porro hebdomadatim exiguis foliis, poſterioribus vero temporibus ab. a. 1707. menſtruis. Ej. Sallo diarium tranſiit in curam abb. Gallois, qui ab a. 1666, nomine uſus eſt domeſtici ſui de Hedouville. Ab anno 1675. auctor fuit *Abbé de la* Roque, a. 1687. ſenator Cousin. Demum a. 1701. ſocietati hæc opera tradita eſt, cui Cancellarius præſidet, idemque diarii auctores ſeligit, & ab eo tempore paſſim celeberrimi in quaque arte viri cenſuras dederunt, adnotationes vero rariores factæ ſunt, ut pene ſolæ librorum recenſiones ſuperſint.

In hoc diario paſſim etiam & medici libri recenſentur, & obſervationes medicæ excuſæ dantur. Pariſiis pergit prodire, & Amſtelodami forma 12 auctius recuditur. *

LIBER DECIMUS.

THOMAS SYDENHAM.

§. DCCXXXIV.

Magnam in medicina converſionem huic viro debemus, qui recto judicio & abſque præjudicio ad artem acceſſit, & eventus abſque præconcepta opinione ſpeculatus, morborum curationes ad naturæ nutum reformavit. Hactenus enim tres ſectæ regnaverant. Galenici in meridionali Europa, & apud Gallorum pleroſque, artemque medendi quatuor qualitatibus, atque remediis cuique qualitati contrariis ſuperſtruebant. De eorum polypharmacia & debilibus in maximis malis auxiliis, cum vulgo ægroti quererentur, exſtitit in Germania ſecta *Chemica*, quæ cauſis morborum non magni factis, rejectis qualitatibus, victus ratione exigui habita, medicinæ perfectionem in certis & potentibus medicamentis ponebat, arte chemica paratis; ejus adſeclæ venæ ſectionis oſores & Galenicæ purgationis, calidis fere medicamentis indulgebant, ~~& caldis~~ atque ſudoriferis. Tertia ex chemica ſecta & ex Carteſiana theoria compoſita Sylviana, incipiebat circa hæc tempora in Belgio prævalere, & paulo poſt in Germania & ipſa regnavit, quæ in fermentis vitioſis, inque acore potiſſimum, & in viſcore, cauſas morborum ponebat, iiſque medebatur præſidiis, quæ his cauſis contraria eſſent, alcalinis fixis & volatilibus, aromatibus, eſſentiis, demum paulo poſt adtenuantibus & theæ infuſo.

Thomas Sydenham variolas & morbos acutos in univerſum his calidis & alexipharmacis medicamentis deteriores fieri convictus, & naturam freno ſæpiſſime egere, non ſtimulis, curationem febrium acutarum totam immutavit, & in refrigerantibus & acidis, in aëre libero, in venæ ſectione ſuam ſpem poſuit. Porro conſtitutiones epidemicas idem accurate obſervavit, & comperit, aëris ſtatum ſuis annis certos morbos producere, diverſos ab iis morbis, qui eodem cum nomine aliis annis regnaverant, alias variolas, alias dominari febres, alias dyſenterias, alia indigentes curatione, aliis egentes criſibus, quam quæ eodem cum nomine morbi notæ fuerant. Idem vidit conſtitutionis epidemicæ proprium morbum etiam in aliis morbis regnare, ut in exemplo, ſi dyſenteria dominator fuerit morbus, etiam in febribus

bus alvum laxam faceret. Plerique medici, & princeps BOERHAAVIUS, SYDENHAMI præcepta amplexi ſunt, quæ viderentur ad HIPPOCRATICAM ſimplicitatem nos revocare, ad accuratam morborum obſervationem, & ad curationem, qualis in *l. de victu acutorum* deſcribitur. Poſteri tamen, RICHARDUS primum MORTON, tum JOHANNES HUXHAM, in SYDENHAMIO notarunt, quod eam quidem curationem ſapientiſſime nos doceat, quæ febribus cum inflammatione conjunctis opponi debet, non perinde utiliter nos ei fore obſecuturos, ſi in febribus nervoſis & malignis perinde ſanguinem profunderemus, refrigerantia urgeremus. Nuperrime denique compertum eſt, febrium acutarum ſimplicem curationem eo fere redire, ut in principio tamquam inflammatoriis medeamur, alvum laxemus, acida propinemus, putredini reſiſtamus; a ſtatu vero morbi pene idem malum tamquam malignum morbum & vires proſternentem tractemus, & cortice chinæ chinæ, vino, aliiſque in eum ſenſum auxiliis, labaſcentem naturam ſuſtineamus. In febribus vero nervoſis & malignis omnino ab antiphlogiſtica curatione nuperi abſtinendum duxerunt, acore quidem inhibendam putredinem, cæterum nihil admittendum, quod vires frangat, quarum princeps per totum morbum ratio ſit habenda.

EJ. *methodus curandi febres propriis obſervationibus ſuperſtructa* Lond. 1666. 8. 8. TR. 1668. 8. TR. 1683. 8. des TOURN. Amſterd. 1666. 12. *. Totus parvus libellus inſertus eſt in *Conſtit.* I. reſecto capite de variolis.

Alius titulus eſt, *Obſervationes medicæ circa morborum acutorum hiſtoriam & curationem*, quæ ſignatæ ſunt a. 1675; Lond. 1676. 8. *. Genev. 1683. 12. *.

Princeps viri opus, ſex ſectionibus febres omnes & morbos inflammatorios cum febre conjunctos continet; deinde peculiariter Conſtitutionem I. ab anno 1661. ad 1664, alteram annorum 1665, 1666, tertiam ab anno 1667 ad 1669, quartam ab anno 1669 ad 1672 & 1673, quintam ab a. 1673 ad 1675.

In præfatione de medicis queritur, qui de cauſis certis & proximis ad remotas & diæteticas receſſerunt indagandas. Inde de morbis acutis in univerſum. Eos omnino ut HIPPOCRATES, noſter pro naturæ conaminibus habet, ſubigendæ materiæ morboſæ & expellendæ dicatis. Tum de febribus epidemicis, quæ diximus. In iis quoties nova conſtitutio ſibi occurrebat, SYDENHAMUS curando abſtinere, naturæ nutum, conamina, juvantia & nocentia adnotare, ſecundum adnotata curationem reformare ſolebat. Conſtitutio I., febribus continuis malignis, deinde autumnalibus intermittentibus fiebat, quæ prægreſſis intermittentibus ſatis analogia eſſet. Naturam in iſtis diarrhœam fere civiſſe, ſe vomitum moviſſe, a quo certum levamen ſit ſecutum, turbatum eo vomitu ventriculum paregorico ſedaſſe; quod ubique ſolebat eo die dare, quo alvum moverat, novo conſilio. Tunc clyſteres, eoſque ſæpe repetitos, adminiſtrari jubebat, & cardiaca morbo ſuperato ex aquis aromaticis miſta. Symptomata; adverſus phrenitidem dabat laudanum ſuum opiatum. Intermittentes autumnales difficiliores eſſe; quæ neque venæ ſectionem ferant neque purgationem. Corticem peruvianum non debere dari, niſi morbo paulum fracto, tunc utilem futurum. Vernales

 ſponte

ſponte fere cedere (quod longe aliter cecidiſſe vidi, ut viginti poſt paroxyſmos cortice peruviano opus fuerit). In quartana corticem in parvas doſes diviſum dari debere. In ſecunda conſtitutione peſtis Londinenſis tangitur, quam eamdem N. Hodges deſcripſit, noſter non vidit. Febres peſtilentiales eam præceſſerunt & ſecutæ ſunt. In principio mali auctor (non viſo morbo) venæ ſectionem repetitam profuiſſe didicit, cum victus ratione antipleuritica. Altera ſpes in calido ſudore per 24 horas continuato ponebatur. In tertia conſtitutione pleniſſima eſt hiſtoria variolarum, quas noſter primus explicite in diſcretas & confluentes ſeparavit, & utriuſve generis ſymptomata, eventus criſeſque & curationem diſtinxit. Diſcretas fere naturæ comittit. Confluentium pericula indicat, venam ſecat, emetica dat, anodyna. Febris varioloſa abſque eruptione. Quarta conſtitutio dyſenterica. In ea cholera morbus, quem ante Hiſpanos juſculo pullorum tenui per os adſumto, & per clyſteres injecto, debellare conatur. In dyſenteria venam ſecat, alvum ducit, narcotica dat: in teneſmode ſpecie ſolo ſero lactis utitur, iterum & epoto & in alvum injecto. Febris dyſentericæ ſimilis, ſed abſque alvi fluxu. Morbilli, quos victus ratione & ſubinde datis anodynis debellat. Variolis curationem antipleuriticam, hydrogalam, anodyna opponit: Colicæylioſæ venæ ſectionem, narcotica. In conſtitutione quinta febris comatoſa diuturno capitis ſtupore & languore ſe diſtinguens. Eam noſter continuo fere uſu evacuantium debellabat. Variolæ mali moris, cum maculis nigris, quæ ſoli fere oleo vitrioli cedebant: pleuritis, peripneumonia, tuſſis epidemica, quos morbos omnes venæ ſectione & curatione antiphlogiſtica ſubigit. In ſexta conſtitutione morbi varii, febres intermittentes ſui generis. Pleuritis, cujus antidotus eſt venæ ſectio: peripneumonia notha, pituitoſa. Hic auctor ſemel venam ſecat, deinde repetito alvum ducit. Rheumatiſmum venæ ſectione curat & auxiliis antiphlogiſticis; febrem eryſipelaceam venæ ſectione, cathartico, mollientibus. Neque tamen videtur in diras ejus generis febres incidiſſe, quales per æſtivos ardores vidi, ut gangræna ſuperveniret. In angina venam fere ſecat.

Epiſtolæ reſponſoriæ duæ, 1. *de morbis epidemicis a.* 1675 *ad* 1680. Lond. 1680. 8. *Altera de luis venereæ hiſtoria & curatione.* Hoc tempore fere febres intermittentes ſolæ dominatæ ſunt, niſi eas error medentium in continuas exacerbaret. Corticis peruviani hic uſum laudat, ejus innocentiam tuetur, & negat, unquam ſibi nocere viſum eſſe. Male continuo ante paroxyſmum exhiberi. Recidivas fieri ex uſu ejus auxilii non ſatis continuato. Cum vino exhibet. Rheumatiſmum nunc ſolo ſero lactis ſuperat. Mali venerei ſatis plena hiſtoria. Gonorrhœam fere catharticis adgreditur, luem veneream inunctione mercuriali.

Diſſertatio epiſtolaris de obſervationibus nuperis circa curationem variolarum confluentium, nec non de affectione hyſterica Lond. 1682. 8 1683. 8. Francof. 1683. 8. &c. De variolis primum confluentibus. Principem ſpem ponit in ſirupo de meconio, in abſtinentia a lecto, cum univerſa diæta refrigerante. Morbum hypochondriacum & hyſtericum perinde oriri ab ἀταξίᾳ ſpirituum, uterumque noſter ſple-

ſplenemque pariter abſolvit. Spem fere ponit in corporis exercitatione, in roborantibus & chalybeatis.

Ej. *diſſ. de febre putrida variolis confluentibus ſuperveniente & de mictu ſanguineo & calculo* Lond. 1682. 8. ipſius nempe auctoris morbo renali.

De febre putrida ſecundaria, quæ die XI variolis ſupervenit. Refrigerantibus nimium variolarum proventum præcavendum eſſe. Febris putrida anodyna poſcit, deinde purgationem alvi. Hæmorrhagiæ internæ auctor venæ ſectionem & anodyna opponit.

Mictus ſanguineus a calculo renibus impacto requirit mollientia, ante paroxyſmum autem frequentem mannæ uſum, ſubjuncto ſubinde paregorico. Redeunt Lond. 1685. 8.

Ej. *de podagra & hydrope* Lond. 1683. 8. Tr. Cum podagra auctor ipſe vehementiſſima conflictatus, a multo decubitu etiam calculo correptus, hæc ſcripſit, & ante ſenium periit. De curatione radicali deſperat, cauſam podagræ in coctione ciborum debilitata ponit, obponit roborantia amara, patientiam, corporis exercitationem. In hydrope alvum ducit, & draſticis, cum admiſtis anodynis, & ſubſequentibus roborantibus.

Ej. *Schedula monitoria de novæ febris ingreſſu* Lond 1688. 8. Febrem ſtationariam peripneumoniæ ſimilem deſcribit, & de univerſa ratione febrium malignarum agit: male hic calidis medicos uti monet.

Ej. *proceſſus integri in omnibus fere morbis curandis* Lond. 1693. 12. 1695. 12. Osb. 1702. 8. 1717. 8. 1726. 8. Amſterd. 1694. 8. Genev. 1696. 8. Venet. 1696. 8. Tr. Edimburg 1750. 8. Tr. Anglice Lond. 1710. 12. Smith. Germanice Norib. 1772. 8. Latine in E. N. C. 1691. Gallice 1774. 4. Rast.

Nonne idem fuerit, *the practice of phyſik by* Sydenham Lond. 1695. 8. In univerſum compendium eſt, verbotenus ex operibus Cl. viri decerptum. Aliqua etiam fuſius expoſita, de phthiſi, de ſcorbuto, In phthiſi alvum ducit, dat ſirupum de meconio, & equitationem quotidianam imperat. Alia tabes a tuſſi pronata, venæ ſectione & catharſi ſuperatur, & materie febrili in pulmonem emandata.

Opera ſummi viri frequentiſſime repetita ſunt Londin. 1685. 8. 1705. 8. 1734. 8. Amſterd. 1683. 8. (quæ nempe eo tempore prodierant) 1687. 8. Tr. Lipſ. 1695. 8. 1711. 8. *. Genev. 1684. 12. 1696. 8. 1716. 4. 1723. 4. 1737. 4. 2 vol. *. 1757. 4. 2 vol. Leid. 1726. 8. B. B. cum pleno indice; 1741. 8. 1754. 8. Venet. 1735. f. 1762. f. Lion. 1737. 4. Anglice vertente C. Pechey Lond. 1696. 8. 1729. 8. 1734. 8. & cum notis J. Swan Lond. 1742. 8. Tr. 1753. 8. Germanicus liber *medeciniſche Werke* Leipz. 1717. 4. quid ſit ignoro: num opera omnia.

§. DCCXXXV. Varii.

J. Michael Fehr Swinfurtenſis, ex primis Novæ Academiæ Naturæ Curioſorum collegis, & alter præſes.

Ej. *Anchora ſacra, ſ. de ſcorzonera* prodiit Jen. 1666. 8. *. quo libro omnes formulæ fere recuduntur, in quibus in quocunque morbo ſcorzonera locum invenit. Paſſim tamen aliqua congeſſit, quæ ad medicinam in univerſum ſpectant: ut exemplum diri contagii, in quo quinque medici ad epiſcopum curandum vocati, qui febre maligna laborabat, cum chirurgo omnes ad unum interierunt. Ea occaſione multa de curatione peſtis, febris petechialis, purpuræ miliaris *der Frieſel.* Poſt morbillos a. 1644. multos tuſſi & lenta tabe interiiſſe: puella tamen rauca cum eſſet, rupto in pectore apoſtemate integram valetudinem recuperavit. A variolis cranium carie tentatum: & ulcus ſinuoſum circa os ſacrum, aliaque erupuerunt ulcera; & ſpinæ ventoſæ ſucceſſerunt, circa articulos. Roſaliæ a. 1652. epidemicæ & a. 1657. febris catarrhalis ſæviit. A terrore viſarum viperarum ſubita febris. Fuſe de venenis.

Ej. *Hiera picra, ſ. de abſinthio analecta* Lipſ. 1667. 8. *. Ordo & methodus eadem. Vermis de naribus excuſſus, quem putat forficulam eſſe, apus erat & alis deſtitutus, forte vermis, aut muſcæ alicujus ea conditio, quæ eſt ex ovo prodeunti. Puer potu abſtinens, ex nævo. A cereviſia producta epidemica cachexia. Sanctorium per duo oſtia naturalia aquam hydropicam inſerto ſiphone eduxiſſe, teſte J. Christiano Keyser, tamen ut inſtrumentum non revelaret. Lumbrici lati icon, & pluſculæ ejus ulnæ purgante medicamento expulſæ. Mira capitis univerſi prurigo; educta per aures, perque gingivas ſanie malum ſanatum. Barbi piſcis ova choleræ cauſa fuerunt & convulſionum.

In E. N. C. aliquæ viri adnotationes exſtant.

Dec. I. *ann.* IV. V. *obſ.* 28. cum corporis marcore abdomen obeſiſſimum, inteſtina glandulis adipoſis adſperſa, pulmone a nimio adipe compreſſo, hinc difficilis ſpiritus.

Ann. VI. VII. *obſ.* 87. Mures in clibano ſiccatos, comeſtos, certum incontinentiæ urinæ remedium, ſi Cl. viro fides.

Obſ. 191. Sue ſtrumoſa in cibum recepta, vertigo in familia excitata, inde lipothymiæ, mors.

Ann. IX. X. De Arnicæ, eo tempore minus notæ, efficacia ad ſolvendum ſanguinem a lapſu effuſum, ſic in catarrho. De moxæ in tollendo dolore podagrico efficacia.

Dec. II. *ann.* I. *obſ.* I. Catalepſis ſæpius de die redeuns, ut quaſi ſomno obruta nihil de ſe ſentiret. Alia exempla morborum ſoporoſorum. Deliria cum cantilena, a qua æger levatur.

Obſ.

Obſ. 2. In hydropico hepar ſcirrhoſum; in meſenterio quaſi grandines.

Ann. II. *obſ.* 1. Poſt vulnus capitis ſubnata plica.

Obſ. 3. Pro lactis in podagra utilitate teſtimonium.

Ann. III. *obſ.* 2. Fluxus hepatici ſanati exemplum, ut agrimoniæ potiſſima laus inſignis ſanationis deberetur.

Ej. *cum* WELSCHIO *commercium literarium* diximus. Titulus eſt *Epiſtolæ mutuæ argonautæ ad Neſtorem* Aug. Vind. 1677. 4.

MICH. FRIDERICI LOCHNER *Memoria* FEHRIANA Norib. 1690. 4. *. & in *appendice* ad *ann.* VIII. *decadis* II. E N. C.

MICHAELIS BOUDEWYN Colonienſ. Med. Præſidis *Ventilabrum medico theologicum, quo omnes caſus tum medicos cum ægros alioſque concernentes ventilantur, & quod SS. PP. conformius, ſcholaſticis probabilius, & in conſcientia tutius decernitur* Antwerp. 1666. 4. *. Caſuiſta medicus qui infinitis quæſtionibus inquirit; quid medico per conſcientiam liceat, quo oporteat ſe abſtinere. Seculi non noſtri eſſe memineris, qui amuleta permittat, tanquam eorum aliqua eſſet poteſtas. Dæmoniacos hactenus a medicis curari conſentit, quatenus morbos una patiuntur humanos & naturales. Chemicis remediis uti pro licito pronunciat, tanquam rem hactenus dubiam. Coſmeticen etiam medicis non negat, & aphrodiſiaca dare intra certos limites & virginitatem deſtruere, ſi ea violentia ad morbum curandum neceſſaria fuerit, & abortum nonnunquam procurare; & caſtrare vetat, niſi lepra aut certi morbi id poſcant. *Caſuiſtas* vero, & D. THOMAM fere ſequitur.

SEBASTIANI BARTOLI *Examen artis medicæ dogmata communiter receptorum in decem exercitationes paradoxas diſtinctæ* Venet. 1666. 4. *. Pharmaca non agere in excrementa inve humores, ſed in vitam, quæ contenta in corpore humano movet. Vita reſtituta. Spagiricæ medicinæ triumphus. Nobilis, cum pro tabido curaretur, cumque medici repetita alvi purgatione eum ad incitas redegiſſent, ut animæ deliquium paſſus, frigidus, abſque pulſu moribundus jaceret, a SEBASTIANO dato elixirio proprietatis, & generoſi vini hauſtu, primum refocillatus, denique integre reſtitutus.

Ej. *thermologia Aragonica* &c. Neapoli 1679. 8. * Thermas alias dicemus, ſed hiſtoriam habet medicorum Salernitanorum, qui ſpecum a ſerpentibus medicatam deſtruxerunt.

GEORG ARAS *Enchiridion hermetico medicum, in quo virtutes, doſes atque appropriationes omnium fere medicamentorum ſpagiricorum compendioſe deſcribuntur. Acc. Idea, ſ. ſynopſis vivæ & experimentalis illius philoſophiæ, quantum ad dicta medicamenta, tum ad alios uſus, accurante* FR. TRAVAGINO Venet. 1666. 12. TR.

Ej. Travagini eſt *Synopſis nova philoſophica & medica cujus fundamenta ſ. principia ſal acidum & ſalſum ex quibus oritur omne fermentum* Venet. 1667. 12.

Mich. Rodriguez de Pedrosa *ſolutiones philoſophicæ & medicæ in difficultatibus quæ a philoſophis omittuntur vel negliguntur Salmantic.* 1667. fol.

Josephus Laurentius ſcripſit a. 1666. *polymathiam.*

Ej. eſt, & in *theſ.* Gronov. T. 8. *de agyrtis* in T. 9. *de prandiis & cœna veterum & de conviviis.*

Balthazaris Andreæ Ferrioli *armamentarium phyſicoantipeſtilentiale* Frf. 1666. 8. Tr. Germanice ib. 1666. 8.

Ej. *morboſi ventriculi infelix hactenus tentata cura* ib. 1668. 8. Annon forte hoc Christophori fuerit opus? Germanice ib. 1668. 8.

Matthiæ de Porras *animadverſiones de nivis in potu uſu* Limæ Peruvianæ 1666. 4.

Michael Baldit *ſpeculum ſacro medicum octogonum* Lion. 1666. 8. Rast. 1670. 8. B. Thomas.

J. Marchant *tr. de febre purpurata a.* 1666. *per Burgundiam graſſante* Divione 1666. 12. d'Etr. Nullum rubrum ſanguinem in rerum natura eſſe, ſed unice ſerum; id corruptum febres facere.

F. P. M. *Elogium* J. Marchant *verſibus elegiacis* Dijon 1678. 4.

Jac. Boujonnier *alexiterium* Rouen 1666. 8. Falc.

Siboldi Tiberii Hemsterhuys *hiſtoria & analyſis arthritidis vagæ* Leuward 1666. 12.

Isaaci Roet *peſtis adumbrata in libros V aphoriſm.* Lond. 1668. 8. niſi error eſt Amſterd. 1667. 12. Falc. Diſcrimen peſtis a febre peſtilente.

J. Matth. Nester Arch. Brandeburgicus *de peſte & dyſenteria* Bayreuth 1666. 4.

Ej. *getreuer Rathſchlag wie ſich ein jeder bey der graſſirenden Soldatenkrankheit auch der einſchleichenden Peſt verwahren könne* Bayreuth 1677. 12. Tr.

Ej. Epiſtolas ad Reinesium diximus.

Ej. In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IV. *obſ.* 190. Abſceſſus infra genu cum maximo dolore, apertus, in eo vivus vermis.

Ann. VIII. 1677. obſ. 23. hæmorrhoides cum euphoria fluentes, quibus ſuppreſſis febris ſucceſſit.

Obſ. 25. In puella octenni fluor albus, frequens malum.

Obſ. 26. Urinæ in dies 22 menſuræ redditæ, cum ſiti ſiccitate & febre hectica, eventu funeſto.

Alberti Bartholini Caspari fil. *de ſcriptis Danorum l. poſthumus auctior redditus a fratre* Thoma Bartholino Hafn. 1666. 8. *.* Tranſiit in Moelleri magnum opus.

Nic.

NIC. GERVAISE *catharſis*, *ſ. ars purgandi corporis humani Carmen* Pariſ. 1666. 4. FALC. Idem fuerit, quem diximus auctor.

Reip. Noribergenſis valor, *ſ. taxatio medicamentorum ſimplicium & compoſitorum* Norib. 1666. fol. 1669. fol.

CHRISTIAN THEOPHIL SCHEURL *de arteriotomia* ib. 1666. 8.

§. DCCXXXVI. C. HARVEY.

GIDEON HARVEY medicus clinicus, a GUILIELMO probe diſtinguendus, ſatyricus & litigator.

EJ. *morbus anglicus, or the anatomy of conſumptions, containing the nature, cauſes, ſignes, ſubjects, prognoſtiks, præſervation and method of curing conſumtions, cough and ſpitting of blood* Lond. 1666. 8. 1672. 8. 1673. 8.

EJ. *great venus unmaskd or a more exact diſcovery of the french diſeaſe and virulent runnings of the reins with the ſeveral methods of curing them* London 1666. 8. 1672. 8. OSB.

Et EJ. *little venus unmaskd or a perfect diſcovery of the french pox compriſing the opinions of moſt ancient and modern phyſicians, with the authors jugdment, and obſervation on the nature, cauſes, ways of curing of the french diſeaſe and running of the reigns* ib. 1670. 8.

The fourth edition with large additions, a new treatiſe of the ſcorbutik pox, a ſecond treatiſe of a mangy pox, alterd of a heretik pox, and an appendix of the venereal gout ib. 1675.

Demum *the french pox with all its kinds, cauſes, ſignes. The running a of the reigns, ſchankers, bubo, gleets, and their cures. Appendix of obſervations never yet diſcovered by any* ib. 1685. 8. ASTRUC.

EJ. *diſcourſe on the french pox* Lond. 1702. 8. BOEHMER.

EJ. *de febribus tractatus theoreticus & practicus* Lond. 1672. 8.*. & Anglice *treatiſe of fevers* 1674. 8. OSB. Aſper homo, qui aliis nullam permittit hypotheſin, ipſe ſuas & leviſſimo nixas fundamento præfert. Calidum innatum eſſe a bitumine in corde habitante. Tardum pulſum a raro diſtinguit. Febris eſt calor contra naturam in corde accenſus. Contra fermentationes. Ut ipſe febrem adgrediatur; enemate miti, tunc venæ ſectione, pro ſanguinis intumeſcentia magis aut minus copioſa. Contra aquam theriacalem. Ipſe dat calida cum acidis miſta, etiam cum vino, deinde abſorbentia, etiam lapides pretioſos cum contrayerva. Contra vulgarem curandi modum.

EJ. *diſeaſe of London or a new diſcovery of the ſcurvy* Lond. 1675. 8. BUCHN. Scorbutum oris eſſe ab acido, ſcorbutum tibiarum a ſtatu humorum ſaponaceo.

EJ. *the family phyſician and houſe apoticary* Lond. 1678. 8.

In EJ. *caſe of a noblemam* &c. Lond. 1685. 12. *. libello cæterum chirurgico, balſamum ex oleo terebinthinæ & colcothare vitrioli cum ſpiritu vini digeſtis, abeunte parte aquæ craſſius redditum multum laudat.

EJ. *conclave of phyſicians detecting their intreagues frauds and plots againſt the patient with a diſcourſe on the Jeſuits bark* Lond. 1683. 8. 1686. 8.

EJ. *diſſ. on the Jeſuits bark* ib. 1683. 4.

EJ. *of the ſmall pox and malignant fevers with a diſcurſe of the ſcurvy* ib. 1685. 8. OSB.

EJ. *ars curandi morbos per exſpectationem. It. de vanitatibus dolis & mendaciis medicorum* Lond. .... Amſterd. 1698. 8. Anglice *the art of curing diſeaſes by exſpectation* Lond. 1689. 8. GUNZ. 1693. 8.

Cum amplis auctariis recudi fecit G. E. STAHL, titulumque fecit ſuo libro *Ars ſanandi cum exſpectatione oppoſita arti curandi nuda exſpectatione* Offenbach 1730. 8. *. Aſpera eſt HARVEII ſatyra. Botanicam inutilem eſſe. Contra theoriam in univerſum. Medicos modernos in ſectas partitur. Ferreos nempe doctores dicit, qui ubique chalybe utuntur. Solet hic & ubique exempla addere infelicium curationum, quarum cujuſque harum ſectarum medici ſe reos fecerunt. Chalybis aliqua analyſis. Vis obſtructiones reſerans eſt in ſulfure chalybis; optime dari tincturam ſpiritu vini tartariſato factam. Doctores aſinarii, qui lactis aſinini uſui nimis indulgeant in tabe & adfinibus morbis. Doctores aquarii, qui ad aquas medicas confugiunt; eas aquas calculoſis hominibus datas, funeſtos effectus edere. Lithontripticorum vim fabuloſam eſſe. De noxis catheteriſmi. Lanii doctores, BOTALLIANI, ſanguinis humani prodigi. A cortice peruviano ſyncopem & apoplexiam frequenter ſupervenire. Sapientia exſpectationis. Secta Jeſuitica, quæ cortici præſidet. Medicorum diſſidia. Medici coquinarii, quos laudat. Medicamenta inertia. Aquæ ſtillatitiæ futiles, quoties plantæ deſtillatæ elementa non ſunt volatilia. Aceta medicata & vina, ſyrupi, conſervæ, pulveres inutiles. In theriacam ſatyra. Pilulæ: verum correctivum purgantium eſt decoctum emolliens. Laudes ſuæ exſpectationis. Ex variolis vix duos unquam ægrotos interiiſſe, quorum curam geſſiſſet. Sic per ſingula, ut tuſſis aliique morbi exſpectando curentur. Satyra in collegium medicum, in conſultationes medicorum. De remediis morborum pulmonalium. Nullam hederæ terreſtris ſirupi in apoplexia, febre, aliiſque morbis vim eſſe.

EJ. *treatiſe of the ſmall pox and measles* Lond. 1696. 8. OSB.

EJ. *particular diſcourſe on opium, diacodium and other sleeping medicines* ib. 1696. 12. S.

EJ. *vanities of philoſophy and phyſik* ib. 1699. 8. 1700. 8. 1702. 8. HOTTON.

§. DCCXXXVII.

§. DCCXXXVII. Nuperi.

Valentike Greatrake circa hæc tempora magnam apud homines famam acquiſivit. Miles bonæ notæ fuerat, qui intime perſuadebatur ea ſe virtute donatum eſſe, ut ſola manus impoſitione morbos frigidos, catarrhos, defluxiones & ſtrumas de parte in partem propulſare, & demum de corpore exturbare noſſet. Ej. *account of his great and ſtrange cures* Lond. 1666. 4. Ipſe ſuam vitam narrat.

David Bryde *wonders no miracles or* Greatrakes *healing examined* ib. 1666. 8.

Georg Thomson Chimjatri, *Loimotomia, or the peſt anatomized* Lond. 1666. 12. Mead.

Ej. *animatiaſis, ſ. vera methodus conſervandi ſanguinem in ſua integritate, & ejuſdem in integrum reſtituendi* (Anglice) Lond. 1670. 8. Bur.

Ej. *μισοχυμου ελεγχος a vindication of L. Bacon the auctor of experimental philoſophy* Lond. 1651. 8. Bur.

Ej. *a letter ſent to* Henry Stubbes, *wherein the Galenical method and medicament's as bloodletting in particular* &c. Lond. 1672. 4. Boehm.

Ej. *method of curing chymically* Lond. 1675. 8.

Ej. *experimenta admiranda cum obſervationibus inſolitis medico chymicis, in quibus materia medica ejuſque manufactura philoſophica amplius examinatur in loimotomiæ ſynopſi, litho colo & ſplenotomia, & experimentis aliquorum medicorum* G. T. & *aliorum.* In lucem edidit Rich. Hoie. Lond. 1680. 8. Anglice Pl.

Cox's *diſcourſes wherein the intereſt of the patient and phyſician is debated* ib. 1666. 8. Osb.

. . . Austin's *anatomy of the peſtilence a Poëm* Lond. 1666. 8. Mead.

J. Smith. *R. Salomonis portraiture of old age* Lond. 1666.

. . . Mackline *nouveau maréchal traduit par* Joubert Paris 1664. 4.

Joseph Blagrave *ſupplement to* Nic. Culpeper's *Engliſh phyſician, a deſcription of all ſorts of plants, who growing in England are cited in the Engliſh phyſician* London 1666. 8. 1674. 8. Carr.

Ej. *Aſtrological practice of phyſik* Lond. 1671. 8. Bodl.

P. Gabriel hortoruum inſpectoris *proſelyte charitable, ou petit diſcours de la peſte* Tubingen 1666 4. Falc. *.

Ej. *Anmerkungen von der Peſt aus dem franzöſiſchen überſezt durch* Balth. Bischof Stutgard 1681. 8. 1687. 8. Alibi lego Jac. Stoffel cum tit. *kurzer Bericht von der Peſt* Stuttg. 1680. 12. Mihi coram eſt, *dankbare Bezeugung vermittelſt eines kurzen Berichtes von der Peſt* Stuttgart 1680. vertente Jacob Stoffel. Peregrinator

tor in peſtilentia mediolanenſi & burgundica olim ad curandos, ut videtur, ægros adhibitus, cogitata ſua defendit: de peſte Burgundica, quæ 30000 milites exercitus GALLASII interemit & provinciam totam vaſtavit, ut pagi deſerti eſſent. Peſtis ex fætore putreſcentis balænæ. Fabuloſa varia. Pernicioſiſſimum & lethalem uſum uvarum fuiſſe. Exempla fonticulorum adverſus peſtem proficuorum, ut intacti manſerint, quibus inuſti fuerant. Qui ambulantes, & orthoſtadii ſubito interierunt. Vino fortiſſimo ſalubriter ſudor in peſte motus. Spiritus juniperi utiliter datus. Quoties natura ad vomitum prona eſt, eam adjuvare oportet, etiam hellebori albi ſucco, qui equidem validior ſit. Formulæ aliquæ. Secundum libellum non poſſideo.

Sed tertium *des barmherzigen Proſelyten dritter und lezter Theil; oder fernere Anmerkungen von der Peſt* Stuttgard 1681. 12. *. Multa aliena & longa adſeveratio magica: a Magis etiam peſtem fieri: tunc veneno illato aquam corruptam fumo ſulfuris reſtitui.

J. L. MONNIER *Cabinet ſecret des grands preſervatifs & ſpécifiques propres contre la peſte, fievres peſtilentielles, pourpres, petites veroles & autres maladies contagieuſes, ouvert & publié* Paris 1666. 8. BUR. 1668. 8. FALC.

DALICOURT *le bonheur de la vie, ou le ſecret de la ſanté* Paris 1666. 12. FALC.

QUERBRET CALLOET *avis comment on peut élever en France des chevaux auſſi beaux qu'en Allemagne* Paris 1666, 4.

JACQUES MASSARD *prononcé ou diſcours ſur les effets d'un remede experimenté & commode pour la guériſon de la plupart des maladies longues & même de celles qui paſſent pour incurables, avec un traité d'*HIPPOCRATE *de la cauſe des maladies & de l'ancienne médecine traduit par l'auteur* Grenoble 1679. 12. HOUSS. & alio, ut videtur titulo.

EJ. *divers traités des panacées ou remedes univerſels & ſur les abus de la médecine ordinaire, avec une traduction d'*HIPPOCRATE *ſur l'ancienne médecine & des avis de van* HELMONT *ſur la compoſition des médicamens* Amſterd. 1686. 8. *. Aſper chemiſta contra venæ ſectionem, clyſteres & medicamenta purgantia dicit, pro ſudoriferis, panacea mercuriali, tinctura auri. Omnia a fermentis pendere. HIPPOCRATEM de panacea dixiſſe. Contra refrigerantia, quæ reſpirationem ſufflaminent.

EJ. *ſuite du traité des panacées* Amſterd. 1687. 12. *. Curationes ſua per arcana factæ. Calidiſſima omnia. Ibicis ſanguinem in pleuritide laudat. Cum caput ex gravi lapſu adflictum eſſet, ægrum tinctura auri ſanavit, abſque venæ ſecta.

FRANCESCO ALFONSO DONNOLI *il medico prattico cioe della vita activa con*

laquale

laquale puo regolarſi ogni medico che intende praticar medicina pratica Venez. 1666. 12. SMITH.

EJ. *l. de iis qui ſemel in die cibum capiunt* Venet. 1674. 12.*. Poſt phyſiologica in dialogo plurimis alienis miſta, negat ſano homini conferre ſemel in die cibum ſi capiat, quæcunque etiam ejus ætas fuerit. aut temperies. Mores inde fieri auſteriores. Ab ea mala conſuetudine ſenſim ad repetitam alimenti admiſſionem redeundum. Permittit iis, qui non norunt appetitum reprimere: tum aſthmaticis, epilepticis, vertiginoſis, quibus obſtructa ſunt viſcera & corpus cachecticum, in hydrope, lenta febre, calculo renum, in male cibum coquentibus, fame canina adfectis, obeſis, humidi temperamenti hominibus, hebetique ingenio: porro hieme, quo tempore pituita augeatur, denique literatis, monachis. Non tamen ante quadrageſimum annum hunc victum convenire.

EJ. *ad ſuam cathedram medicam proluſio* Patav. 1682. 4.

LORENZO CRASSO *elogii d'huomini letterati* Venet. 1666. 4.

ZACH. NIC. GOEZ *Conſilium medicum, was maſſen bey jezo umſchweiffenden Fiebern man ſeine Geſundheit vermehren und wieder zurecht bringen könne* Zwickau 1666. 4.

EJ. *apologia medicinæ, d. i. wohlgemeinte Lob und Schuzrede der rechten wahrhaften Arzneykunſt* ib. 1667. 12. TR.

EJ. *Unterricht wie man bey jezo graſſirender Peſtilenzialſeuche und Ruhr ſich præſerviren und curiren könne* 1676. 4.

EJ. *nöthiger Unterricht wie bey gefährlichen Sterbläuften præſervando & curando ſich jeder zu verhalten* ib. 1680. 4. RIV.

MATTH. RAMELOW *der jezt graſſirenden Krankheit der rothen Ruhr Beſchreibung* Goslar 1666. 4.*. Laudat ſuas radices peſtilentiales.

EJ. *kurzer Anhang wie der gemeine Mann ſich mit ſchlechten Mitteln wider die Peſt vorbewahren und heilen könne* Braunſchweig 1652. 4.

Bericht wie man ſich im Biſtum Strasburg vor anſtekenden Seuchen zu verhalten . . . . 1666. 8. BOECL.

Peſtordnung der grafſchaft Hanau Hanau 1666. 4.

Kurzer Bericht wie bey jezt graſſirender Seuche männiglich ſich verhalten ſolle Stuttgard. 1666. 8.

MEISTER ALBRECHT *neu vermehrtes Roſſarzneybüchlein* Schmalkald. 1666. 8. TREW.

BALTH KAUFMANS *arcula medicinalis chymica aperta d. i. ein ſonderbares Käſtlein etlicher nach ſpagyriſcher Kunſt ausgearbeiteten Medicamenten* Francfurt an der Oder 1666. 8. TR.

J. PUR-

J. PURGOLD *kurzer Bericht von der rohten Ruhr u. deren Zufällen* Mülhauſen 1666. 4. RIV.

J. ADAM ZAPF *von der Natur, præſervation u. Cur der jezt regierenden rohten Ruhr* Weimar 1666. 4.

GEORG LESSNER *informatorium was die Urſachen jeziger graſſirender Ruhren ſeyen* Plauen 1666. 4.

J. TACK *und* AUGUST ENGELHARDS *Erinnerung wie man ſich bey Sterbensläuften bewahren und von der angefallenen Seuche curiren möge* Darmſtatt 1666. 4.

EJ. TACKII prof. Gieſſenſis, *Chemicum conſilium von der rohten Ruhr* ib. 1669. 8.

EJ. *aliqua* in VALENTINI *praxi infallibili.*

EJ. *epiſtolæ* inter SCHELHAMMERIANAS.

Peſtordnung der Churpfalz Heidelberg 1666. 4. GRAU.

Arzneyſchaz niemahls entdekter Medicamenten Baſel 1666. 4. GRAU.

Arzneyverſchläge wider die rohte Ruhr u. Peſt Caſſel 1666. 8. GRAU.

Bericht wie man ſich bey der Seuche zu verhalten für die untere Marggrafſchaft Baden Durlach 1666. 8. UFF.

GOTTF. FOERSTERS *diſcurſus dyſentericus, oder kurze Beſchreibung der jezigen rohten Ruhr* Schleuſing. 1666. 4. TR.

Kurzes Bedenken wegen der hin und wieder einreiſſenden Seuche wie man derſelbens begegnen möge, geſtellt durch die mediciniſche Facultät zu Gieſſen 1666. 4. *. Sudorem movendum ter. intra 24 horas. Tinctura bezoardica. *Peſtmixturen*; *Peſtlattwergen*, theriaca &c.

Bericht von dem nürnbergiſchen Pflaſter 1666. 4. TR.

§. DCCXXXVIII. DISPUTATIONES.

CHRISTOPHORI HELWIG Senioris. Profeſſoris Greifswaldenſis, peregrinatoris, qui cum MURALTO Helvetiam peragravit.

EJ. *Diſp. inaug. ad text.* XXII. *ſect.* II. *Libri* II. *Epid.* HIPPOCRATIS *de fluore muliebri* Baſil. 1666. 4. PL.

EJ. *de colica* Greifswald 1671. 4. M

EJ. *de hydrope* ib. 1672. 4. RIV.

EJ. *de tabe* 1672. 4. HE.

EJ. *relatio medica de morbo & obitu* CAR. GUSTAVI WRANGEL ib. 1676. 4.

EJ. *de peſte* 1682. 4.

Ej. *conſilium de peſte* Greifswald, alii Stettin 1683. 4. Tr.
Ej. *de adfectione hypochondriaca* 1685. 4. He.
Ej. *de apoplexia* 1686. 4. He.
Ej. *de pleuritide* 1686. 4. Pl.
Ej. *de ſuffocatione uterina* 1687. 4. He.
Ej. *ſpecimen pharmacologiæ ſacræ de antimonio, cicuta*, 1708. 4. *.
Ej. *de opinione iniqua rerum medicarum* 1712. 4.
Vitam habet Cl. Scheffel.

Matthias Paisenius Chemicus, *de humorum vitiis illorumque reſtitutione* Leid. 1666. 4. præeunte F. Sylvio.

Ej. *epiſtola ad amicum, qua examinatur* Andreæ Cassii *Hamburgenſis diſp. inauguralis habita Groningæ* 1668. Amſterd. 1668. 8.

Ej. in Eph. Nat. Cur. *Dec.* I. *Ann.* IV. V. obſ. 192. Nuper puerpera, Sylvio præſente inciſa, poſt magnos colicos dolores inteſtinum & tenue, & alterum amplius, partim dilatatum partim conſtrictum habuit. Ulterus grandis, in eo placentæ particulæ firmiter adhærentes, quæ putredine ſua cauſa mortis fuiſſe videntur.
Obſ. 163. Iterum cum Sylvio, qui hydropicum ex hæmoptoë inciderat, in eo fel nullum, aqua in thorace & in abdomine.
Obſ. 194. Sic ictericus homo poſt longum morbum inciſus, in quo aqua abdominis flava, ſic adeps, via ex hepate in folliculum fellis libera, meninges flavæ.
Obſ. 195. hæmoptoica, gravida. In ventriculo ſanguis effuſus, pylorus valde conſtrictus.
Obſ. 169. Iſta inciſio eſt J. v. Horne. Aqua hydrocephalici infantis, cui maximum caput, & in cerebri ventriculis aquæ 160. l. medicinales.

Arnold Stackelbeck *de podagra* Leid. 1666. 4. *.

Tammer Poutsma *de phthiſi* ib. 1666. 4. *.

Cornel de Vogel *de hydrope* ib. 1666. 4. *.

C. v. Groeneld *de febribus intermittentibus* ib. 1666. 4.

Cornel. Westwoude *de febribus* præſ. Phil. Matthæo Utrecht 1668. 4. *.

Gerhard Lammus *caſus hyſtericus variis ſymptomatibus ſtipatus* Groning 1666. 4. Hef.

Samuel Maresii *oratio in funere* A. Deusingii Groning. 1666. 4. *.

J. Placcii *Lucretia hyſterica, ſ. hiſtoria virginis ſuffocatione hyſterica laborantis* Duisburg 1666. 4.

Andreas Cassius *de febre artificiali* Kiel. 1666. 4.

Ej. *de triumviratu inteſtinali in ſuis effervescentiis repetita diſputatio* Groning. 1688. 4. præſide Tobia Andrea, recuſa Nurnberg. 1669. 12. *.

Henr. Kiellmann *de hydrope, in ſpecie de aſcite* Vindobon. 1666. 4. Hef.

SAM. DONNER *oratio chemicæ medicinæ præſtantiam propugnans* Francoſ. Viadr. 1666. 4.

MATTH. CLEMASIUS *de putredine* Lipſ. 1666. 4. ſi huc facit.

EJ. *præſagia quæ vulgo cordis vocantur* Greifswald 1698. 4.

PHIL. MULLER *de poculo ſalutis* Jen. 1666. 4. HEF.

J. LEHMAN *de Serapide Ægyptiorum Deo maximo* Witteb. 1666. 4. LEHM.

JO. WITTE *de natura* Witteb. 1666. 4. HEF.

SALOM. FLEISCHHAUER *de epilepſia* Gieſſ. 1666. 4. *.

GEORG KEUHE *de peſte* Gieſſ. 1666. 4. *.

CHR. SENNERT & J. CHRIST. SEMINARIUS *de morbo virgineo* Marb. 1666. 4.

MARTIN WILLICH præſide D. G. ROLFINK *de lue venerea* Jen. 1666. 4. Archiater inde Brandenburgicus. Vita prodiit.

J. JAENICH *de morbo hungarico* Heidelb. 1666. 4. PL.

WOLFG. UPILIO *de podagra* ib. 1666. 4. PL.

J. HENR. HEGNER *de febre tertiana intermittente* Baſil. 1666. 4. *. præſ. HIER. BAUHINO.

CHRISTOPH. JOACH. WOLPHART *de mania* Baſil. 1666. 4. PL.

EBERH. WELPER *deſcriptio fabricæ & uſus inſtrumenti critici* Argent. 1666. 4.

EJ. *Bericht der peſtilenziſcher Seuche* Strasb. 1666. 8. UFF.

J. AWEN *de incubo* Argent. 1666. 4. PL.

NIC. CAPPON & PH. MATHON *Non eſt E. unius naturæ opus criſis* Pariſ. 1666.

NIC. RICHARD & PAUL MATTOT *Non E. rheumatiſmo ſudorifera* ib. 1666.

PET. le MERCIER & ROB. RAOULT *E. in febribus continuis quælibet evacuatio naturæ lege ſuſcepta ſalutaris eſt & critica* ib. 1666.

CLAUD. GUERIN & LUD. MORIN *Non E. eſt inſita alicui homini naturaliter vis curandi morbos* ib. 1666.

DIONYS. JONQUET & PAUL MATTOT *E. aulicis mulieribus ſanitas firmior ab equeſtri venatione* ib. 1666.

JAC. GAVOIS & PH. MATHON *E. æſtate fructuum uſus innoxius* ib. 1666.

MICH. MARE'S & PAUL MINOT *E. pueris poſt* απογαλακτισμον *cibi ſolidores* ib. 1666.

MART. AKAKIA & PET. LOMBARD *E. melancholicis meri potio ſalubris* ib. 1666.

§. DCCXXXIX. DIARIA ad a. 1666.

In *Phil. Tranſ.* 1666. n. 8.

Ex ſuppreſſa tranſpiratione cutis penitus obſtructa. Pica ſalis.

N. 18. de calculis collectio, eos inter ex utero excuſſus ingens.

Apud

Apud BIRCHIUM in T. II.

De peſte. *Tokens* eſſe gangrænoſas particulas pyramidales ad oſſa uſque pergentes.

Varia a. 1666. de infuſione. Vomitum ciere, non alvum.

Epiſcopi & Cancellarii cadaver ab a. 1404. incorruptum in cavea templi Londinenſis detectum.

Nov. 14. de transfuſione feliciter perfecta a DD. KING & COKE, ut alter canis periret, alter ſalvus ſupereſſet.

Deinde die 21 fuſe D. KING de eodem, ſed repetito experimento.

Et denuo 21 Decembris.

In *Journal des ſavans* hujus anni 1666. legimus, Facultatem medicam Pariſinam die 29 Mart. antimonii uſum, quem centum ante annis proſcripſerat, ſuis permiſiſſe; cum prius acriter in hoc remedii genus inveheretur, & PALMARIUM non aliam ob cauſam ex ordine ſuo ejeciſſet, quam ob uſum chemicorum medicamentorum.

§. DCCXL. GEORGIUS WOLFGANG WEDEL.

Uxoris meæ amitam magnam in matrimonio habuit, ſupra quinquaginta annos medicinam Jenæ docuit, gratioſus præceptor & medicus, non ille indoctus, ut etiam orientales linguas calleret & in philologiam ſe diffunderet. Idem in concinnandis potiſſimum formulis elegans & peritus: in pathologia HELMONTIANAM & SYLVIANAM ſententiam ſecutus, acidi inſectator, qui plurimum ſperabat ab abſorbentibus & ſalibus volatilibus, quæ curandi ratio in Germania eo ævo dominata eſt. Sed & aſtrologiæ multa tribuebat. Id nocuit viro laborioſo, quod & praxi numeroſa diſtrahebatur, & lectionibus multas horas impendebat, & frequentiſſimis promotionibus doctorum, id enim fuit gloriæ Jenenſis ſeculum. Medicamenta varia invenit, quæ etiam nunc locum ſuum in diſpenſatoriis tenent.

EJ. præſ. ROLFINKIO *diſp. de pollutione nocturna* Jen. 1667. 4. TR.

EJ. eſt *diſſ. de diebus criticis* Jen. 1667. 4. *. 1678. 4. *.

EJ. *de diureticis* Jen. 1667. 4. *.

EJ. *de opio* ib. 1667. 4. HEFF.

EJ. *de vomitu* 1673. 4. HE.

EJ. *de pleuritide* 1674. 4. HE.

EJ. *de mania* 1673. 4. HE.

EJ. *oratio in funere* G. ROLFINK Jen. 1673. 4. *.

Ej. & auctor ZEIDLER *æger epilepticus* Jen. 1673. 4. *.

Ej. *caſus laborantis coryza* ib. 1673. 4. *.

Ej. & auctoris SCHLAPERIZZII *de mania* 1673. 4. *.

Ej. & auctoris J. ROESER *æger epilepticus* 1673. 4. *.

Ej. *de diarrhœa* 1673. 4.*. Mors ab arſenico, poſt vehementem hypercatharſin.

Ej. & auct. ROTTENBERGER *de diæta litteratorum* 1674. 4. *. 1709. 4. HE.

Ej. *arthritis vaga ſcorbutica* 1674. 4. *.

Ej. *de febre petechiali* 1674. 4. *.

Ej. *ægra pleuritica* 1674. 4. *. auct. WESENER.

Ej. & auct. R. NEUENHAHN *de ſcabie* 1674. 4. *.

Ej. & auct. SCHMID *æger palpitatione cordis laborans* 1674. 4.*.

Ej. & auct. OSTERLAND *de colica* 1674. 4. *.

Ej. *æger laborans colica* 1674. 4. HE. niſi eadem eſt.

Ej. & auct. CHEMNIZ *æger hydropicus* 1674. 4. *.

Ej. *æger hydropicus* 1674. 4. HE.

Ej. *æger tertianarius* 1674. 4. HE.

Ej. *de ſetaceis* 1674. 4. HE.

Ej. *de partu difficili* 1675. 4. *.

Ej. & ANT. WELLER *juvenis ictero flavo laborans* 1675. 4. *.

Ej. & auct. HEIDENREICH *juvenis melancholia laborans* 1675. 4. *.

Ej. *de colica* 1675. 4. *.

Ej. *de purgantibus rite adhibendis* 1675 4. *. Meretrices ſæpe draſtica ſumere, neque ideo abortare.

Ej. *ægra dyſenterica* 1675. 4. HE.

Ej. *de venæ ſectione rite adhibenda* 1675. 4. HE.

Ej. *æger hypochondriacus* 1675. 4. HE.

Ej. & ZOPF *de vomitoriis rite adhibendis* 1676. 4. *.

Ej. & WEIGEL *ægra ſuppreſſione menſium laborans* 1676. 4. *.

Ej. & A. HAMPE *de ſuffimentis* 1676. 4. *.

Ej. *æger ſingultu ex febre maligna laborans* 1676. 4. A. BECKER.

Ej. *de morbo hypochondriaco* 1676. 4. *.

Ej. & auct. Grundel *de epilepſia* Jen. 1676. 4. *. 1683. 4. *.

Ej. *de epilepſia hyſterica* ib. 1676. 4. He.

Ej. *æger pollutione nocturna laborans* 1676. 4. A. Bucking.

Ej. *de paralyſi* 1677. 4. *.

Ej. & G. C. Schelhammer *de voce ejuſque affectibus* 1677. 4. *. egregia diſputatio.

Ej. *de elæoſaccharis .... præcipitatis* 1677. 4.

Ej. *de pharmacia diſſ.* VIII. 1677. 4. He.

Ej. *æger incubo laborans* 1678. 4. He.

Ej. & auct. Schott *de variolis & morbillis* 1678. 4. *.

Ej. & auct. Aeplin *æger incubo laborans* 1678. 4. *.

Ej. *de urinis earumque ſignificationibus* 1678. 4. *.

Ej. *de dentitione infantum* 1678. 4. He.

Ej. *de medicamentorum compoſitione* 1678. Haen.

Ej. & auct. Eckhard *æger hæmorrhoidibus dolentibus & immodicis laborans* 1679. 4. *.

Ej. & auct. Block *æger hæmorrhagia narium laborans* 1679. 4. *.

Ej. *æger nephritide laborans* 1680. 4. *.

Ej. & A. Muller *perniones* 1680. 4. *.

Ej. *de apoplexia* 1680. 4. *.

Ej. *æger vomitu cruento laborans* 1680. 4. *.

Ej. *de pervigilio* 1680. 4. He.

Ej. *de ſyncope* 1680. 4. He.

Ej. *de dolore iſchiadico* 1680. 4. *.

Ej. *de catarrho ſuffocativo* 1681. 4. He.

Ej. *de bubone peſtilenti* 1681. 4. He.

Ej. *virgo volvulo ex hernia laborans* 1681. 4. He.

Ej. ſ. qui ſe auctorem dicit, Dan. Henr. Ulrich, *æger peſte laborans* 1681. 4. *.

Ej. *æger laborans dolore iſchiadico* 1681. 4.

Ej. auct. Reſp. *æger laborans dolore iſchiadico* 1681. 4. *.

Ej. *de gibbere* 1681. 4. *.

Ej. *de chloroſi, ſ. fœdis virginum coloribus* Jen. 1681. 4. *.

Ej. *de peſte* ib. 1681. 4. HAEN.

Ej. *de venenis & bezoardicis* 1682 4. HE.

Ej. *æger vertigine laborans* 1682. 4. HE.

Ej. *æger paralyſi laborans* 1682. 4. HE.

Ej. *æger laborans ſyncope* 1682. 4. *.

Ej. & auctoris R. KINNER *æger eryſipelate laborans* 1682. 4. *.

Ej. & auctoris R. GERBERI *æger vertigine laborans* 1682. 4. *.

Ej. *æger paralyſi laborans* 1682. 4.

Ej. *morbi a faſcino* 1682. 4. *. Propriam habet hiſtoriam virginis, cui aciculæ de pectore poſt plurimos dolores eruperunt: Deinde animalcula de cutis poris erepſerunt, & ex femore avium unguiculi. Senſit tamen vir Cl. talem alioſque morbos, quos pro ſeculi ſuperſtitione faſcino tribuebant, & naturæ opus fuiſſe, & medicamentis ceſſiſſe. Calculi bilarii ter mille.

Ej. *chorea S. Viti* 1682. 4. *.

Ej. & LOEUW *de lue venerea* 1682. 4. *.

Ej. *de fluore albo* 1682. 4. *.

Ej. *de nutritione & atrophia* 1682. 4. *.

Ej. & KINNER *de raucedine* 1683. 4. *.

Ej. & auctoris J. M. BERTUCH *æger mictu cruento laborans* 1683. 4. *.

Ej. *de convulſione ad praxin clinicam accommodata* 1683. 1683. 4. *.

Ej. *de antipraxi viſcerum* 1683. 4. *. Auctoris R. SPIELENBERGER.

Ej. *æger mictu cruento laborans* 1683. 4. HE.

Ej. *de ægro catarrho ſuffocativo laborante* 1683. 4.

Ej. *vita humorum morbifica* 1684. 4. *.

Ej. & MULLER *de convulſione* 1684. 4. *.

Ej. *ophthalmia* 1684. 4. HE.

Ej. & NEUSE *de melancholia* 1685. 4. *.

Ej. *de hydrope* 1685. 4. *.

Ej. *de ictero* 1685. 4. HE.

Ej. *de peſte ſpicilegium* 1685. 4.

Ej. *de Saule energumeno* 1685. 4. HE.

Ej. & Hopf *de cephalalgia in genere* Jen. 1686. 4. *.
Ej. *de ſomno præternaturali* ib. 1686. 4. *.
Ej. *de clavo pedis* 1686. 4. He.
Ej. *de conſenſu partium* 1686. 4. He.
Ej. *de empyemata* 1686. 4. He.
Ej. *de fundamentis empiricorum* 1686. 4. He.
Ej. *de ſudore Chriſti cruento* 1686. 4. He.
Ej. *uſus cucumerum innoxius* 1686. 4. *.
Ej. *ægra dyſenteria laborans* 1687. 4. He.
Ej. *de peripneumonia* 1687. 4. He.
Ej. *de ſcorbuto* 1687. 4. He.
Ej. *de unguento anodyno* progr. 1687. 4.
Ej. *de naturæ miniſtro medico* 1687. 4. *. progr.
Ej. & J. Leonhard Hechtel *de nævis maternis* 1688. 4. *.
Ej. *de colica ſcorbutica* 1688. 4. He.
Ej. *de menſium fluxu immodico* 1688. 4. He.
Ej. *de phthiſi* 1688. 4. He.
Ej. *de quadrageſima medica* 1688. 4. He.
Ej. *de tuſſi* 1688. 4. He.
Ej. *venus medica & morbifera* 1688. 4. He.
Ej. *de morbo craſſo Hippocratis* 1688. 4.
Ej. *æger quartana laborans* 1688. 4. He.
Ej. *de cardialgia* 1688. 4. He.
Ej. *de bile ejuſque morbis* 1689. 4. *.
Ej. *naturæ miniſter medicus* 1689. 4. *.
Ej. *de ægro catarrho ſuffocativo laborante* 1689. 4. He.
Ej. *de contagio & morbis contagioſis* 1689. 4. He.
Ej. *de demonſtratione Hippocratica* 1689. 4. He.
Ej. *de ileo* 1689. 4. *.
Ej. *de morbis præcordialibus* 1689. 4. He.
Ej. *phyſiologia pulſus* 1689. 4. He.
Ej. *de ſimilitudine morborum* 1689. 4. He.
Ej. *de oblivione* 1690. 4. *.

Ej.

Ej. *de notis graviditatis* Jen. 1690. 4. *.

Ej. *de catalepſi rariſſimo affectuum* ib. 1690. 4. He.

Ej. *de inſomniis* 1690. 4. He.

Ej. *de palpitatione cordis* 1690. 4. *.

Ej. *de purpura puerperarum* 1690. 4. He.

Ej. *de tranſplantatione morborum* 1690, 4. He.

Ej. *de ileo* 1690. 4.

Ej. *de cucurbitula ſicca* 1691. 4. He.

Ej. *de amarorum natura & uſu* 1692. 4. He.

Ej. *de febribus intermittentibus* 1692. 4. He.

Ej. *de natura & uſu acidorum* 1692. 4. He.

Ej. *de ſuſpendio virginum* 1692. 4. He.

Ej. *de vini dulcis plenis* 1692. 4. He.

Ej. *de nyctalopia* 1693. 4. *.

Ej. *de fæcula Coa* 1693. 4. He.

Ej. *de mania* 1693. 4. *.

Ej. *de dulcium natura, uſu & abuſu* 1694. 4. He.

Ej. *de acidulis* 1695. 4. He.

Ej. *de thermis* 1695. 4. He.

Ej. *de paralyſi univerſali* 1695. 4. He.

Ej. *de morbis tartareis* 1695. 4. He.

Ej. *de aromaticorum natura, uſu & abuſu* 1695. 4. *.

Ej. *de arthritide* 1695. 4.

Ej. *de febre magna* 1695. 4. He.

Ej. *de frigore morbifero* 1659. 4. *.

Ej. *de hydrophobia* 1695. 4. *.

Ej. *de pruritu* 1696. 4. He.

Ej. *de oleis deſtillatis* 1696. 4. He.

Ej. *de fœtore præternaturali* 1696. 4. He.

Ej. *de acrium natura, uſu & abuſu* Jen. 1696. 4. *.
Ej. *æger memoriæ debilitate laborans* ib. 1696. 4. *.
Ej. *de febre ephemera* 1696. 4 He.
Ej. *de febre maligna* 1696. 4. He.
Ej. *de morbo Nabalis* 1696. 4. He.
Ej. *de verrucis* 1696. 4. *. Succus eſulæ in mitiori malo ſufficit.
Ej. *de cholera* 1697. 4. He
Ej. *de inflammatione renum* 1697. 4. He.
Ej. *de oleoſorum natura, uſu & abuſu* 1697. 4. He.
Ej. *de ſudore Anglico* 1697. He.
Ej. *de terreorum natura, uſu & abuſu* 1697. 4. He.
Ej. *de terrore* 1697. 4. He.
Ej. *de auſterorum natura, uſu & abuſu* 1698. 4. He.
Ej. *de corroſivorum natura, uſu & abuſu* 1698. 4. He.
Ej. *de metu* 1698. 4. He.
Ej. *de tinctura bezoardica eſſentificata* 1698. 4. He.
Ej. *de vino medico* 1698. 4. He.
Ej. *de ructu* 1698. 4. Haen.
Ej. *æger iſchuria laborans* 1699. 4. He.
Ej. *de lactis defectu* 1699. 4. He.
Ej. *lemmata medica* 1699. 4. *.
Ej. *bubo peſtilens* 1699. 4. *.
Ej. *de ſpaſmo cynico* 1701. 4. He.
Ej. *ſummaria critica* 1701. 4. ſi recte.
Ej. *de ſalſorum natura, uſu & abuſu* 1702. 4. He.
Ej. *de morbo phœniceo Hippocratis* 1702. 4. He.
Ej. *de purgatione mechanica* 1702. 4. *.
Ej. *de aquarum natura, uſu & abuſu* 1702. 4. He.
Ej. *de uſu ligaturarum in hydrope* 1703. 4. *.

Ej. *de theriaca cæleſti* Jen. 1703. 4. He.
Ej. *de cura palliativa* ib. 1703. 4. He.
Ej. *de herpete* 1703. 4. He.
Ej. *de hercule medico* 1703. 4. He.
Ej. *de dyſuria* 1704. 4. He.
Ej. *αγωνια Chriſti* 1704. 4. He.
Ej. *de vomitoriis* 1704. 4. He.
Ej. *de affectibus animi in genere* 1705. 4. He.
Ej. *de amauroſi* 1705. 4. He.
Ej. *de Lazaro ante portam* 1705. 4. He.
Ej. *de ſuppreſſione menſium* 1706. 4. He.
Ej. *de tumoribus teſtium* 1706. 4. He.
Ej. *de vita longa* 1707. 4. He.
Ej. *de apoplexia ex epitome praxeos clinicæ* 1707. 4. He.
Ej. *de dolore capitis* 1707. 4. He.
Ej. *de melancholia ex epitome* &c. 1707. 4. He.
Ej. *de paralyſi* itidem 1707. 4. He.
Ej. *de vertigine* itidem 1707. 4. He.
Ej. *de affectibus ſoporoſis & catalepſi ex epitome praxeos clinicæ* 1708. 4.
Ej. *de epilepſia* itidem 1708. 4. *.
Ej. *de incubo* perinde 1708. 4. He.
Ej. *de mania* perinde 1708. 4. He.
Ej. *de præſervatione variolarum retrocedentium* 1708. 4. Pe.
Ej. *de catarrho* 2 diſp. 1709. 4. *.
Ej. *de atretis* 1709. 4. He.
Ej. *de ſputo cruento* 1709. 4. He.
Ej. *de teneſmo* 1710. 4. He.
Ej. *de adſtrictione alvi* 1710. 4. He.
Ej. *de hæmorrhagia narium* 1710. 4. He.
Ej. *de phrenitide ex epitome* &c. 1710. 4. He.
Ej. *de præſervatione variolarum* 1711. 4. He.
Ej. *de ſale volatili oleoſo* 1711. 4. He.
Ej. *æger colica ſaturnina laborans* 1721. 4. He. Opium valde noxium eſſe.

Ej. *de impotentia virili* Jen. 1712. 4. *.

Ej. *de excutia ventriculi* ib. 1712. 4. *.

Ej. *ſynopſis qualitatum & effectuum medicamentorum* 1712. 4. He.

Ej. *de ophthalmia* 1713. 4. *.

Ej. *de tuſſi ex epitome* &c. 1714. 4. He.

Ej. *de ſtatu neutro* 1714. I. II. 4. He.

Ej. *de pleuritide ex epit.* &c. 1714. 4. He.

Ej. *de peſtilentia ex ſacris* 1714. 4. He.

Ej. *de viſus imbecillitate & defectibus* 1714. 4. *.

Ej. *de ſterilitate* 1714. 4. *.

Ej. *de ægra mola laborante* 1714. 4*. globo ponderoſo, duro, cum lacte in mammis.

Ej. *aſthma ſpaſmodico hypochondriacum periodicum* 1714. 4. He.

Ej. *de hæmoptyſi ex epit.* &c. 1714. 4. He.

Ej. *de hypercatharſi* 1714. 4. He.

Ej. *de phthiſi ex epit.* &c, 1714. 4. He.

Ej. *de fruſtranea & inconvenienti medicamentorum adhibitione* 1715. 4. He.

Ej. *de ſyncope & lipothymia ex epit.* &c. 1715. 4. He.

Ej. *de coſmeticis in ſacris* progr. 1716. 4. He.

Ej. *æger ictero calido laborans* 1716. 4. He.

Ej. *de angina ex epitome* &c. 1716. 4. He.

Ej. *de gutta ſerena caſus* 1716. 4. He.

Ej. *de palpitatione cordis ex epitome* 1716. 4. He.

Ej. *de ægra ſtrangulatione uteri ſyncoptica laborante* 1717. 4. He.

Ej. *de aſthmate ex epitome* &c. 1717. 4. He.

Ej. *de peripneumonia, empyemate & abſceſſibus internis ex epitome* 1617 4. He.

Ej. *de cantharidibus* 1717. 4. He.

Ej. *de catarrho ſuffocativo* 1717. 4. He.

Ej. *de morbo Jorami* 1717. 4. *.

Ej. & J. Christ. Wolf auctoris *de morbo ſpaſmodico epidemico maligno in Saxonia, Luſatia graſſante* 1717. 4. He. *. bona diſp.

 Ej.

Ej. *de colchico veneno & alexipharmaco* Jen. 1718. 4. *. Credulus colchicum ſuſpenſum peſtis pericula avertere perſuadetur.

Ej. *de hæmorrhagia narium ex epitome* ib. 1718. 4. He.

Ej. *de ileo* 1718. 4. He.

Ej. *de morbis acutis febre ſtipatis, ſ. febribus acutis continuis* 1719. 4. He.

Ej. *de paralyſi* 1719. 4. He.

Ej. *de officio ægrotantium* 1719. 4. He.

Ej. *de femina duodecim annorum profluvio ſanguinis laborante* 1719. 4. *.

Ej. *de cardialgia ex epitome* 1719. 4. *.

Ej. *de elixirio proprietatis* 1719. 4. He.

Ej. *de hydropico diureticis curato* 1720. 4. He.

Ej. *de mutationibus aeris* 1710. 4. He.

Ej. *de morbis ani Philiſtæorum* 1720. 4. *.

Ej. *de regimine puerperarum* 1720. 4. He.

Ej. *de ſtranguria ſenili* 1721. 4. He.

Ej. *de verberibus medicis* 1721. 4. He.

Programmata u. Lebenslauf G. W. Wedels Jen. 1723. 4. He.

Sed etiam libros non pauciſſimos edidit. *Opiologia* prima prodiit, *ad normam naturæ Curioſorum* conpilata Jen. 1674. 4. *. Analyſis aliqua opii chemica, ut memor ſis, eo ævo voces chemicas nondum accurate definitum habuiſſe ſenſum, ſal volatile enim vaporoſum opii nominat, quod idem ſit mercurius. Infantes ſæpe ab uſu Jalapæ ſumtæ dormire. Vires opii eſſe in ſulfure narcotico, hinc exhalatione ejus medicamenti vires frangi. Menſtrua, doſes. J. Theodorum Schenckium ob hæmoptyſin ſcrupulum integrum ſumſiſſe, ſe ad conpeſcendam diarrhœam contumacem grana decem dediſſe. Recte monet, opium ſæpe potius dolores ſopire, quam ſomnum facere; mihi per annos opio uſo, ſemel omnino ſomnum civit, plus centies excuſſit. Addit vir Cl. fere ſemper perſpirationem & ſudorem movere, nonnunquam vomitum ciere, raro diarrhœam (cum conſtantiſſime mihi alvum ſiſtat) In febre intermittente ſæpe profuiſſe: in continuis febribus & malignis melius operari, ſi cum volatilibus conjunxeris. Paracelsum grana tria in phrenitide felici eventu imperaſſe. Porro in quibus morbis conveniat, phthiſi &c.

Ej. *exercitationes pathologicæ* Lipſ. 1675. 4.

Ej. *Pharmacia in artis formam redacta* Jen. 1677. 4. *. Enchiridion operationum pharmaceuticarum, non excluſis fermentationibus, diſſolutionibus, metallorum etiam tractatione varia. Deinde producta chemica, aquæ ſtillatitiæ, balſama,

balſama, quæ inter oleum nucis moſchatæ expreſſum præfert. Cauteria quo efficaciora eo minus dolere. Cineres, & inprimis antimonium diaphoreticum. Eſſentiæ, extracta, feculæ, quas non putat inutiles eſſe. Olea, magiſteria, terrea tamen non facit maximi. Sales lixivi vegetabilibus formaliter inſunt. Sirupi, ſpiritus &c.

Ej. *theoremata medica, ſ. introductio in medicinam* Jen. 1677. 12 1692. 12.

Ej. *tabulæ ſynopticæ de compoſitione medicamentorum extemporanea* ib. 1678. f.*.

Ej. *de medicamentorum facultatibus cognoſcendis & applicandis ll. duo* ib. 1678. 4. *. De modo cognoſcendi de viribus, medicamentorum: malles hic ſignaturas omiſiſſet. Sapor. Experimentum. Qualitates Galenicæ. Claſſes medicamentorum per ſuos effectus. Deinde medicamenta topica, ut certe credebatur, cephalica, cardiaca, etiam ſplenetica, ex veterum placitis. Purgantia, eorumque formulæ, eadem gratiora. Jalapam laudat. Emetica fere reformidat. Aquam benedictam Rulandi ad inventoris ſcriptionem paratam præfert. Sudorifera ad expulſionem optima.

Ej. *de medicamentorum compoſitione extemporanea ad uſum hodiernum accommodata l.* Jen. 1678, 4. *. 1683. 4. *. Inter libros Cl. viri utilitate eminet. Formæ medicamentorum, pilulæ, pulveres, decocta, ad quamque formam doſes vehiculi, aut maſſæ, quæ medicamentum princeps recipiunt, & corrigentium. Ob elegantiam & gratiam has ſcriptiones ab omnibus laudari vidi.

Ej. *progreſſus Academiæ Naturæ curioſorum* Jen. 1680. 4. *. Elogium novæ ſocietis & catalogus membrorum.

Aliud programa cum *Dec.* II. *Ann.* I. dedit.

Ej. *amœnitates materiæ medicæ* Jen. 1684. 4. *. ex quatuordecim diſputationibus natæ. Generalia de actione medicamentorum, de modo quo eorum facultates adgnoſcantur Qualitates primæ; deinde ſecundæ & tertiæ, fere ut in *l. de medicamentorum facultatibus*, cephalica, thoracica, purgantia &c. ſed fuſius hic & per ſingula. Bezoardica, quibus multum tribuit. Recte monet, aliis venenis alia & alia auxilia opponi debere. Morbos peſſimos, etiam peſtem, ſi continuo mederi licuerit, poſſe a medico ſuperari. Dyſenteriam peſſimam tinctura bezoardica ſub initio morbi ſumta expugnatam, tum alios reſtitutos, qui cum infectos peſte inviſebant, prima ſymptomata peſtis jam perceperant. Quare ſemper & ubique debere ſub initia morbi alexipharmaca exhiberi.

Una prodiit *ſyllabus materiæ medicæ ſelectioris.* Ad titulos nempe indicationum ſola nomina & forma. Recuſus eſt Jen. 1735. 4.

Ej. *pharmacia acroamatica* Jen. 1686. 4. *. Quindecim ſunt diſputationes conjunctim recuſæ. Idem ordo qui *Pharmaciæ in artis formam redactæ*, & perinde operationes, ut vocant, pharmaceuticæ, & chemicæ, ſed plenius.

Ej. *pathologia medico dogmatica* Jen. 1692. 4. Pl.

Ej. *aphoriſmi aphoriſmorum, i. e. Aphoriſmi Hippocratis in poriſmata reſoluti* Jen. 1695.

Ej. *exercitationes pathologico practicæ therapeuticæ* ib. 1699. 4.

Ej. *exercitationes ſemeiotico pathologicæ* ib. 1700. 4.

Ej. *theoria ſaporum medica* ib. 1703. 4. *. Diſputationes undecim conjunctæ, acida nempe, ut vidimus, amara, auſtera, dulcia, aquoſa &c. Acidorum proprietates. Febrifuga eſſe tamen contra propriam hypotheſin fatetur. Mulieribus nocere. Deſtillando amarorem deſtrui, calefacere cæterum amara, ſiccare, acidum ſubigere, ſæpe alvum ducere, putredini reſiſtere, hinc morbis putridis bezoardicorum auxiliorum loco eſſe. Ita fuſe per omnia.

Ej. *l. de morbis infantum* Jen. 1717. 4. *. Accurate, etiam de atretis, arenulis, urina difficili &c. Plurimum formularum abſorbentium. A nævo caput infanti ad annum uſque duodecimum juſto grandius. Adverſus reſpirationem interceptam optimum auxilium eſt, vomitum ciere. Ad unguem & vulnera corneæ tunicæ pinguedo viperina. Pædanchone in vicinia Jenæ viſa. Morbos a faſcino admittit, ut tamen medicamentis ſanari poſſint Ipſe vidit, ſerpentem ab infante trimulo egeſtum. Febres infantum minus habent periculi. Eorum criſes ſeptimo die pro decimo quarto fiunt. Multum bezoardicorum & calidiorum.

Ej. *exercitationum medico philologicarum ſacrarum & profanarum Centuria* ib. 1702. 4. *. Huc faciunt ex his programmatibus primæ duæ *Decades* anni 1686.

Ej. *de morte Judæ proditoris.* Exempla volvuli & diſrupti inteſtini.

Ej. *de morte* M. Attilii Reguli *ex perpetuis vigiliis.*

Ej. *de vultu ſpeculo corporis.*

Ej. *de utero morborum auctore.*

Ej. *de coloribus medicis.*

Ej. *de catarrho & rheumatiſmo.*

Ej. *de pulſu & ſpeciatim intercurente.*

Ej. *de fundamentis methodicorum.*

Tertia Decas Jen. 1687. 4. *.

Ej. *de morbis ſenum Salomoneis.*

Ej. *de fortuna medici.*

Ej. *de potu calido & frigido.*

Ej. *de fundamentis empiricorum.*

Ej.

Ej. *de ſtatu aeris auſtrino.*

Decas IV. 1689. 4.

Ej. *de unguento nardino.*

Ej. *de morbo Hiobi.*

Ej. *de morbo craſſo Hippocratis.* Colicam eſſe ſcorbuticam. Calculi poſt multa tormina per anum egeſti.

Ej. *de morbo inſpectato.*

Decas V. 1691. 4. *.

Ej. *de paralyſi, torpore* &c. Dolore alicubi nato ſenſus & motus brachio redibat.

Ej. *natura morborum medica.*

Decas VI. Jen. 1692. 4. *.

Ej. *de polymathia medica.*

Ej. *de contractura dæmoniaca.*

Ej. *de morbo & herba ſolſtitiali.* Illum morbum phthiſin eſſe.

Decas VII. Jen. 1694. 4. *.

Ej. *de morbo R. Hiskiæ.* Anginam fuiſſe.

Ej. *de maza Hippocratis.*

Decas VIII. Jen. 1696. 4. *.

Ej. *De paralyſi univerſali, & particulari. De paralyticis S.S.*

De medicamine faciei. Coſmetica aliqua veterum.

Decas IX. Jen. 1699. 4. *.

Ej. *exſpectatione medica.*

Ej. *de hippocrate chemico, ex l. I. de diæta.*

Dec. X. Jen. . . . .

Ej. *de morbo ſapientiæ.* Spaſmum eſſe cynicum, ſed oriri ex vitio diaphragmatis, quo hoc loco vox φρενες pertineat.

Nonnulla programmata, quæ ſolitaria poſſideo, cum *diſputationibus* recenſui.

Eorumdem *exercitationem Centuria* II. Jen. 1704. 4. *. Sed nonniſi quinque hujus centuriæ decades prodierunt.

Decas I. pleraque diximus.

De

De claudis N. Teſtamenti.

De Baſilio Valentino vero artifice ejuſque ſcriptis.

Decas II. 1708. 4. *, Non facit ad nos.

Decas III. 1711. 4. *.

De formulis loquendi & præſcribendi medicis in ſ. ſcriptura.

De Paulo a vipera demorſo.

Decas IV. 1715. 4. *.

Præter jam dicta huc facit *de lepra in ſacris* quæ ſit lepra Arabum.

Decas V. ib. 1720. 4.

Duo programmata de morbo Jorami, qui ſit lienteria.

De hydropico divinitus curato.

Ej. *catalogus ſcriptorum* G. W. WEDEL Jen. 1679. 4. *. 1709. 4. B. BUN.

Ej. *praxeos clinicæ ſect.* 1. *de morbis capitis* Jen. 1710. 4.

Ej. *epitome praxeos clinicæ* Jen. 1720, 4.

Ej. *exemplar MS. praxeos clinicæ compendium ſecundum codicem* B. TIMÆI Jen. 1707. 4.

In E. N. C. multas obſervationes edidit.

Dec. I. *ann.* II. *obſ.* 43. dyſenteria, ſed indolens. Sanguis ſurſum in dyſenteria pariter egeſtus.

Obſ. 46. flatus per penem emiſſi.

Obſ. 125. viperæ adeps ad unguem utilis, ad tubercula, ad rubedinem, ad ophthalmiam.

Obſ. 126. incipiens cataracta felle viperæ diſcuſſa.

Obſ. 129. uſus terræ catechu in urinæ incontinentia felix.

Obſ. 193. a ſanguine grumeſcente lipothymiæ, palpitatio cordis.

Obſ. 198. diabetes, ut urina ter & ſexies potum ſuperaret, eventu funeſto: Id malum ſucci betulæ uberrimo potui tribuit.

Obſ. 230. a gibbo in infante paralyſis, & obſ. 231. univerſi corporis paralyſis, etiam ſphincterum, ſanata aromaticis, formicarum balneo.

Obſ. 233. phthiſis a pulmone purulento.

Obſ. 137. pulſuum intermittentium exempla.

Obſ.

Obſ. 238. In ileo opio conpreſſus vomitus, malum purgante medicamento ſuperatum.

Ann. III. ad 1672. obſ. 14. Vitriolum album in aqua ſolutum, inque nares datum, utile in catarrhis errhinum.

Obſ. 16. a calce viva in officina hauſta, calculus pulmonis calcarius.

Obſ. 21. hyoſcyami ſumti noxæ acidis ſuppreſſæ.

Obſ. 24. menſes per alvum fluentes.

Obſ. 141. A nummo deglutito ſapor ærugineus ſpiritu ſalis ſublatus, & puer a nummo argenteo argenteo majori intruſo adhibitis lubricantibus nihil paſſus; ſic ab anulis æneæ catenæ.

Ann. IX. X. obſ. 20. Vomitus ſanguinis in matrona demum funeſtus. Omnia vaſa inania, lien permagnus: vas breve calami ſcriptorii diametro, per cujus ramos, ſtyli, ut putat, in ventriculo caveam penetrabant; ventriculus ipſe ſanguine plenus, in hepate duo calculi. Pulvere ſtyptico ex laudano, & ſanguine draconis potiſſimum conpoſito, ſæpe ſe hoc malum ſanaſſe.

Obſ. 21. purpura ſcorbutica ab acuta illa diverſa.

Obſ. 41. Quartana, quam inverſam vocat, in qua duo paroxyſmi, tertiuſque dies liber.

Obſ. 84. A tuſſi urina præter voluntatem expulſa.

Obſ. 169. pila hœdina. Pila ex ventriculo cervi, moſchi odore.

Dec. II. Ann. I. Catalogum dedit *Naturæ Curioſorum.*

Obſ. 7. A lumbricis cruentus vomitus.

Obſ. 10. ſyncope in aliquot juvenibus ſimilis, in eorum altero lethalis, cum omnia revomuiſſet.

Obſ. 11. Excreſcentiæ & verrucæ tactu manus mortuæ ſanatæ.

Obſ. 159. pila pilis farcta ex ventriculo cervi.

Ej. *oratio de cauſis diritatis peſtilentialis*, in *appendice* hujus *Anni.*

Dec. II. Ann. II. obſ. 144. Senex ictericus periit, ſanguine per os, nares, aures, oculos effuſo.

Obſ. 145. pulſus intercurrens.

Obſ. 148. ſqq. Epilepticorum ſymptomata, inter alia pica abſurdorum.

Obſ. 160. qui toti frigidi vitam tamen traxerunt: exſpiratio frigida mortis nuntia.

Obſ. 182. diarrhœa cruenta cum teneſmo: deinde parenchymata quaſi lienis ſimilia ad libras aliquot egeſta.

In *Appendice* mors Arii & Judæ a rupto inteſtino.

Ann. VI. obſ. 5. 6. de incommodis ex uvulæ defectu natis. Mala deglutitio, ut adſumta regurgitarent, vox rancida.

Obſ. 217. Vera inflammatio renis cum maximo dolore.

Obſ. 218. Qui ſemuncem aloes ſumſerat nullo inde malo.

Ann. VI. obſ. 88. Poſt variolas tuſſis pulmonalis & tabes.

Obſ. 89. Lepidium cum pane comeſtum inſigniter antiſcorbuticum.

Obſ. 90. ad arthritidem ſpiritus & ſal volatilis lumbricorum.

Obſ. 115. in docto viro varices non abſque periculo apertæ.

In Centur. X. obſ. 81. Plica pene quatuor ulnarum longitudine.

Obſ. 82. Qui uncialem argenteum deglutivit, periit: nummus in cæco inteſtino, ſpaceloſo, repertus eſt, ipſe nigricans.

In *actis Hafnienſibus* vol. II. obſ. 44. de dyſenteria epidemica anni 1669. Gangrænoſos plurimos perire. Singultus funeſtus. Cum hydrope fere uteri prolapſum conjungi.

Obſ. 49. cor in dextro latere pulſans. Flatus per penem.

In *Actis Hafn.* Ann. III. obſ. 58. Canis ren a maximo lumbrico totus conſumtus.

Idem Valesci *de* Taranta *Philonium* Fr. Lipſ. 1680. 4.*. cum præf. edidit.

Et G. Rolfink *epitomen methodi cognoſcendi & curandi affectus* C.H. Jen. 1675. 4.

§. DCCXLI. Varii.

Christian Frid. Garmann Phyſici Chemnienſis diſp. inaug. *de nutritione infantum ad vitam longam* Lipſ. 1667. 4.

Ej. *de miraculis mortuorum* ll. III. præmiſſa eſt diſſertatio *de cadavere & miraculis in genere* Lipſ. 1670. 4.*. Hoc opus a filio auctoris Emanuele Henrico Garman recuſum Dreſd. 1709. 4. *. inſigniſſime auctum eſt. Spiſſa collectio. In præmiſſa diſſ. de cadavere longa ſeries mortuorum, ut putabantur, qui ad vitam redierunt, apoplecticorum, ſuffocatorum, lethargicorum, ſed miſtæ fabulæ veris. Ecſtaticorum exempla. Mortis contemplatio, & de vita poſt mortem ſuperſtite aliqua.

Diſſ. II. de miraculis, potiſſimum etiam de curationibus morborum miraculoſis,

culoſis, de morbis a *Deo* ave ſanctis immiſſis, ſanctorum & reliquiarum poteſtas medica, tum Dæmonum. Capillorum poſt mortem incrementum, a vita propria, & a ſua anima vegetabili factum. Cadavera, quæ poſt mortem mandere dicuntur. Multa de ſagis, de dæmonibus, deque ſagis a morte tam diu in ſepulchro mandentibus, peſtemque ſuſtentantibus, quoad cadavera earum capite truncarentur. Deinde vampyrorum fabella. Faciei a morte mutatio, morbique quorum ſimilis eſt poteſtas. Hiſtoriolæ cordis a flammis intacti; & hominum ignem impune tractantium. Abdominis a morte diſruptio, ut viſcera effundantur, ſic a venenis, & in Ario. Partus a morte exempla, & erectio penis, inque univerſum de hac ipſa erectione variis ex cauſis, etiam ab opio nata. Maculæ cadaverum, & maculæ indices veneni. Contagium cadaverum. Eryſipelas funeſtum ab adhalatione. Sed per omnia non datur ire.

Ej. *epiſtolarum centuria* pariter a filio E. Henrico edita Roſtock 1714 8.*. Tituli omnino ad rem medicam faciunt, diſſertationes autem leviter rem ipſam tangunt, ut ab epiſtolis familiaribus exſpectes, Sudoriferorum in malignis morbis, in venenis, laudes. De chirurgia infuſoria conſilia. Se etiam canibus liquores infudiſſe, diverſos autem ejuſdem liquoris infuſi effectus vidiſſe. Grana ſeptemdecim opii a cane impune tolerari, venis infuſa effectum ſuum edere. In catello modo nato varia ſe infudiſſe, effectum exſpectatum edidiſſe ſingula. Medicamento ſuo, quod cortice peruviano potius ſit, hypochondriacum morbum ſe curaſſe. Scorbutum poſcere diaphoretica, non purgantia. Maculæ ſcorbuticæ. quæ a morte adparent. Tumores poſt febres ſuperſtites in liene, ut etiam trium libr. cum ſemiſſe pondere eſſet. Sabulum in urina ſcorbuticorum, etiam flavum & nigrum viſum. Conſtans acidorum vomitus, cum malo ſtatu ventriculi conjunctus. Tumentes in ſcorbutico artus. Scorbutici difficulter purgantur, aphoni frequenter fiunt & derepente exſtinguuntur. Plura nunc quidem omitto.

Vita viri auctore Dan. Muller Chemniz 1719. fol.

Idem in E. N. C. Dec I. ann. I. obſ. 145. Lumbricus inteſtinum eroſerat, & tamen cum multi alii excreti fuiſſent, æger ſervatus eſt Ea fortuna noſtro iterato contigit.

Ann. III. obſ. 43. Calculus ſub lingua levis, ſponte prodeuns.

Obſ. 202. Extracto colocynthidis ſuperata melancholia.

Ann. VIII. obſ. 152. Triduana ſternutatio a ſuppreſſione menſium.

Ann. IX. obſ. 103. nimii menſes a terrore.

Ann. X. obſ. 56. 57. integer tractatus de epilepſia a cauſa interna nata.

Obſ. 185. Oſſiculum deglutitum, ex furunculo prope umbilicum poſt aliquot menſes prodiit.

Obſ. 186. fulguratus celeriter computruit.

Thomas de Murillo y Valverde presbyter, medicus regius. Ejus *relacion*

lacion philoſophica y medica, util para medicos y philoſophos, del verdadero temperamento frio e humido de la nieve, in qua ſe trata de ſus utilitades y dannos, y ſe reſponde a un tratado, que difienda, que la nieve tiene ſequedad a predominio Madrit 1662. 4. SEGRER.

EJ. *noviſſima, verifica & particularis hypochondriacæ melancholiæ curatio & medela* Liòn 1672. 12. *. & hiſpanice *aprobacion de ingenios y curation de hypochondrias* Saragoſſa 1672. 4. Plurimum ratiocinii arabici. Vigiliis opponit clyſterem opiatum, quem ego novi, ſomnum non adlicere. Venam in fluxione primum in talis ſecandam, deinde ſi res urgeat, cephalicam. Theriacam valde laudat, etiam in febribus epidemicis & peſtilentibus, ut ipſe in peſte ſit expertus, plurimiſque aliis malis, & demum in melancholia. Non chalybe ſe aperire, ad id officium inepto, ſed herbis & radicibus aperientibus. Contra balnei uſum. Contra antimonium. A ſeptem ejus granis hypercatharſin ſe vidiſſe.

EJ. *fabores de Dios hechos a la medicina græcorum contra* D. AUGUSTINUM BUSTOS DE OLMEDILLA Madrit. 1670. 4.

EMANUEL DOS REYS TAVARES Santirenſis *Controverſiæ Philoſophicæ & medicæ ex doctrina de febribus ſubtiliter lucubratæ* Lisboa 1667. 4. RAST. Theologica de medicis rebus tractatio, inutiliſſima, verboſa, potiſſimum quando ſibi nuperos aliquos refutandos ſumſit, ut MATAMORUM, GARCIAM, alios. Nihil ipſe præter immenſam GALENICAM ſubtilitatem habet.

LEONARDI AMATI *adverſariorum catena de jure galli veteris pro aſthmate* Panorm. 1667. 4. MONGIT.

ANTONII GALLEGO *oratio in funere* GERARDI NATERI, Panormi 1661. 4. MONGIT. ſi recte lego.

ANDR. ROSOTTI *ſyllabus ſcriptorum Pedemontii*, in quo brevis *librorum patriæ & nonnunquam vitæ notitia traditur.* Add. *Scriptores ſabaudi M. montis ferratenſes, & civitatis Nicenſis* Monteregali 1667. 4.

CAROLI LANCEANI PALTRONII *hippocratis oracula de febribus cum animadverſionibus* SPADONI Bonon. 1667.

MARTINI HANCKE *de quorumdam ſcriptis in publicum editis & clarorum virorum Sileſiacorum medicorum vitis* Breslau 1667. 4.

ERN. STOLMANN *hodegeticum & quæſtiones quinquaginta de peſte* Lipſ. 1667. 12. HAENEL.

EJ. *hodegeticum peſtilentiale ſacrum* Lipſ. 1667. 12. HANSEN, idem ut puto, liber.

J. C. F. *conſilium de peſte* 1667. 12. GUNZ.

JAN. KLENKII *oratio funebris in obitum* ARNOLDI SENGUERD Amſtd. 1667. 4.

DANIE-

Danielis Angeli *catalogus medicamentorum ſpagiricorum. Pharmacopœa ſpagyrica* Od. de Pepulis Dantiſc. 1667. 4.

Ej. E. N. C. ann. VIII. obſ 76. a nimia mandicatione nicotianæ inflammatio faucium, febris ardens, venæ ſectione & mitigantibus ſanata.

Obſ. 77. ex retro pulſa ſcabie, tumor ſubitus brachii.

Ej. *de compoſitione medicamentorum* Dantiſc. 1667. 8.

Circa hæc tempora prodiit Abdiæ Trew *Aſtrologia medica* quatuor diſputationibus comprehenſa. 1. *de abſurditate aſtrologiæ vulgaris.* 2. *de reſpectu corporum naturalium ad ſidera.* 3. *de homine ejuſque morbis, quatenus ſideribus ſubjiciuntur.* 4. *de applicatione aſtrologiæ ad medicinam & ſingulas ejus partes* Altdorf. 4. Obiit a. 1669.

§. DCCXLII. J. N. Pechlin.

J. Nicolai Pechlin Leidenſis *de apoplexia* diſſ. Leid. 1667. 4. *. Vir acuti ingenii, ſuo tempore anatomes & curioſæ praxeos clinicæ laude floruit, inque Sueciam vocatus auctor gentis fuit, quæ ad ſummos honores pervenit, hypotheſium Sylvianarum oſor.

Librum Leonicenæ omitto, quem non ignorem Pechlino vulgo tribui. Verum cum nullum certum teſtimonium mihi notum ſit, nolo viro præclaro aſperum in Præceptorem ſuum libellum tribuere.

Ej. *de purgantium medicamentorum facultatibus exercitatio nova* 1672. 8*. Leid. & Amſtd. 1702. 8. minus nitida. Phyſiologica & anatomica alias diximus. Quale ſit id, quod in purgante medicamento alvum movet: ſalſum, acre, volatile & oleoſum in purgantibus uniri, humores non ſubigere, purgantia ab emeticis, hæc a ſudoriferis gradu differre. Doſes non poſſe ex veteribus abſque ſcrutinio recipi, neque doſes adeo præciſe definitas eſſe. Cuti admota etiam alvum ciere. In chylum inque lac tranſire, & in univerſum ſanguinem. Sales volatiles purgantium vires mitigare. Ante paroxyſmum febrilem datum purgans potius alvum movet.

Ej. *de aëris & alimentorum defectu & vita ſub aquis* Kiel 1676. 8.*. Ad hortulanum Holmienſem, qui totis octodecim horis ſub aquis vixiſſe dicebatur. Magnum vero rerum ambitum noſter contemplatur, ſoporem etiam hibernum & hibernacula animalium. Homines reſpiratione aliquamdiu carentes. Olitoris vitalitatem nitroſis Sueciæ aquis tribuit. Aſitia, cujus tolerantia ſit a ſuppreſſa tranſpiratione & diminuto humorum motu.

Ej. *de epilepſia & contra eam remediis* Kiel 1678. 4. *.

Ej. *de hæmorrhagia narium* Kiel 1680. 4. *.

Ej. *Theophilus bibaculus* Francf. 1684. 4. *. Theæ vim eſſe in ſale volatili

cum adſtringente vi conjuncto. Salutarem ejus vim eſſe in ſcorbuto, calculo, podagra, viſcore ſanguinis & denſitate acida debellandis, nimium theæ favens.

Ej. *obſervationum phyſicomedicarum L. III.* Hamburg 1691. 4. *. Inſigne opus multa nunc experti medici. Exempla aliqua profero. Urina ſuppreſſa ad alvum converſa. Vermiculi in urinis. Hydatides uteri. Lympha uterina acris, ſalſa, pene cauſtica. Uteri cancer. Colis gangræna cum magnis ſymptomatibus, tamen reconciliata. Menſes præcoces in teneris puellis. Menſes coitu excitati. Sanguinis vomitus & dejectio in gangræna, abſque periculo. Menſtrua de verticis cute exſudantia, perque ulcus pedum, per nares, per tuſſim. Cæcitas inde menſtrua feminæ, cui alvo conſtipata. Poſt diuturnum ciborum vomitum demum volvulus. In moniali oſſicula pro miraculoſis habita, forte tendinum indurationes. Enormis vomitus ſeroſus. Neque cum ictero vitia veſiculæ felleæ conjuncta, neque cum ea obſtructione icterum. Hydrocephali interni exemplum, ſanguine in ipſam cerebri naturam effuſo. Vermes ut pertinaciter ad inteſtina adhæreant. Amara adverſus vermes noſter imbellia reperit; feliciter vero exhibuit viſcum, cum mercurio dulci & diagrydio. Scorbutus: etiam in Italia maritima locum habet. Morbus inter ſcorbutum & luem veneream ambigens. Lues venerea; ſalivatio PECHLINO diſplicet. Polypus cordis verus. Arteriæ pulſus ſuo loco nullus, & alieno loco repertus; & in linea alba. Pulſus a flatubus intermittens. Contra ſelectum venarum &c. Calculi tuſſi rejecti. Cuticula petroſis apophyſibus diſtincta, quotannis lamellatim delabens, novaque renaſcens. In homine, cui a lapſu paralyſis artuum inferiorum, penis tamen erectio. Cruſtæ corneæ de toto dorſo boum erumpentes. A vomitorio ſudor, cum æger ſtragulis ſe tegeret. In lienteria pulveres adſtringentes immutati prodierunt.

In E. N. C. *Dec.* I. *Ann.* IX. X. In ſcorbutica femina, cui odontalgia moleſta erat, vermiculi quinque pedati & pediculorum non diſſimiles detecti.

Obſ. 27. hæmoptoe menſtrua.

Obſ. 28. menſes tertio jam a nativitate anno conſpicui, & ante ſeptennium albus fluor.

Obſ. 29. ſanguis abſque malo de utero gravidæ ſtillans.

Obſ. 30. Quartanæ paroxyſmus hypercatharſi quadraginta ſedium ſuppreſſus, tamen redivivus quoad febris ſponte evaneſceret.

Obſ. 31. membrana lienis concremento lapideo obducta. Sic arteria aorta inferior ejuſque rami.

Epiſtolæ inter SCHELHAMMERIANAS exſtant.

§. DCCXLIII. NUPERI.

CLAUDII PERRAULT medici pariſini *eſſais de phyſique ou recueil de pluſieurs traités* Tom. I. Paris 1680. 8. *. T. II. 1680. 8. *. T. III. 1680. 8. *. T. IV. 1688. 8. *. Etſi architecturæ, protectore COLBERTO, & anatomiæ animalium totum ſe dedit,

dit, ſunt tamen in collectione operum aliqua & magni momenti ſcripta, quæ ad morborum hiſtoriam & curationem plurimum faciunt. Nempe in Tom. IV. primum quæritur de dolore, & de voluptate. Animam confuſis cogitationibus externas motiones dirigere, cum his cogitationibus connexas. Confuſas enim eſſe, cum cauſas ipſa ignoret, quare ſpiritibus certos motus imprimat. Impreſſiones multæ ſenſuum, quæ in principiis vitæ humanæ expreſſas cogitationes excitaverant cum ætate confuſæ & ſine reflexione ſunt. Animam ſæpe male ſympathias gubernare, cum per cogitationes confuſas gubernet. Animam contractionem muſculi aliquando operari, ut ea non a ſtructura muſculi pendeat. Vides ſyſtema Stahlianum. In eodem T. IV. & prius a. 1667. agit de transfuſione ſanguinis, quam improbat. A coacto ſanguine canem periiſſe.

Idem de venenibus inteſtinalibus, qui vomitu reddebantur, innumeris. Eos frigus ſubito occidebat, quare noſter huic mala opponere ſuadet *Mem. avant.* 1699.

Ejus elogium *Journal des Savans* 1689.

Soleysel *le parfait Maréchal.* Hoc opus, quantum memini a. 1667. primum prodiit, etſi nunc nulla teſtimonia poſſum producere. Sæpe recuſum eſt cum titulo le P. M. *qui enſeigne a reconnoître la bonté & les défauts des chevaux, leurs maladies, leur guériſon, leur ferrure* &c. Paris 1667. 4. 1684. 4. 1698. 4. 1746. 4. 1754. 4. Genev. 1677. 4. B. B. Lion 1718. 8. Germanice & Gallice Baſil. 1706. 4. Anglice auctius a Guil. Hope Lond. 1696. fol Malus anatomicus, mala & incerta dedit medicamenta, morborum cauſas ſpurias, eventus nunquam viſos. Vittet.

Vertit etiam Ducis de Newcastle *nouvelle methode pour dreſſer les chevaux* Paris 1677. 4.

Sub nomine le Bossu edidit *le Maréchal methodique & Dictionaire de tous les termes de cavalerie & la connoiſſance parfaite des tous les chevaux d'après les meilleurs auteurs & les mémoires de* M. Descampes.

In P. du Tertre *hiſtoire des îles Antilles* T. III. Paris 1667. 4.*. excuſa præter plurima ad materiam medicam facientia, aliqua ad artem propius ſpectantia habentur. Luem *Lepian*, quæ ſit venerea, indigenam Caraibum morbum eſſe, a ſordido vitæ genere, & ab eſu lacertarum natum. Habere eam gentem medicamenta, eaque potentia, ſed ad omnes morbos abſque juſto diſcrimine adhibere. Laborare febribus intermittentibus autumnalibus; & morbo oculorum contagioſo. Cum oculus Prætoris du Parquet cataracta tentaretur (ſed videtur pterygium fuiſſe) ſucco plantæ tactam, deinde linteo mundatam, membranulam delapſam eſſe. Leviter ſcarifare acutis animalium dentibus. Furunculos ſpina Rajæ aperire. Morbi colonorum gallorum. Febres intermittentes tertianæ, duplices tertianæ, quotidianæ advenas continuo invadunt. Sed & febres acutæ, pleuritides, colicæ bilioſæ, dyſenteriæ hic redeunt. A frigore concepto dolor femorum, vires frangens miſeros debilitat, nuper advenas, tum melancholia; & paralyſis univerſorum nervo-

nervorum; egeni etiam ulceribus crurum infeſtantur. In vehemente cephalæa ſæpe utiliter venam frontis ſecari.

F. J. R. *les vertus & propriétés de l'antimoine, l'uſage & les propriétés des taſſes antimoiniales* Lion 1667. 8.

ANTONII DE SGOBBIS Pharmacopolæ Montagnanæ nati, *nuovo ed univerſale teatro farmaceutico* Venez 1667. fol. magnum & fuſum opus. In Tom. I. Pharmacopœa Galenica, cum nonnullis chemicis *deſtillationibus*. Innumerabiles hic compoſitiones offendas, ſæpe STECCHINI, non raro tamen ex aliis pharmacopœis ſumtas, etiam elixiria, ſpiritus ſimplices & compoſitos, olea ſtillatitia. Ad ſingulas fere compoſitiones, noſter ſcriptiones & encheireſes diverſorum ſcriptorum comparat. Sirupi innumeri, & ſingularum formularum numeroſiſſima ſpecimina.

MICHAEL XIMENEZ MELERO medicus Hiſpalenſis ſcripſit, *alegato juridico al fabor del derecho y coſtume, que tienen de preceder en las conſultas y funciones curativas los medicos revalidados a los doctores menos antiguos* Sevilla 1667. fol.

EJ. *propugnaculo del alegato juridico a fabor del derecho que tienen a preceder en las conſultas los medicos revalidados menos antiguos de la univerſidad de Sevilla contre requeſta a la* I. *parte de la queſtion, que con impropriedad llaman Medicolegal por el* G. ALFONSO SOREA CORNEJO Hiſp. 1697. fol.

EJ. *apologia pro curatione apoplexiæ ſ. veridad ſer nubes de calumnia ſaſisfacion, que da a un corſo, que non ſia artificio de la alegacion apologetica, que publica contra algunas dudas el* D. CHRISTOVAL RUYS PEDROSA Y LUQUE *en cuyo diſcorſo intenta probar, ſer probabiliſſima y mas provable, que la contraria opinion, que admite qualidades ocultas en la medicina* .... C. de V.

PEDROSÆ nomen oſtendit horum temporum eſſe.

MICHIELE GIUSTINIANI *ſcrittori Liguri* Rom. 1667. 4. B. BUN. Librorum hic recuſorum titulos paſſim citavi.

PELAGIO SAGAPENE, BRUNO CIBALDI *cum approbatione del ſuo diſcorſo intorno all uſo dell aqua vita* Palermo 1667. 12. MONGIT.

A Choice manual or rare and ſelect ſecrets in phyſik and ſurgery Lond. 1667. 12. GUNZ.

COLOMBIERE *l'hiſtoire des hommes illuſtres françois* Paris 1667. 8. CARR. ſi huc facit.

J. HENR. POSEWITZ *Unterricht vom menſchlichen Alter* Quedlimburg 1667. 4. B. THOMAS.

CAR. DE GOGLER *Haus- und Feldapothek* Francf. 1667. UFF. 1674. 8. TR. 1678. 8. TR. 1686. 8. TR.

MICHAEL

Michael Crugener *de materia perlata* (Germanice) Budiſſin 1667. 8. Tr. Ratisbon 1676. 8. Nic. 1679. 8. Tr.

Ej. *Continuation ſeiner mediciniſchen Epiſteln, worinnen der Nuz der Medicin materia perlata dargeſtellet wird* Regenſpurg 1680. 8.

Nuzlicher Bericht, wie man ſich vor der Peſtilenz hüten, u. ſo man mit derſelben behaftet wiederum curiren möge. Auf Befehl des weiſen Rahtes zu Baſel 1667. 4. *. Formulæ valde compoſitæ & calidæ.

Ortus & progreſſus Clyſmaticæ, oder der Anfang und Fortgang der neuerfundnen Clyſtierkunſt 1667. 4. Inventum Elsholzio vindicat.

Wohlgemeinte Ueberlegung der Hauptgründe, welche in einem ſogenannten ortu & progreſſu clyſmaticæ novæ angeführt werden. 1667. 4. Contra chirurgiam infuſoriam & transfuſoriam.

§. DCCXLIV. Ehrenfried Hagedorn.

Ehrenfried Hagedorn ſub Schenkio diſputavit *de mania puerorum a faſcino* Jen. 1667. 4. *.

Ej. *de terra catechu, ſ. japonica ad normam naturæ curioſorum* Jen. 1679. 8. *. Curationum hujus ſpiſſati ſucci ope peractarum exempla. Ptyaliſmus catarrhalis, compreſſus terra japonica, cum gummi tragacanthæ miſta, ſic hæmorrhagia narium: ſed & tuſſis cum pectoris anguſtia, & phthiſis, & hæmoptoë, & pene omnes alii morbi. Proprias ad curationes noſter provocat.

Ej. *Cynosbatologia* Jen. 1679. 8. *. 1681. 8. Spongia cum ovis inſecti in eam depoſitis. Utilitas ad innumeros morbos.

Ej. *obſervationum & hiſtoriarum medico practicarum rariorum centuriæ tres* Rudolſtadt 1698. Tr. Görliz 1698. 8. *. Adnotationes in praxi medica natæ perbreves. Epilepſia, quæ ex pollice pedis adſcendebat, & alius caſus ejus mali, ex repreſſis achoribus nati, exque ſcabie. Fragor in abdomine epileptici editus, bonis cum ægræ rebus. Ex narium hæmorrhagia expugnata, epilepſia, aphonia, cæcitas, & mania. Prunarum funeſtus vapor. A demerſione in fluvium cephalalgia, & lethargus, tandem ſuperatus. Poſt iſchuriam apoplexia. Catalepſis, cujus incerta cauſa. Eryſipelati capitis adplicata frigida: inde delirium & mors. A cephalalgia ſuturæ dehiſcunt. Gravida femina melancholica, excitato vomitu ſanata. Cerebrum de naribus & ore poſt mortem effluens. A ſternutatione violenta cæcitas ſubita, quam mors ſecuta eſt. In ſcorbutico homine ſanguis de naribus ad mortem uſque fluxit. Oſſiculo educto dolor aurium ſopitus. Lympha de naribus ubertim manans. In aſthmate convulſivo profunda circa imum ſternum fovea naſcebatur. Ab arſenico ſumto mors. Phthiſica reddens oſſicula ramoſa, prædura. Hæc ſpeciminis loco ex prima centuria decerpſi.

Idem Martini Rulandi *ſecreta ſpagirica* edidit.

Id. in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* II *obſ.* 246. In febre maligna glandulæ inſigni mole catenatim connexæ, per alvum redditæ, intus adipoſæ.

Ann. III, *obſ.* 26. duriſſima alvus, ſex tartari emetici granis ſoluta.

Obſ. 27. Poſt variolas ſanguis per os, tunc per inteſtitia digitorum.

Obſ. 28. Poſt variolas vermiculi per lotium redditi.

Obſ. 214. Ulcera chronica fonticulis curata.

Obſ. 216. Olei lini efficacia in pleuritide.

Obſ. 219. de ulcere femoris quaſi carbones & globuli piloſi egeſti.

Ann. IX. X. *obſ.* 72. Gryllum canorum urinam retentam & calculos pellere.

Obſ. 73. in melancholia feminæ gravidæ ſalutare emeticum.

Dec. II. *ann.* I. *obſ.* 163. ab odore tincturæ cantharidum lotium cruentum. Fonticulorum concretionem eadem impedit.

Ann. III. *obſ.* 70. qui araneis devoratis delectabatur.

Ann. V. *obſ.* 87. Popularis potus fermentatus ex ſphondylio cum farina ſecalina fervente: ad viſcerum obſtructiones, & febres intermittentes valet.

Obſ. 88. ex uſu arcani tartari diarrhœa.

Obſ. 89. Cum urina pauciſſima & ſanguine tincta redderetur, chalybis uſus utilis fuit.

Obſ. 90. femur enormiter tumens.

Obſ. 91. liquor de quercubus annoſis vitriolicus, percolatus & parti dolenti in podagra feliciter impoſitus,

Obſ. 95. aqua apoplectica illita capilli canuerunt.

Ann. VI. *obſ.* 144. intra octiduum quartana febris pediluviis ſuperata.

Obſ. 145. In femina anno ætatis 92. redeuntes menſes, quos poſt annum ceſſantes cæcitas excepit.

Ann. VII. *obſ.* 158. Cinnabarim nativam cum antimonii cinnabari alvum duxiſſe.

Vita viri a SAMUELE LEDEL deſcripta eſt in E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* II. *Append.*

§. DCCXLV. CAROL. RAYGER.

CAROLUS RAYGER *de ſalivæ natura & vitiis* Argent. 1667. 4.

Præſide J. ALBERTO SEBIZ diſputavit IDEM *de inedia* ib. 1667. 4.

ID. in E. N. C. *Ann.* III. *obſ.* 281. Data theriaca rubor de univerſo corpore effloruit, de iſto exanthemata grani milii vix æqualia, ichore albo plena. Porro calidis

calidis datis adgnitus morbus *Frieſel*, res eo tempore, ut videtur, in Hungaria nova.

Obſ. 282. mors ſubita, valvulæ in exitu aortæ oſſeæ.

Obſ. 283. calculus felleus olivæ figura. Laudat hic vires medicas lapidis *del porco*.

Obſ. 284. urina alba, craſſa, acidulis Egranis in naturalem ſtatum reſtituta. Calculoſus reddebat urinam mucoſam; & in iſchuriam incidit.

Obſ. 285. tumor puellæ circa lumbos. In cadavere ren conſumtus, pelvi arenulis plena, calculo uretere inpacto.

Obſ. 287. abſceſſus abdominis per umbilicum egeſtus, bono cum eventu.

Obſ. 288. Coronam urinæ merum eſſe effectum refractionis. Hoc anno in appendice prodiit RAYGERI verſio *agloſſoſtomolaliæ* ROLANDI DE BELLEBAT.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IV. & V. *obſ.* 3. Mors continuo poſt paracenteſin ſecuta, & abdomen perinde aqua plenum. Hepar viſcore & ſanguine obductum, inteſtina inflammata. In femina anaſarca laborante inteſtina ſcrofulis adſperſa, ſic hepar; in ſcrofulis tofacea maſſa.

Obſ. 4. convaleſcenti a morbillis parotides funeſto eventu eruperunt.

Obſ. 5. vermes in meatu auditorio maximi doloris cauſa.

Obſ. 6. ventris dolor, pedes tumidi, ſubitæ porro convulſiones, abdomen tumidiſſimum, mors ſubita.

Obſ. 7. poſt morbillos pleuritis ſudoriferis ſublata.

Obſ. 8. In pleuritico, ſumto emetico languor, dolor abdominis alter pes immobilis, inſenſilis, hæc mala difficulter ſuperata. (In pleuritide & peripneumonia doctum medicum vidi, frequenter emeticum propinare, indeque, cum ſingultus ſequerentur pertinaces, inductus fui, ut mortui corpus inciderem. Ventriculus ab uſu tartari emetici perinde inflammatus erat, ut ſolet eſſe ab arſenico).

Obſ. 9. poſt variolas univerſi corporis paralyſis.

Obſ. 11. poſt diuturnum aſthma pulmones in cadavere ſani: in veſicula fellis ingens calculus; inde forte alvus difficilis.

Ann. VI. VII. *obſ.* 200. in puello lienteriæ ſanguineæ.

Obſ. 203. abortus bis per venæ ſectionem averſus.

Obſ. 201. epidemicus icterus facile ſanabilis.

Obſ. 209. utile in hæmoptyſi oleum lini.

Obſ. 215. Serpens, ſed à morte, de homine exeuns.

Ann. VIII. *obſ.* 58. Molecula de inteſtino pueri, quam habuit pro pullo cervino: incredibilis hiſtoriola.

Obſ. 59. maculæ nigræ inter morbillos efflorescentes exemplo.

Obſ. 63. ob dentium ſævos dolores perpetuus & innoxius opii uſus.

Obſ. 64. Dyſenteria nulla fructuum horæorum cum culpa, infantibus ægris funeſta. Vomitus bilioſus mali erat ominis. Viginti quatuor ante mortem horis pulſus & caloris exſtinctio ſalvis ſenſibus, quod ipſum etiam vidi.

Ann. IX. X. *obſ.* 109. Corpus peregrinum triduo in faucibus hærens, vomitu excuſſum. Ab oſſiculo in gula hærente repetitus vomitus, quo demum ipſe hoſtis expulſus fuit.

Obſ. 110. iſchuria cum ventris tumore, ſuccedente hemiplegia, crure altero convulſo.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 23. Mandragoræ radix podagram curat. Ab opio in podagrico epilepſia.

Obſ. 24. a lapſu, integra cute lien ruptus, ſanguis in abdomen effuſus.

Obſ. 26. Cum hydrops exſpectaretur, reperta eſt omenti enormis moles duro adipe repleti. Aliud exemplum: unde vomitus omnium adſumtorum.

E. N. C. *Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 134. Radice armoraciæ con tuſa corpori inſperſa, ſudor motus, arthritis ſuperata.

Obſ. 135. Poſt magnam hæmorrhagiam putrida lochia deceſſerunt, funeſto demum eventu.

Obſ. 136. Catarrho hydrops ſuperveniens.

Obſ. 137. Aſthma ex hydrope pectoris, cum pulmone calculoſo.

Obſ. 138. febris tertiana comatoſa, ILL. WERLHOFIO dicta.

Obſ. 139. dolor tumidi abdominis, calor perpetuus, tabes; in pulmone & meſenterio ulcera.

In MANGETI *Bibl. Chirurg.* puella ſine cerebro nata.

Diſtingui debet a WILHELMO RAYGER equite Hungaro, cujus eſt nephriticus pulvis ex oculis cancrorum, teſtis ovorum, operculis limacum: & a CAROLO nepote, quem dicemus.

§. DCCXLVI.

§. DCCXLVI. A. H. Fasch. Irenæi Vehr.

Augustinus Henricus Fasch Profeſſor Jenenſis *de chylificatione læſa* Jen. 1667. 4. Pl.

Ej. *de gutta roſacea* ib. 1669. 4. Hef.

Ej. *de morbo dominorum & domino morborum* Jen. 1670. 4. Haenel.

Ej. *Ordo & methodus conſiderandi parturientes* Jen. 1671. 4. Haenel.

Ej. *de veſicatoriis* Jen. 1673. 4. Hef.

Ej. *mulier melancholia hypochondriaca laborans* Jen. 1674. 4. Hef.

Ej. *de purpura puerperarum* Jen. 1674. 4. Mong.

Ej. *de cholera humida* Jen. 1675. 4.

Ej. *conſultatio medico practica proponens ægrotum arthritico nephriticum* ib. 1675. 4. Trew.

Ej. *de reſpirationis læſionibus hypochondriaco ſcorbuticis* 1677. 4. Haenel.

Ej. *de medicina proſthetica* 1667. 4. Hef.

Ej. *de dyſenteria* 1678. 4. Hef.

Ej. *de dyſenteria epidemica* 1678. 4.

Ej. *ægra hectica laborans* 1678. 4. Hef.

Ej. *de phthiſi* 1679.

Ej. *de epilepſia* 1679. 4. Riv,

Ej. *de ſuffocatione uterina* 1681. 4. Haenel.

Ej. *de autocheiria* 1681. 4. Haenel.

Ej. *de peſte* 1681. 4. ib.

Ej. *anthrax peſtilens* 1681. 4. *.

Ej. *de diarrhœa* 1681. 4. Hef.

Ej. *de circulatione lymphæ & catarrhis* 1682. 4. Hef.

Ej. *rachitis* 1682. 4. *.

Ej. & Cl. Loeuw *de morbo hungarico* 1682. 4. *.

Ej. *de oedemate* 1683. 4. *.

Ej. *de arthritide vaga ſcorbutica* 1683. 4. Haenel.

Ej. *Parotides* 1683. 4. *.

Ej. *de doloribus poſt partum* Jen. 1683.

Ej. *de mola* ib. 1684. 4. *.

Ej. *ſterilitas* ib. 1684. 4. *.

Ej. *de dyſenteria* 1684. 4. *.

Ej. *de febre quartana intermittente* 1685. Hef.

Ej. *ſpicilegium peſtis* 1687. 4. Hef. Pl.

Ej. *de peſte* 1685. Haenel.

Ej. *prædictio mortis* 1686. 4. *.

Ej. *de amore inſano* 1686. 4. *.

Ej. *de epilepſia* 1686. 4. Riv.

Ej. *de intemperie corporis humani morborum fœcunda matre* 1687. 4. *.

Ej. *de anorexia* 1687. 4. *.

Ej. *de ſuffocatione hyſterica* 1688.

Ej. *de febre hectica* 1688. 4. Haenel.

Ej. *de febre amatoria* 1689. 4. Haenel.

Ej. *de chylificatione læſa* 1689. 4. Haenel.

Ej. *de morbillis* 1689. 4. Haenel.

Irenæi Vehr Profeſſoris Francofurtini ad Viadrum.

Ej. *diſp. de eryſipelate* Altdorf. 1667. 4. Pl.

Ej. *de methæmochymia* Francof. Viadr. 1668. 4. *. de chirurgia transfuſoria. Mauritio Hofmanno inventam tribuit.

Ej. *de gonorrhœa* ib. 1674. 4. *.

Ej. *de febre continua epidemica Marchiam infeſtante* abſque anno.

Ej. *de anima fœtida* ib. 1679. 4. Pl.

Ej. *diſp. exhibens ægrum quartanarium* ib. 1680. 4. Riv.

Ej. *de phantaſia morborum parente & medicina* Auctore Kaldenbach. ib. 1681. 4. *.

Ej. *delirium ex ventriculo* ib. 1682. 4. Riv.

Ej. *de mictione chyloſa* ib. 1682. 4. Vater.

Ej. Diſp. *qua unus Androcles cum cæteris ſui generis expeditur* ib. 1683. fol.

Ej. *de abortu* ib. 1684. 4. *.

Ej. *de hydrope ſicco* ib. 1686. 4. Riv.

Ej.

Ej. *de oxyregmia* Francf. Viadr. 1689. 4. Ph.

Ej. *de ſuſpirio & ſuſpirioſo* ib. 1689. 4. Hn.

Ej. *de aſtroboliſmo* ib. 1690. 4. Pl.

Ej. *de medicamentis ſanguinem purificantibus* ib. 1692. 4. Menz.

Ej. *de minis medicis* ib. 1693. 4. Menz.

Ej. *reſolutio caſus ægri ſanguinem revomentis* ib. 1696. 4. Ph.

Diſſ. *qua diaceltateſſon Helmontii exponitur* ib. 1698. 4. Riv.

Ej. *de affectione marmorea* ib. 1698. 4. Hn.

Ej. *de læto & læſo ſpiritu mundi parvi in cerebro generatore* 1698. 4. Haenel.

Ej. *de mania* ib. 1701. 4. Pl.

Ej. *de melancholia ex utero in puerpera obſervata & curata* ib. 1705. 4.

Ej. *de phthiſi pulmonali hæmoptoicorum* ib. 1708. 4. *.

Ej. *de ictero fuſco cum plica polonica ex ſuppreſſione menſium* ib. 1708. 4. *. Sanatus. Parentatio Francf. Viadr. 1709. fol.

§. DCCXLVII. Aliæ. Disputationes.

J. Henr. Fuhrsen *de catarrho* Leid. 1667. 4. Moell.

Moesmann Dop *de comate ſomnolento* Leid. 1667. 4. *.

Nic. Vermeiren (Fr. Sylvii) *de cordis palpitatione* Leid. 1667. 4. *.

J. Elsworth *de variolis* Leid. 1667. 4. *.

Cornelii Porta *methodus medendi* Leid. 1667. 4. *.

J. Spragge *illuſtres aliquæ poſitiones de univerſa medicina* Leid. 1667. 4. *.

C. Westwoude *de arthritide* Leid. 1667. 4.

Adolph. Visscher *de diæta* Leid. 1667. 4. *.

Petrus Bonckenbergh *de phlegmone* Leid. 1667. 4. *.

J. Frid. Helwig *de medicinæ excellentia* Roſtock 1667. 4.

Frid. Wilh. Schaeffer *de paſſione iliaca* Altdorf. 1667. 4. Pl.

J. Dan. Dorstenius *de phthiſi* Marburg. 1667 4.

Ej. *de atonia Laamheit der Glieder* ib. 1682. He.

Ej. *de ſucci nutritii ſtatu naturali & præternaturali* Marburg. 1688. 4. He.

Ej. *de natura medicinæ* ib. 1691. 4. He.

Ej.

Ej. in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III *obſ.* 60. Lumbricus teres peritonæo adfixus, quod perforaverat: inteſtina ſphacelata, in putri liquamine natantia; nullum foramen in ventriculo repertum, nullum in inteſtino.

Obſ. 63 tuſſis ſicca cum aſthmate, & rejecti ſubinde calculi.

Obſ. 152. puer totus hydropicus, etiam in capite & univerſa ſub cute.

Obſ. 153. in puero quinquenni poſt vehementes vomitus & dolores cum veneni ſuſpicione, & mors. Inteſtinum intus ſuſceptum. Ventriculus alteri ventriculo incluſus, quas voces vix intelligas. In utroque cordis ventriculo polypi.

J. Joachim Zentgraf *de tactu R. Franciæ quo ſtrumis laborantes reſtituuntur* Witteb. 1667. 8.

Ej. *de ſuperſtitione & remediis ſuperſtitioſis* Argent. 1677. 4. ita lego.

J. Christ. Nettelblatt *de epilepſia* Lipſ. 1667. 4. B. Tig.

J. Strauch *de ſyncope* Witteberg. 1667. 4. Minz.

Salomon Eichler *de cauſo* Lipſ. 1667. 4.

Ej. *de putredine* Lipſ. 1667. 4. Haen.

Simon Corfinius *de morte in undis contra* Servium & Synesium Præſ. Jac. Thomasio Lipſ. 1667. 4. 1692.

Ej. *de catalepſi* Lipſ. 4.

Georg Trinkhusius *de curatione regum per contactum* Jen. 1667. 4. Pl.

J. Andr. Schlegel *de phthiſi* Jen. 1667. 4. Pr. Rolfing.

Ej. *Abhandlungen von der graſſirenden epidemiſchen Seuche . . . von giftigen Krankheiten* Weiſſenfels 1681. 4. Tr.

Ej. *de venenis & morbis venenoſis* Erford. 1679. 4.

Ej. *von natürlichen, unnatürlichen, und widernatürlichen Dingen in vergleichung der groſſen Welt mit der kleinen* Nürnberg 1686. 8.

Ej. *Zipperleins Beſchreibung* Weiſſenfels 1687. 12.

Mathias Zacharias Pellin *ordo & methodus cognoſcendi ſcirrhum lienis* Jen. 1667. 4.

Henr. Christian Alberti *de eſſere ſcorbutico* Erford. 1667. 4. Haen. alii 1692. 4. Pl.

Ej. *de lactis ſtatu ſecundum & præter naturam* ib. 1684. 4. Hef.

Ej. *de bilis natura & uſu medico* ib. 1691. 4. He.

Ej. *de colica paſſione* ib. 1691. 4. He.

Ej. *de ægra phthiſica pro deſperata habita curata* ib. 1691. Tr. He.

Ej. *de cura palliativa* 1692. 4. He.

Ej. *de natura & cura phthiſeos* ib. 1692. 4. Pl.

Ej.

Ej. *de morbis hereditariis* ib. 1692. 4. Pl.

Ej. *de ſcorbuto* ib. 1692. 4. He.

Ej. *de pleuriſi* ib. 1693. 4 Pl.

Beni. Ewald *de podagra* ib. 1661. 4. Pl. alius ab altero nupero Regiomontano cognomine.

J. Conr. Hollænder *de variolis* Baſil. 1667. 4. Pl.

Samuel Eglinger & Fr. Plater *de lienteria & cœliaca* Baſil. 1667. 4 Pl.

J. Rod. Burchard *de morbo hungarico* Baſil. 1667. 4. Pl.

J. Henr. Glaser *oratio in funere* Hier. Bauhini Baſil. 1667. 4. *.

Ej. *de cardialgia* Baſil. 1667. 4. *.

Ej. *de lethargo* Baſil. 1668. 4. *.

Ej. *de caro apoplexia terminato* Baſil. 1672. 4. Pl.

Ej. *de ictero nigro* Baſil. 1672. 4. He.

Ej. *de ſcrofulis* Baſil. 1672. 4. He.

Ej. *de menſium ſuppreſſione earumque per aures excretione & febre tertiana notha* Baſil. 1673. 4. *.

Francisci Pariz *Orationi in ejus mortem* Baſil. 1675. 4. adnotationes aliquæ pathologicæ additæ ſunt. Cor innumeris carunculis aſperum. Cor inſolitæ molis cum valvulis oſſeis.

Matth. Huser *de morbo hungarico* Baſil. 1667. 4. annon idem Burkhard.

J. Slegel *de pica* Baſil. 1667. 4.

Andr. Matthias Volswets *de αἱματοπτυσει ſ. de ſputo ſanguineo* Argent. 1667. 4. Pl.

J. Mich. Hirtebrodt *de peſte* ib. 1667. 4. *.

J Jac. Wagner *de febre quartana intermittente* Arauſione 1667. 4. Non fuerit Tigurinus Academicus, quem dicemus.

Rob. Raoult & Cl. Berger *E. imperfectus medicus qui aſtrologiam ignorat* Paris 1667.

Raym. Finot & Henr. Mahieu *Non E. vita ſine ſomno* ib. 1667.

Nic. Cusson & Henr. Mahieu *E. vinum vitæ & ſtaturæ detrahit* ib. 1667.

Nic. Richard & Cl. Guerin *E. vita nullis adſtricta legibus brevior* ib. 1667.

Petr. *le* Mercier & Mich. Poinssart *E. poteſt infans per plures annos in utero matris ejuſque tubis ſana ſuperſtite muliere conſervari* Paris 1667.

Cl. Guerin & Dom. *de* Farcy *E. pituitoſis exercitatio* ib. 1667.

Ph. Mathon & Cl. Biendisant *E. intermittenti tertianæ pertinaci balneum* ib. 1667.

Cl. Germain & Raim. Varlet *E. veternus delirio capitalior* ib. 1667.

Petr. Lombard & Dom. *de* Farcy *E. in dyſenterico adfectu hepatica catharticis admiſcenda* ib. 1667.

Geom. Prevaux & Cl. Berger *E. cauſum ſuperveniens rigor ſolvit* ib. 1667.

§. DCCXLVIII, Acad. Scient. Paris.

Ad annum 1667. recenſeo originem *Academiæ Scientiarum Pariſinæ*, quo anno monſtruoſum piſcem deſcriptum dedit, & a quo conventus porro ſuos continuavit. Hanc Academiam ad imitationem Brittannicæ & Cimentinæ Colbertus condidit, pariter nullis officiis obſtrictam, ut tamen quiſque ſodalium academicos conventus frequentaret, & de novis ſuis inventis prælegeret. Communia etiam opera academia ſuſcepit præficienda, & primam anatomen animalium reformandam, ut de vera fabrica conſtaret, veterumque errores corrigerentur. Sic plantarum hiſtoriam & earum analyſes, quarum immenſam vim curavit. Demum aquas minerales indagandas, & earum elementa definienda recepit. Neque medicinam practicam undique neglexit, ut per ſingula oſtendemus.

Verum anno 1699. magna rerum in hac Academia facta eſt converſio. Artes nunc diſtinxerunt, quibus perficiendis ſua otia quiſque Academicus impenderet. Conſtituti in quaque arte Profeſſores, eorumque, adjuncti. Sancitum ut diſſertationes quotannis Academiæ ſuppeditarent, quæ perpetuo ordine in volumen conjunctæ ſingulis annis prodirent Hujus legis ſumma fuit utilitas. Viri enim ex gente ingenioſa ſelecti, nimio labore non diſtracti, ad unam, neque vaſtam, particulam naturalis hiſtoriæ quaſi adligati, in delectu ſuæ materiei liberi, non exſpectaverunt, ut antea fere fieri ſolebat, naturam ſe ipſam offerentem, ſed aliquam materiem ſibi ornandam ſumſerunt, quam repetitis laboribus undiquaque ſpecularentur, & experimentis indagarent, quid veri, quid fabuloſi foret, quid de ea materie homines ſcire expediret. Inter omnes Ludovici XIV labores nullus ſpei viri laudium cupidi plenius reſpondit, cum & ipſi Pariſini Academici plurimis & difficillimis rei naturalis particulis plenam lucem adfuderint, & aliæ Academiæ undique idem conſilium imitatæ conditæ fuerint, per quas imperium veri extenderetur. Ab ipſo demum rege nova Academia ſæpe in difficilibus quæſtionibus utiliter conſulta fuit, & ad ejus ſententiam res magni momenti definitæ.

Ante

Ante annum 1699. volumina XIV. prodierunt, etſi decem numerantur. Titulus eſt *Mémoires de l'Académie des Sciences avant le renouvellement*, quorum commentariorum editio circa a. 1733. Pariſiis prodiit 4. *. præter tomos ſingulos, qui dudum, ut dicetur, editi fuerant.

Ab anno 1699. ad annum nunc 1773. totidem, vel potius aliquanto plura quam anni volumina prodierunt *de l'hiſtoire & des mémoires de l'Academie.* Eorum pleraque Amſtelodami 8. recuſa fuerunt. Hæc in epitomen contracta prodierunt Anglice Lond. 1721. 8. Hiſtoriam novæ Academiæ J. B. *du* HAMEL ſcripſit, de quo viro continuo dicendi erit opportunitas.

In primo tomo *Mémoires avant le renouveltement* ad annum 1667, quo ejus labores inceperunt, SIMON COTEREAU *du* CLOS agit de elementis aquarum mineralium Galliæ. Septies in conventu Academiæ ſanguis a cane in canem transfuſus fuit, minus feliciter, cum ſanguis facile cogeretur, aliunde in cane viſcidior. Quare & CL. PERRAULT, ut nuper diximus, contra novum inventum dixit.

Obiter addo, hoc anno Academiam CIMENTINAM, experimentis faciendis & hiſtoriæ naturali ornandæ deſtinatam, penitus diſperſam fuiſſe, cum FABRONIO teſte, academicorum aliqui apud M. DUCEM Hetruriæ alieni a religione animi ſuſpecti facti eſſent. EJus præcipui auctores fuerant VIVIANUS, BORELLUS. Vide de ea academia NELLIUM (*a*).

§. DCCXLIX. PHILOS. TRANSACTIONES. JOURNAL DES SAVANS.

In. n. 25. narratur, ut EDMUNDUS KING ſanguinem ex vitulo in ovem transfuderit, felici eventu. Apparuit etiam, vitulum amiſſis ſexaginta unciis ſanguinis animo defeciſſe, quinque ultra priores emiſſis interiiſſe. Solebat autem KINGIUS animal ſanguine pene exhaurire, tum demum ex altero animale reddere (*b*).

THOMAS COX ſcabioſum canem, transfuſo in eum ex ſano animale ſanguine ſanavit.

N°. 29. NATHANAEL FAIRFAX. In virgine alvus ſicca. Cavea pectoris dextra ſpiſſo lacte plena, & tres pintæ lactis in propria cyſtide.

A mellis eſu univerſi corporis intumeſcentia. Pica aëris ex folle hauſti.

In CAR. FRACASSATI experimentis n. 27. & 29. injecti in ſanguinem liquores acidi ſanguinem cogunt.

N. 30. RICH. LOWER & EDM. KING de transfuſione ſanguinis retulerunt, in homine tentata, nihil inde paſſo.

Apud BIRCHIUM T. II. M. Martio agitur de oſſe per veſicam expulſo, quod cum

(a) *Storia delli letter Fiorent* p. 82.
(b) BIRCH II. p. 162. 167. 169. 190.

cum pro calculo haberetur, Rex adgnovit, oſſiculum eſſe. Pariſiis inciſis vaſis catellæ prægnantis catulos exſangues viſos eſſe.

Timotheus Clarke ſplenem animali excidit.

Pope de vermibus in ventriculo corvi marini, animalis voraciſſimi, viſis.

Experimentum factum in *Arthur* Coga, homine parum ſani ingenii, & ſanguis animaliis in eum transfuſus eſt, abſque noxa M. Decembri.

§. DCCL. Theophilus Bonnet.

Medicus Genevenſis, laborioſus, & utilis collector, qui & ipſe ægros curaverit.

Ej. eſt *Pharus medicorum* h. e. *Cautiones, animadverſiones practicæ ex operibus Guil. Ballonii erutæ, libris* X. *comprehenſæ* Genev. 1668. 12 L. Idem fuerit *guide to a practical phyſician* Lond. 1684. fol. B. Catal.

Ej. *Labyrinthi medici extricati ſ. methodus vitandorum errorum, qui in praxi occurrunt monſtrantibus Guil. Ballonio & C. Septalio* Genev. 1688. 4. *. Meri ſunt loci Ballonii ad certos titulos ordine methodico diſpoſiti. Interpoſuit Bonnetus Septalii loca de victus ratione, de pharmaceuticis; uno verbo ad ſingulos titulos Ballonianis Septaliana interpoſuit. Poteſt pro utriuſque viri utili compendio haberi.

Ej. *Prodromus medicinæ practicæ ſ. de abditis morborum cauſis ex cadaverum diſſectione revelatis* L. I. c. I. *de doloribus capitis ex illius apertura manifeſtis* Genev. 1675. 8. *. Omnino prodromus illuſtris, quam continuo dicam, collectionis. Undiquaque collectæ inciſiones hominum, qui capitis dolore laboraverint, & eorum indicatio, quæ a morte in inciſo cadavere mutata ſunt reperta; ex variis ſcriptoribus collecta, & ex proprio etiam experimento addita. Plurimum certe mihi hoc inſtitutum dudum placuit. Ordo naturalis, facilis, ſapienter diſpoſitus ſecundum ſymptoma in oculos cadens, non ad theoriæ ductum, nulli obnoxium dubitationi. Mutationes in cadavere poſt mortem repertæ non certum ſemper, ſed probabilem & homini recto judicio utentem, ſatis certum lumen accendunt, ut diſcat, quæ ejus mali ſedes, quæ cauſa ſit proxima. Facile autem meditanti occurrit, non debere morbi cauſæ ejus effectum tribui: ita hydrops hectici alicujus mali effectus, non cauſa fuerit. Sed neque putredinis & mortis effectus malo peculiari tribui debet, neque naturalis fabrica ex præjudicata opinione pro vitioſa haberi, quod hic noſtro accidit, qui cephalæam adhærenti ad calvariam duræ membranæ tribuit, quæ ipſa membrana magni mali, & non dubie cariei in calvaria cauſa fuiſſet, ſi cranio non adhæſiſſet. Denique tenendum eſt, poſſe cauſam veriſſimam mali eſſe, quam etiam in docta collectione non reperias expreſſam. Ita hic vitia ſinus frontalis, certo dolorem capitis immanem factura, noſter non habet.

Cæterum

Cæterum BONNETUS in *Scholiis* nexum inter cauſam morbi & morbum cupit oſtendere.

Opus ipſum exſpectationem ſuperavit, nempe *Sepulchretum ſ. anatome practica ex cadaveribus morbo denatis proponens hiſtorias & obſervationes . . . quæ pathologiæ genuinæ tum noſologiæ orthodoxæ fundatrix dici meretur* Genev. 1679. fol. 2 vol. deinde aucta tertia fere parte a J. JAC. MANGET Genev. 1700. fol. 2 vol.*.

Si unquam ſperari poteſt, nos de morborum ſede, & cauſa vera neque ſcholaſtica, verum cognituros, hoc ab inſtituto ſperaveris, eo facilius deſiderio petituris, quo uberior nunc per univerſam Europam Noſodochiorum eſt ubertas, & incidendorum cadaverum facilitas. Non potuit noſter omnia vidiſſe, & longe major numerus adnotationum pathologicarum in cadaveribus factarum poſt ejus demum ævum in faſtos eſt relatus; neque poterat, ut quidem oportuerat, BONNETUS omni hypotheſeos ſtudio liberum ſe ſervare. Sed quale eſt, immortale eſt opus, quod ſolum pro pathologica bibliotheca ſit. Multas ſuas adnotationes ipſe alienis, ſæpe valde brevibus, BONNETUS admiſcuit, uberiores eas & utiliores. Nolles cum bonis adnotationibus miſtas ſæpe longas ſermocinationes, ut cum hydrope a duplici peritonæo (exemplo falſæ hypotheſeos: cum is hydrops in celluloſa tela peritonæo circumfuſa ſedem habeat, quem perinde in celluloſo textu pleuræ circumfuſo vidi. Sed etiam fuſiores ratiocinationes MANGETUS addidit.

EJ. *Cours de Médecine & de Chirurgie* Genev. 1679. 4. 2 vol. *. Chirurgiæ quidem amplum compendium eſt, adnotationum potiſſimum, plerarumque ex medicis, nonnullarum tamen a chirurgis ſumtarum. Intercedunt, ut in omnibus compendiis chirurgicis, aliquæ quæ perinde ad medicinam faciunt, ut ad hydrocephalum, herpetem, ſcabiem, lepram, alios morbos cutaneos, ad luem veneream, ad homines ſubmerſos, ad phlegmonem &c. Formulæ etiam medicæ hic reperiuntur.

EJ. *medicina ſeptentrionalis collectitia* Genev. 1684. fol. 2 Vol. *. Anatomicæ, chirurgicæ, practicæ obſervationes decerptæ ex *Eph. Nat. Cur.* ex *Actis Hafnienſibus*, & aliis nuperis Societatum eruditarum commentariis, & ſuos ſub titulos diſpoſitæ.

EJ. *mercurius compilatitius ſ. index medico practicus deciſiones, cautiones, obſervationes in ſingulis affectibus præter naturam & præſidiis medicis diæteticis, chirurgicis & pharmaceuticis veram & tutam medendi viam oſtendens* Genev. 1682. fol. Bona collectio locorum præcipuorum ad hiſtoriam & curationem morborum chirurgicorum & medicorum ſpectantium, ex variis ſcriptoribus decerpta, additis etiam, quæ noſtro propria ſunt, ordine alphabetico. Commode hic ad quemque datum morbum ſubito multorum doctorum virorum collectas opiniones habes. Acc. *Appendix de medici numere*.

EJ. *epitome operum Sennerti* Genev. 1685. fol. SCHEUCHZER.

Ej. *polyalthes ſ. theſaurus medico practicus* Genev. 1699. fol. Practicum ſyſtema ex recentioribus collectum.

J. D. TURQUETI DE MAYERNE *l. de arthritide & aliqua conſilia* edidit Genev. 1671. 12. *.

§. DCCLI. J. MURALT.

J. MURALT, nobili familia natus, quæ Locarni Helvetiæ tranſalpinæ ſupereſt, ſed potiſſimum Bernæ floret & Tiguri. Ex ſchola Leidenſi & Pariſina prodiit, inciſor, obſtetrix, vir laborioſus & utilis.

Ej. *diſp. de angina* Baſil. 1667. 4. Præſide J. C. BAUHINO. LEU.

Ej. *diſſ. de inflammatione & ulcere veſicæ* Leid. 1668. 4. LEU.

Ej. *de morbis parturientium & accidentibus, quæ partum inſequuntur* Baſil. 1671. 4. LEHM.

Ej. *de bile & concrementisললioſis* Tigur. 1673. 4.

Ej. *de ſanguine & excrementis humanis* ib. 1675. 4.

Ej. *exercitationes medicæ* ib. 1675.

Ej. *anatomiſches Collegium, in welchem alle Theile des Leibes zuſamt den Krankheiten, welchen ſie unterworfen, beſchrieben werden* Nürnberg 1687. 8. *. Morborum internorum breve compendium, cuique corporis humani parti, quam deſcripſit, ſubjectum. In gonorrhœa glandulæ lymphaticæ duriores, ſucco quaſi purulento plenæ, ſic vaſa lymphatica. Vermes in equi ventriculo, undique ſpinoſi, ad multas centurias, Hydrops 40. l. Uterus ſcirrhoſus. Aſſerum partes verminoſæ a pueris excretæ. Ova barbi venenata, indeque mortes (*a*).

Ej. *Schrifften in der Wundarzney* Baſel 1691. 8. 1711. 8.*. De more tumores & morbi cutanei cum chirurgicis hic numerantur. In adnotationibus, quas M. ſubjecit, hydropis etiam, & tumoris aërei ingentis, memoria exſtat, & paralyſis a vapore ſtanni arſenicali natæ, & deliquii ex uſu emplaſtri, quod ranunculus ingreditur, & hypercatharſeos ob mannam datam. Vermis de umbilicico elicitus (a D. E. KOENIG). Oedema univerſi corporis, varia a verme mala, & febris lenta. Ulcus magicum, ut eo quidem ævo credebatur. Suppreſſus fluor albus. Amauroſeos initia. Hæmorrhagia narium ægre repreſſa. Hydrops ſanatus. Hydrops uteri per umbilicum egeſtus. Lienis morbus, multa aqua per vomitum reddita curatus. Peſtis hiſtoria & a febre hungarica diſtinctio. EGLINGER de lue venerea. Tinea. Epilepſia ſanata, & ſetaceo hæmorrhagia cum convulſionibus conjuncta. Hydrophobus. Phthiſis a fumo plumbi vel ſtanni, ſudore ſanata

(a) Pars harum obſervationum pertinet ad ſcripta chirurgica.

nata & balneo. Ex Henrici Rufii curationibus, aphona curata, glandulæ ſublinguales obſtructæ & tumidæ. Oedema manus, malum nunc maxime in patria mea epidemicum (a. 1776.). Ciſta militaris.

Ej. *curationes medicæ obſervationibus & experimentis anatomicis mixtæ* Amſterd. 1688. 4. Tr.

Ej. *Kindbüchlein, oder Unterricht für Wehmütter* Tigur. 1689. 8. Baſil. 1697. 8. it. *Hebammenbüchlein, oder Unterricht, wie ſich die Wehmütter zu verhalten haben* ib. 8.

Ej. *kurzer Bericht wie die rohte Ruhr verhütet und geheilt werden könne* Tigur. 1690. 8. 1709. 8.

Ej. *Kriegs und Soldatendiät* Zürich 1712. 8.

Ej. *Hippocrates Helveticus, oder Eydgenößiſcher Stadt Land und Hausarzt* Baſel 1692. 4.*. 1716. 8. Lexicon medicum copioſum, ad quemque morbum. Theoria & conſilia medica, formularumque ad eundem.

Appendix gewiſſer Lehrſätzen die Erhaltung der Geſundheit und glückliche Cur der Krankheiten betreffend.

Ib. *Zugabe von zubereitung der Arzneyen aus den drey Reichen.*

Ej. *Neueröfneter Geſundheitsſchaz wider die anſtekende Seuche an Menſchen und Vieh* Tigur. 1714. 8.

Ej. *Preſervatif oder Verwahrungsmittel wieder die diſmaligen Viehpreſten* Tigur. 1714. fol. Leu.

Ej. *kurze Beſchreibung der anſtekenden Seuche der Peſt* Zürich 1721. 8.*. Eſſe a vermiculis. Tempore peſtis chartas colorem flaveſcentem induiſſe. Prophylacticæ ſcriptiones de more ſeculi. Sanguinem in peſte coagulari, ſed paulo poſt reſolvi. Dat emeticum, tunc ſudorifera, bolos. Ad ſymptomata. Ipſe luem non vidit. Anonymi conſilia, contra ſecluſionem infectorum.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. Poſt mœrorem ſecundæ retentæ putreſcentes. Inde fætor cadaveroſus, febris, & vehementes dolores, qui demum placentam felici eventu expulerunt.

Obſ. 103. In plethorica femina partus difficilis venæ ſectione expeditus.

Obſ. 104. Dolor in veſica pungens, abſque calculo, excreto verme ſiluit.

Obſ. 107. Partus a debilitate retardatus, borace, ſpiritu ſalis ammoniaci, juſculis e ciceribus expeditus.

Obſ. 109. Lactens, febre hectica laborans, ablactatione & ſero lactis ſanata.

Obſ. 114. Hydrops uteri, tumore ad umbilicum ſubnato & rupto, levatus, ut tamen menſium defectus perſiſteret.

Obſ.

Obſ. 118. Volvulus a vermibus funeſtus.

Ann. II. *obſ.* 93. Hæmorrhagia puerperam abripiens, de qua placenta non ſoluta fuerat, & aliqua, ut videtur, parte deceſſerat.

Obſ. 95. Balſami ſulfuris uſus in hydropica femina funeſtus.

Obſ. 96. Puella de graviditate ſuſpecta, quæ helleborum ſumſerat, poſt anxietates, incendia præcordiorum, vomitus, & convulſiones, periit: maculæ in ventriculo nigræ.

Ann. III. *obſ.* 130. a variolis ſcapulam inter & claviculam abſceſſus, iſta eroſa.

Obſ. 139. Ren ulceroſus, pus per lotium, dolor obtuſus renis, æger tandem mollientibus & cultro apertoque abſceſſu ſanatus.

Obſ. 146. ex pleuritide empyema, ſanatum medicamentis, ſed potiſſimum lacte caprillo.

Ann. V. *obſ.* 33. Urina funeſto exitu retenta. Inciſo cadavere veſica pleniſſima, in ejus cervice ſcirrhus, ureteres mole aucti.

Obſ. 35. retentis ſecundis dolor lancinans, & ſuppreſſio urinæ, quibus malis noſter extracta placenta finem fecit.

Obſ. 133. Verruca, quæ in cancrum degeneravit, qui tendines muſculorum extenſorum manus & ipſa oſſa corrupit, plurimo cum pure acidum olente ſebaceo. Bene tamen de eventu ſperat.

Ann. VIII. *obſ.* 92. A morſu canis rabidi ſuffocatio, denique rabies & mors.

Obſ. 93. Ab uſu pulveris antihectici paralyſis.

Obſ. 95. cum capilli unguento ex ranunculo facto illiti fuiſſent, prurigo inſignis, deinde animi deliquium.

Obſ. 100. poſt febrem hungaricam curatam durabile delirium, emetico tartaro & purgantibus ſuperatum.

Obſ. 102. a deglutita pecunia vomitus, diarrhœa, quoad nummus per alvum prodiit.

Obſ. 106. Acicula deglutita, cum fæcibus egeſta.

Obſ. 107. a fluore albo reflua materies dolorem capitis faciebat, viſuſque debilitatem.

Obſ. 109. Balnea in paralyſi potius noxia.

Obſ.

Obſ. 111. dyſenteria 1680, ætate fervida contagioſa, non tamen exitialis.

Obſ. 112. a granis quindecim reſinæ jalapæ hypercatharſis.

Obſ. 113. multum aquarum de utero ante fetum effluxit, ita tumor aquoſus ſublatus eſt.

Obſ. 114. Poſt febrem epidemicam contagioſam ſputum purulentum & hectica febris.

Obſ. 115. in febre epidemica neceſſitas venæ ſectionis per experientiam demonſtrata.

Obſ. 116. Aſthma convulſivum pene enecans.

Obſ. 117. vomitus perpetuus & lethalis.

Obſ. 118. a lupa rabida demorſus ſervatus, cum vulnus diu apertum manſiſſet. Nulla tamen eruperat hydrophobia.

Obſ. 119. ab alvo conſtipata volvulus: feliciter ab hydrargyro ingeſto ſcybala expurgata.

Obſ. 120. dira orthopnœa veſpertina.

Obſ. 217. tertiana duplicata funeſta.

Obſ. 219. febris adſpectu mitis, cum capitis aliqua gravitate, intermittens, ſenſim in continuam degener, ac mutato demum aere ſanata.

Obſ. 220. milites helveti ob caſtelli, in quo degebant, ſitum paluſtrem febre tentati.

Ann. VIII. *obſ.* 2. Vulgare noſtro ævo auxilium eo tempore rarum erat, cortice peruviano febres fugare, & etiam nunc rarum fuerit, ſemidrachma fugare.

Obſ. 3. in viro litterato ructus acidi, titubatio, tremor, ſanatus pulvere ſtomachico BIRKMANNI & NICOLAI pilulis.

Obſ. 4. Hydrops univerſalis aſcites & anaſarca, ſanatus mercurio dulci, rhamno cathartico & jalapa.

Obſ. 6. pleuritis in femina gravida ſanata.

Obſ. 7. febris quartana ſublata aqua cum crudo antimonio cocta.

Obſ. 11. diuturna febricula & delirium chronicum, & pulſatio ſub cartilagine enſiformi ſublata.

Obſ. 13. diuturni dolores colici frequenter recurrentes cum debilitate, acidulis ſanati.

Obſ. 14. catarrhus cum raucedine in funeſtam tabem tranſeuns.

Ann. X. *obſ.* 107. Pleuritis, quam ſpuriam vocat, inde abſceſſus per urinam critice repurgatus.

Cent. IV. *obſ.* 134. Enormis ex terrore materno, ut putat, labii ſuperioris defectus.

§. DCCLII. Varii.

J. Mayow D. M. & collegii omnium animarum Oxonii Sodalis.

Ej. *l. de reſpiratione & rachitide* Oxon. 1668. 8. Ph. Tr.

Ej. *tractatus quinque jatro phyſici, quorum ultimus de rachitide* Oxon. 1669. 8. 1674. 8. *. & *opera omnia medico phyſica* Haag. 1681. 8. *. Belgice 1687. 8. Rachitidem eſſe ab impedito influxu ſpirituum, quod impedimentum ſit a medulla ſpinali obſtructa. Ex hac cauſa ſymptomata morbi explicat, caput grande, abdomen tumidum, pectus acuminatum, ſpinæ incurvationem, iſtam potiſſimum ab imminuta muſculorum nutritione. Vomitum ciet, alvum ducit, deinde alterantia, ligna, ut dici ſolent, radicem oſmundæ, chalybem, ſalem volatilem paratum ex conflictu ſpiritus ſalis ammoniaci cum ſalis ſpiritu. In editione Haagienſi 1682. acceſſerunt *obſervationes* Georgii Bate.

In reliquis *opuſculis* ſparſa aliqua huc faciunt, ut de ſpirituum animalium morbis.

Pauli Manfredi Lucenſis, *de nova & inaudita operatione ſanguinem transfundente de individuo in individuum* Rom. 1668. 4. *. Aliquot experimenta in cane facta; in homine unicum, cum fuſa encheireſi; non infauſto eventu.

Relazione delle eſperienze fatte in Inghilterra, Francia ed Italia intorno alla transfuſione del ſangue Rom. 1675. 4. *. Experimenta in Italia facta Hippolyti Magnani, fere infeliciora, deinde Denysiana, & libelli pro transfuſione & contra eam ſcripti Gadroys, Lami &c.

Bartholomæi Santinelli *confuſio transfuſionis ſ. refutatio operationis transfundentis ſanguinem de individuo in individuum* Rom. 1668. 4. *. Funeſti aliquot eventus in medico Ventroni, inque cane Magnani.

Ludovici *le* Vasseur M. D. *de Sylviano humore triumvirali epiſtola ad* P. Aug. Rompfium Paris 1668. 4. *. Haag. 1668. 12. Lego auctorem verum Pechlinum eſſe, ſed plurima græciſſatio potius Drelincurtium ſuſpectum redderet. Hypotheſes Sylvianas & febrium interpretationes ab Hippocraticis longe diſſidere. Nihil autem utilitatis publicæ pro bona cauſa adfert, experimentum nullum.

Ej. Sylvius *confutatus* Pariſ. 1673. 8. *. Nempe contra Schuylium ſcribit, ſed eo nomine Sylvium latere putat. Eadem græciſſatio & eruditio antiqua, omnis fructus utique caſſa.

Francisci

Francisci Boselli Bergomatis Prof Patavini, *Amaltheum medico hiſtoricum tres in apparatus digeſtum. Encomia in Academia patavina medicinæ profeſſorum ab anno* 1631, *& elogia publica in bibliotheca depictorum hominum* Patav. 1668. 4. *. Conditio, virtutes, fortunæ, honores medici fuſiſſime, neque ſine fabulis & alieniſſimis admiſtis, & mirificis comparationibus medici cum Perſeo &c. Politia medica & de miniſtrorum chirurgorum, pharmacopolarum, obſtetricum officiis. Panegyrici profeſſorum Patavinorum ab a. 1631. ad ſuum annum bona fruge caſſi.

Raimundi Johannis Fortis Veronenſis *Conſilia de febribus & morbis mulierum facile cognoſcendis & curandis* Patav. 1668. 4. Tr. Genev. 1677. cum ſequente.

Ej. *conſultationum & reſponſionum medicinalium centuriæ quatuor* Patav. 1669. fol. *. 1678. fol. Genev. 1677. fol. & tomus alter, cui acceſſit vita auctoris Patav. 1678. fol. Galenica ex ſchola, ut eo ævo in Italia ſolebat, innumerorum medicamentorum compilata farrago, clinici tamen opus. Negabat ullum diuturnum adfectum dari, qui invocata a principio idonei medici ope non poſſit ſuperari, apud diſcipulum Andriollum.

Georgii a Turre Patavini, pariter in patria urbe profeſſoris, *Junonis & Neſtis vires, in humanæ ſalutis obſequium traductæ* Diſſ. *qua aëris & aquæ nativa ſua natura expenditur* Patav. 1668. 4. *. Magna pars phyſiologica eſt & phyſica. Aquæ melioris notæ, ſed obiter. Frigidæ utilitas. Balneum frigidum. Aquæ medicatæ, thermæ. Aquæ medicatæ frigidæ; earum ſapor acidus, aluminoſus. Aponi fontes ſigillatim. Nihil proprii aut utilis.

Ej. *methodus ſingulis morbis explicandis pro hoc anno litterario præmiſſa* Patav. 1685. 4. 1686. 4.

Ej. *ad* G. H. Welsch Conſ. 93. Cent. IV.

Elogium *in Lyceo patavino.*

Petri Gonthier Roanenſis, *de ſanitate tuenda & vita producenda exercitationes* CLXIII. Lion 1668. 4. d'Etr.

Aphoriſmi Hippocratis græce & latine *cum* Galeni *comentariis* Nicolao Leoniceno *interprete, nec non* Joh. Signoret *excerpta aphoriſtica cum ſymbolo* Lion 1668. 4. *. Signoretus, Sponii adfinis, ex Galeno & aliis veteribus paſſim aphoriſmos interpretatus eſt, & in ordinem conjunxit. Emendationem dat loci a Moræo profectam. Scholaſtica omnia, propriæ adnotationis nihil.

Benedicti Perduch Tornacenſis *Statera ſanguinis ſ. de ſaphenæ ſectione in febribus* Tornaci 1668. 8. Falc.

LUD. HERMAN LAMBACH *de dyſenteria* Leid. 1668. 8.

PETRUS GUISSON *de tribus præcipuis chemicis & una medendi methodo* Frf. 1666. 4. & cum POTERIO 1668. 4.

THEOPHRASTI VERIDICI *Scoti Plicomaſtix* Aberdeen 1668. 4. B. HOTTON Gedan. 1668. 4. *. Pro DAVISSONO, cujus forte opus fuerit, contra THEODORUM SKUMINOVIUM (T. S. E. G.) cujus epiſtola ad V. F. PLEMPIIUM una excuſa exſtat; & contra V. F. PLEMPII locum de plica. Plicam non verum eſſe morbum, ſed effectum ſordium: hinc impune reſecari, & ejus mali hiſtoriam multis fabellis augeri. Multa aliena. Sex centies ſe impune plicam recidiſſe, teſtis eſt ſibi.

ANONYMI *Londinenſis de medicamentis variis eorumque abuſibus inter apoticarios* Lond. 1668. 4. HERMES laudat, eundem ut puto, librum, qui anglice ſcriptus dicetur p. 248.

Pharmacopœa Londinenſis Lond. 1668. 12. HANSEN.

Pharmacopœa Amſtelodamenſis Amſterd. 1669. 8.

NICOLAI HOBOKEN *oratio de obſervato hodie circa medicinam abuſu & inordinatione, & de doctoribus promotis, proprio medicinæ faciendæ & conſiliorum dandorum jure* Utrecht 1668. 4.

EJ. *oratio de medicorum nobilitate* ib. 1670. 4. 1675. 4. 1683.

EJ. *de profeſſionis medicæ cum mathematica conjunctione* ib. 1670.

In l. *de ſecunda humana*, in pleuritide ulcus pulmonis ſe vidiſſe teſtatur &c.

WOLFERD SENGUERD *de tarantula* Leid. 1668. 12. Rotterod 1715. 8. *. Actionem muſices phyſiologice interpretatur.

§. DCCLIII. FRANCISCUS MAURICEAU.

Primus in obſtetricia arte ſupra coævos ſe extulit. Cum de morbis gravidarum, puerperarum & parturientium ſcriberet, etiam morborum internorum paſſim mentionem facit. Editiones gallicas ſolas citabo. *Traité des maladies des femmes groſſes & de celles, qui ſont accouchées* Paris 1668. 4. *. 1673. 4. *. 1681. 4. 1694. 4. 1721. 4. *. 1740. 4.

EJ. *obſervations ſur la groſſeſſe & l'acouchement des femmes* ib. 1695. 4. 1715. 4. *. 1728. 4. 1738. 4.

EJ. *Aphoriſmes touchant la groſſeſſe, l'acouchement, les maladies des femmes groſſes* ib. 1694. 16. 1721. 4. *.

EJ. *dernieres obſervations ſur les maladies des femmes groſſes & accouchées* ib. 1706. 4. 1715. 4. *. In primo præcipuo opere agit de molis, de falſo germine, de fetu intra uterum pereunte, de victus ratione, de gravidarum incommodis, vomitu, tuſſi, hydrope, hæmorrhoidibus, diarrhœa, hydrope uteri, lue vene-

rea,

rea, abortu. Vomitum poſt quartum menſem curatione egere; noſter leniter alvum aperit, venam ſecat. Vomitum abortum facere poſſe. Narcotica rejicit: liberumque vinculis pectus, & parcum victum urget. De hæmorrhagia fuſe, quo in caſu, ſi ultra ſeptimum menſem fetus perfectus fuerit, ſubito eum jubet educere. Ad eum hydropem mirifica dat conſilia, venæ ſectionem, balnea. Labiorum aquoſum tumorem non ſatis reformidat, quam ſæpe vidi funeſtum eventum habuiſſe. Ex tumore inciſo pus effluxiſſe. Hydrargyrum prægnanti feminæ venereæ perinde debere inungi, exemplis etiam productis. Hydrops uteri pro graviditate habitus.

Inde cura puerperarum, lactis, lochiorum, tum uteri, mammarum morbi, fluor albus. Non raro ſe veneream in teneris puellis luem vidiſſe, quas ſervi corruperant. Admittit injectiones adſtringentes.

Inter obſervationes 700. non paucæ clinici ſunt argumenti. A medicamento purgante abortus quinquemeſtris. (Raro id ſuccedit. Plerumque fetus impios conatus ſuſtinent innoxios, vidi etiam miſeram cum ſuo fetu periiſſe.) Convulſiones a partu funeſtæ. Convulſiones in ipſo partu. Exempla tumentium labiorum vulvæ, funeſti eventus. A nimis repetita venæ ſectione mors fetus. Mors a febre continua poſt partum. Laudani, quod noſter improbat, felix uſus. Crepitus ſonori per uterum editi. Mors ex hydrope pectoris. Hæc ex duabus prioribus centuriis. Variis locis. Fetum ultra legitimum tempus geſtatum, mortuum abſque putredine manſiſſe. Fetum tonitru enectum fuiſſe. Placenta, quinto menſe, per ſuppurationem abſcedens. Ovaria ſcirrhoſa capitis mole. Maxima cum falſo germine hæmorrhagia. A puero mortuo & retento uterus putridus.

In dernieres obſervations, quæ ſunt omnino 150. Mortes a convulſionibus poſt partum ſupervenientibus. Fetus ſanus, cum mater febre continua laboraret. Febres feminarum prægnantium cortice chinæ chinæ ſanatæ. A vomitu violento matris mortui fetus. Purgatione brevi ſuſcitati, qui languebant, dolores. Aquæ ſpuriæ ex hydrope matricis. Ex emetico prægnanti dato, convulſio & mors. Placenta veſicularis. Fetus hepate enormiter tumido. Incontinentia urinæ a difficillimo partu.

Aphoriſmi ſunt conſiliorum Francisci compendium. Recte ſenſit, corticem peruvianum tuto dari. Signa graviditatis non veræ, & morbi prægnantium. Diarrhœa ſæpe prægnantes occidit. Morbi puerperii.

§. DCCLIV. Moyse Charas.

Moyse Charas pharmacopola, chemicus & plenioris pharmacopœæ auctor, cum ejecti ex Gallia proteſtantes paſſim divagarentur, hiſpanicam aulam adiit, cumque de vano aliquo miraculo minus credule locutus eſſet, carceribus Inquiſitionis mancipatus, religione ſua libertatem redemit, & in Academiam Scient. Pariſ. receptus paulo poſt obiit.

Ej. *Thériaque d'Andromaque avec des raiſonnements & obſervations néceſſaires ſur l'élection, la préparation & le mélange (des ingrédiens)* Paris 1668. 8. 1685. 4. *. 1691. 12. Genev. 1679. 8. latine Genev. 1685. 4. Cenſus primo innumerabilium medicamentorum, quæ theriacam ingrediuntur, cum deſcriptione ſingulorum & utilitate. Inde labor pharmacopœi in hac theriaca paranda, tritus, coctio, extracta varia, etiam opii in vino. Denique de utilitate theriacæ, quam potiſſimum ab opio ſperat, unde valentior eſt, quæ recens.

Ej. *nouvelles expériences ſur la vipere, les effets de ſon venin, & les remèdes exquis, que les artiſtes peuvent tirer du corps de cet animal* Paris 1669 8. *. 1690. 8. *. Oleum nicotianæ inſtillatum in viperæ vulnus eam continuo occidit. Liquor venenatus non eſt fel, ſed in propriis glandulis paratur, ſubjecta habentibus vaſa lymphatica, oculo vicinis, quarum ductus in unum confluunt, inſertum veſiculæ, unde ad radicem dentis exſerti per oſtiolum egeritur. Glandulam etiam ſerpentes habent.

Suite des nouvelles expérience ſur la vipere & une diſſertation ſur ſon venin pour ſervir de réponſe à une lettre de M. Redi *á M.* Bourdelot & Morus Pariſ. 1672. 8. 1690. 8. *. Poſt nitidam viperæ anatomen experimenta recenſet in canibus facta, quibus credit vinci, non in ullo animalis ſucco funeſtum venenum eſſe, ſed omnino in ira & in furore mordentis animalis. Quo in eventu longe a Redo differt, & videtur in experimentis effetta vipera atque veneno exhauſta uſus eſſe. Ut viperæ ad uſus medicos præparentur. Laudes ſalis viperarum volatilis, & fixi. Medicamenta, quæ ingreditur. Minus probes, quod demonſtrato vero oculos clauſerit, neque voluerit unquam admittere, venenum viperæ, integra vi in ſanguinem admiſtum, animal occidere, etiam ſi nulla in vipera ira, etiamſi vipera mortua fuerit. Eam, a nemine receptam opinionem, etiam experimentis fulcire tentavit, quorum eventum ſibi faventem narrat.

Ej. *Pharmacopée royale galenique & chymique* Paris 1672. 8. Falc. 1676. 8. Hf. 1681. 8. J. Savans. 1682. 4. Lion 1692. 4. 2 vol. 1753. 4. Latine Genev. 1684. 4. Bur. cum l. *de viperis.*

Ej. *nouvelle manière de donner le quinquina, Mémoires de l'Acad.* 1692. Faciebat tincturam ſpirituoſam, deinde vinoſam, eas miſcebat, ita nullum amittebat utilem in cortice particulam. Inde ad dimidium exhalando ſpiſſat; addit ſpiritum kermes, & extractum denique exhalando parat.

Idem ſe ipſum a vipera demorſum curavit: a morte animalis, digitum fortiter ligavit, ſecundum ſupra carpum vinculum injecit, ſumſit grana 24. ſalis viperini, abſtulit dolorifica vincula, jam ſanus.

Idem in *journal des ſavans* 1694. Qui pro podagrico habebatur, ei abſceſſus purulentus erat, circa genua.

§. DCCLV.

§. DCCLV. Varii Nuperi.

Job. v. Meekern chirurgus Amſtelodamenſis Ej. *Heel en genees kondige anmerkingen* Amſterd. 1668. 8. *. latine vertente Abrah. Blasio Ger f. Amſtd. 1682. 8.*. Melioris notæ ſcriptor, expertus & modeſtus, 85. adnotationes dat. Paſſim amicorum, etiam Pauli Barbette & J. v. Hoorne, epiſtolæ interponuntur. Abſceſſus hepatici occaſione vulnerum capitis nati. Cauterio vere curata epilepſia, ad coronariæ & ſagittalis ſuturæ concurſum admoto (felici temeritate). Hemicrania trepano ſublata, ad depreſſam ſedem cranii adhibito. Manus exareſcens cucurbitularum ſuctione reſtituta. Collum ad latus inclinatum, inciſo muſculo maſtoideo correctum. De cantharidibus ulceroſis tibiis admotis, malo eventu, & alii mali effectus hujus remedii. Faſcinatio imaginaria. Invaginatio ductus cyſtici, rariſſimum malum. Hydrops in duplicatura peritonæi. Oſſa, ſacrum & coccygis, in puerpera a pelvi ſeceſſerunt. Sanguis coactus per penem ejectus; vermiculorum ſimilitudine. Magna jactura cerebri nullo cum detrimento ſenſuum. Qui mortuus videbatur, & cui gangræna naſum conſumſerat, hactenus refocillatus, ut tamen decimo & octavo die mori ei neceſſe fuerit. Ulcus profundum exulceratum cordis, & cor quaſi eroſum, cum plurima in pericardio aqua. A variolis paſſim oſſa carioſa. Reſuſcitatus, qui pro mortuo habebatur.

Cornelii *van den* Voorde medici & chirurgi Middelburgenſis in Taxandris (Zeeland) *Lichtende fakkel der Chirurgie ... het twede van de theory en derde van de practica — de Chirurgyns ſchepskiſt van de medicamenten, die yeder chirurgyn naar Ooſt och Weſtindien medevoert en de ziekten bygevoegt door* J. v. B. *Chirurgyn* Amſterd. 1668. Middelburg 1680. 4. *. quam editionem Antonius *de* Heyde auctam dedit. Theoria fere medici argumenti eſt. Diæta, morbi ſymptomata, ſigna, indicationes, venæ ſectio, primum revulſoria, poſt quam derivatoriam admittit. Purgatio & formulæ ejus ſcopi. Inde Chirurgia ipſa, in qua de more tumores, & morbi externi tractantur.

Ciſta nautica eſt Johannis Verbrugge opus, uberius recuſum, quam in editione, quam continuo dicam.

J. Verbrugge *Examen van land end zee chyrurgie de voornaamſte Hoofdſtukken die de kentniſſe der Chirurgye angaen — van allerley Ziekten op Ooſt en Weſtinoien Guinea Grönland* Amſt. 1696. 8. Edit. VI. Amſterd. 1714. 8.*. & multum a J. D. Schlichting aucta Amſterd. 1748. 8. *. Præter morbos, quos chirurgi in ſuis compendiis tractant, hic agit de diverſis oris & peregrinis regionibus, quas nautæ batavi adeunt, ut Grönlandiam (Spizbergam) in qua ſcorbutus, Guineam, in qua vermis ſubcutaneus, & morbus peculiaris regnat, cephalea cum collapſa facie, in quo antimonium diaphoreticum laudat. Porro de India occidentali agit, ut de Surinamia, in qua volvulus, quem anglico nomine Bellick (Bellyach) dicit, quem ipſum mucilaginoſis & anodynis, deinde purgante aliiſque curat. In India orientali dyſenteria endemia eſt, & hydrops, paralyſis, cholera morbus, ab acido

acido pancreatico ſucco natus, tum morbus exanthematicus calidiſſimus *Root Vont* & phthiſis, in qua balſamica. Denique plantas indicas deſcribit, & multo pleniorem ciſtam dat navalem, tunc diſpenſatorium pene integrum, & alimentorum cenſum.

Ej. eſt etiam *chirurgyns of heelmeeſters reysbock* Amſterd. 1674. 8. vel. 1687. 8. niſi idem eſt liber.

Ej. *Chyrurgyns nieuw vermeerderde ſchepskiſt* Amſterd 1700 8*. Medicamenta ſimplicia & compoſita interna & externa, quibus chirurgi in peregrinationibus utuntur, etiam formulæ. Denique morborum nonnullorum hiſtoriæ, hydropis; ſcorbuti, dyſenteriæ, peſtis.

Ej. *verſio libri* J. GUILLEMEAU *des maladies des yeux* Amſterd. 1678. 8. *. & Germanice 1706. 8.

CORNELIS HERLS *Examen der Chirurgye* Middelb. 1660. . . . 1668. 4. auſ. 1664. 4 Amſterdam 1672. 8. 1680. 4. Middelburg 1679. 12. 1692. 12. Perinde aliqua practica miſta. Putes ex T. II. p. 432. librum eſſe antiquiorem.

JOSEPH GLANVILLE *ſocietatis regiæ Britannicæ* cauſam repetito defendit.

Ej. *plus ultra, progreſſ and advancement of knowledge ſince the days of Ariſtotle* Lond. 1668. 8. Laudes Societatis regiæ. Non debere ab ea impoſſibilia ſperari.

Ej. *prefatious answer to M. Stubbe about his animadverſions on Glanvilles plus ultra* Lond. 1671. 8.

Ej. *a farther reply to M. Stubbe's laſt pamphlet againſt J. Glanville* ib. 1671, 8.

JONATHAN GODDARD *a diſcourſe concerning phyſic and the many abuſes there of by the apotecaries* ib. 1668. 8. qui l. dictus eſt p. 224. Lego & annum 1670. 4. MED.

Ej. *a diſcourſe ſetting forth the unhappy condition of the practice of phyſick in London* 1669. 4.

Ej. *the colledge of phyſicians vindicated* Lond. 1676. 4. MEAD. niſi error eſt, ejuſdem enim tituli habeo librum CAROLI GODDARD,

Ej. ARCANA GODDARDIANA (cum *Bateanis*) Lond. 1691. 8. Vita viri eſt ap. BIRCH. T. III. p. 244.

Huc pertinet ANTONIUS WOOD, nempe ejus *hiſtoria & antiquitates univerſitatis Oxonienſis* L. II. Oxon. 1668. 4. tunc 1674. fol. & *Athenæ Oxonienſes* ib. 1691. fol. 1692. fol. 1711. fol. Acris liber, ſed hactenus utilis.

A. PORCHON *traité de la canicule & des jours caniculaires avec un traité de la peſte, de ſa préſervation & de ſes remèdes* Paris 1668. 12.

DALICOURT *le ſecret de retarder la vieilleſſe ou l'art de rajeunir* Paris 1668. 12. FALC.

ARNAULD

ARNAULD BARRIE presbyter *la conduite aſſurée du deſinfectement des perſonnes, des maiſons, des animaux & des étables en tems de contagion, pour en arrêter le cours & conſerver la vie a pluſieurs* Paris 1668. 12. FONTETTE.

Avis pour ſe préſerver & guérir de la peſte Rennes 1668. 8. FALC.

Secrets touchant la médecine Paris 1668. 12. FALC.

EDME BAILLARD *diſcours du tabac, ou il eſt traité particulièrement du tabac en poudre* ib. 1668. 12. 1693. 11. BUR. Apologia tabaci; Negat pulverem in cerebrum venire.

DENYS FOURNIER chirurgi, *l'Oeconomie chirurgicale pour le retabliſſement des parties molles du corps humain & un traité methodique de la guériſon de la peſte* ib. 1671. 4.*.

EJ. *l'art, qui chaſſe la peſte, les bubons, les charbons, l'eſtiomene & la gangrene* Paris 1671. 4. Lego etiam *tr. de la gangrene & particulièrement de celle, qui ſurvient en la peſte* Paris 1670. 12. d'ETR & *l'antiloimotechnie, ou l'art, qui chaſſe la peſte & tous les accidens, qui ſont la pourpre, la petite verole, la rougeole pourprée, la dyſenterie, les bubons, les charbons, & la gangrene, par un remède experimenté & nouvellement mis en lumiere* Paris 1669. 12. BUR.

In *chirurgia*, ut ſolet, paſſim medicina admiſcetur. Liber *de peſte* totus noſtri ſcopi eſt. Ad præſervationem omnino purgandum. Buboni de more mollientia & adtrahentia; hic tamen venam ſecat. Symptomata, inter ea multa mala hepatis. De aliis morbis exanthematicis aliqua, variolis, morbillis, purpura, quibus omnibus cardiaca opponit. Carbo; hic tamen aliqua acidorum fit mentio, ſed cum theriaca miſtorum.

Traité nouveau & ſingulier de la préſervation & curation de la peſte Lauſanne 1668. 12. B. B. Anonymus liber, ſed ſubſcripſerunt J. GIRARD *de* BERGERIES & BENJAMIN BOURGEOIS, medici. Quæ peſte imminente facere oporteat. Senatus ad curandam valetudinem conſtituendus. Civitas in regiones dividenda. Cuique regioni ſui medici, ſui chirurgi, ſuus victus, ſui veſpillones, ſui pharmacopolæ proſpiciendi. Occidendi canes feleſque. Domus in qua aliquem mortalem peſtis peſſumdedit, claudenda, ſepe munienda, ex ea ante 40 diem nemo in publicum admittendus. Peſtem triplicem eſſe, febrem ephemeram, putridam & tertianam. Neque vomendum in peſte neque alvus ducenda. Providendum ut ſatis pharmacopoliis ſit herbarum alexipharmacarum. Earum danda infuſa, decocta, cum ſucco citri, acetoſa. Sudores ciendi. Bubo, anthrax, ſymptomata. Hæmorrhagiam jubet compeſcere. Civitas poſt finitam peſtem eſt repurganda. Formulæ medicamentorum; acetum theriacale, aqua theriacalis BAUHINI.

Arrèt du Conſeil d'état de Paris 1668 portant deſunion des droits & privileges ſur & concernant l'état & l'art de barberie chirurgique dans le royaume cy-devant attri-

attribués à la charge du premier Barbier du Roi & union d'icelle à celle du premier chirurgien de Sa Majeſté Paris 1668. 4.

NICOLO GUERRA *racconto della peſte di Napoli dell' anno* 1656. 1668.

J. GUFER Memmingenſis, *kleine Hausapotek* Augſpurg 1668. 12. MENZ *nebſt* LEBENWALDS *verdeutſchter ſalernitaniſcher Schule* Kempten 1727. 12. Wien 1752. 12.

EJ. *medicina domeſtica* Augsburg 1668. 12. 1689. 12.

EJ. *Tabula medicæ ſ. medicina domeſtica d. i. kleine Hausapotek* Augſpurg 1670. 12. 1689. 12. Leipz. 1752. 12. VATER. Adparet unum eſſe librum tribus diverſis ſub titulis.

Ordnung wornach man ſich der anſtekenden Seuche halber bey jetzigen gefährlichen Läuften in der Pfalzgrafſchaft bey Rhein zu richten 1668. 8.*. Edictum Electoris, quo aliqua ad publicam curam, tum remedia traduntur, ex præconceptis ejus ſeculi opinionibus, calida, ſudorifera, theriaca, & alia id generis, & viribus ſuſtentandis deſtinatæ gelatinæ. Narium hæmorrhagiam & diarrhœam nocuiſſe.

§. DCCLVI. GALLI, QUI DE TRANSFUSIONE SCRIPSERUNT.

Magna animorum contentione hoc anno primum a nonnullis medici tentatum eſt, transfuſionem, tanquam remedium ſummæ utilitatis, in homine experiri.

In *Phil. Tranſ.* N. 27. JOH. BAPTISTA DENIS, Profeſſor Matheſeos, princeps horum experimentorum laudator, poſt aliqua breviora indicia, de transfuſione fuſius egit. In animalibus eam tentavit, nulla cum eorum noxa. Magnam ſpem conceperat, ſanguine ſani animalis repletis vaſis animalis morboſi, valetudinem integram ſe reſtituturum, vetulo juventutem redditurum. In juvene inde hoc auxilii genus repetiit, in cujus venam ſanguinem equi derivavit, nullo cum ejus malo.

N. 30. & ap. *Birch* II. p. 188. In equi venam transfuſus ſanguis quatuor arietum, felici eventu. Sed in viro lienteria & bilioſa diarrhœa laborante, transfuſio ſecunda vice repetita, eventu funeſto excepta eſt, cum inteſtina gangræna obſideret.

N. 32. Phrenitis transfuſione ſanata. Verum id gaudium brevis fuit ævi.

N. 36. Triſtes exitus transfuſionis; prioris etiam juvenis uxor de medicis ad judices retulit, qui funeſto eventu præceps auxilium ſuaſerant.

EJ. *Epiſtolæ Journal des Savans* 1667. p. 44. 65. Satis felicia experimenta recenſet, in animalibus capta.

EJ. *lettre á M. de* MONTMORT *touchant deux experiences de la transfuſion faites ſur les hommes* Paris 1667. 4. & in *Phil. Tranſ.* n. 27.

EJ.

EJ. *lettre ſur une folie inveterée guérie par la transfuſion* Paris 1667. 4. Sed vid. B. ANAT. I. p. 555.

Sed porro in *Phil. Tranſ.* n. 28. de aliis experimentis in Gallia factis agit, etiam infelicibus. Inde adminiſtrationem deſcribit. Non bene Gallos ſibi hoc inventum adrogare. Denique cum ſenatus Pariſinus publice hanc curandi rationem damnaſſet, & eam porro tentare vetuiſſet, infuſoria tamen medicina non abſtinuit (*a*).

EJ. *Mémoires concernant les Arts & les Sciences* Paris 1672. 4. *. Amſterdam 1682. 12. *. Diarium adfine illi, quod dicitur, eruditorum. Aliqua de ſcorbuticorum palpitante corde. Cornu effloreſcens de poplite hominis.

EJ. *conferences préſentées à M. le* DAUPHIN Paris 1672. 4.*. Amſtel. cum priori. Nihil huc facit.

EUTYPHRONTIS (lego PETRUM PETITUM hoc nomine ſe texiſſe) *de nova curandorum morborum ratione per transfuſionem ſanguinis* Paris 1668 4.*. Detracto ſanguine opus eſſe, non addito.

CLAUDII TARDY libellos noluimus a cæteris ejus opuſculis avellere, dudum dictis ad a. 1636.

GUILIELMI LAMY *lettre à M.* MOREAU *contre les prétendues utilités de la transfuſion du ſang* Paris 1668. 4.*. Incommoda varia. Sanguinis in diverſis animalibus diverſa natura. Nimia copia ſanguinis ſubito accepti.

Lettre de M. GADROYS *à M. l'Abbé* BOURDELOT *pour ſervir de reponſe à la lettre écrite par M.* LAMY *contre la transfuſion* Paris 1668. 4.*. Ramos etiam in alienas arbores feliciter inſeri. BONDII infortunium excuſat.

Seconde lettre de M. LAMY *pour confirmer les raiſons qu'il a apportées dans ſa premiere lettre contre la transfuſion du ſang* ib. 1668 4.*. Et canem poſt transfuſionem ſanguinis periiſſe, & nobilem Suecum BOND.

Lettre de M. GURYE *de Montpoli à M.* BOURDELOT *ſur la transfuſion du ſang* ib. 1668. 4.*. Malum fuiſſe eventum, & periiſſe canem, quem ſtudioſe ſervatum volebant.

PIERRE MARTIN *de la* MARTINIERE *opuſcules contre les circulateurs & transfuſions du ſang* 1668. GOULIN. An non idem ille MARTINIERE p. 151.

Récueil de quelques nouvelles obſervations de la transfuſion du ſang & de l'infuſion des médicamens dans les veines la Haye 1668. 12.

Ondervinding door de beroemdeſte Geneesheeren van het leyden des bloods uyt een gedierte in het ander Leeuwaarden 1668. 12. HEIST.

(a) DIONIS *Cours de Chirurgie* p. 458. *du* HAMEL *Hiſt. Acad.* p. 21. 22.

§. DCCLVII. Disputationes.

Corn. Schagen *de paralyſi* Leid. 1668. Pl.

Gott. Schwetkius *de mola* Leid. 1668. 4.

Casp. Gunth. Cramer *de peſte* Leid. 1668. 4.

Henr. Sampson *de celebri indicationum fundamento, contraria contraria contrariis curari* ib. 1668. 4.

Leonh. van der Hauck *de ſuppreſſione menſtruorum* ib. 1668. 4. Pl.

Wilh. Hellenius *de aſthmate* ib. 1668. 4. Pl.

Frid. Albinus *de ſcorbuto* ib. 1668. 4.

J. Blumig *de febribus* ib. 1668. 4.

Godofr. Gigas *de lipothymia* ib. 1668. 4.

Nicol. Mourik *de iſchuria* ib. 1668. 4.

J. Kopeczki *poſitiones variæ per univerſam medicinam* ib. 1668. 4.

Reyner a Diephout *de chylificatione læſa* ib. 1668. 4.

Henr. van der Busch *de delirio* ib. 1668. 4.

J. van der Mark *de febre nuperrima epidemica* ib. 1668. 4.

Simon v. Assendelft *de febre quadam epidemica* ib. 1668. 4.

Isaac a Loef *de medicina per ſocietates illuſtrata* ib. 1668. 4.

Henr. Althusius *de ſanguificatione læſa* ib. 1668. 4.

Cornel. Kettenes *de aphtis* ib. 1668. 4.

J. Caspar Caspari *de pleuritide vera* ib. 1668. 4.

R. Lonk *de ſuppreſſione menſium* Utrecht 1668. 4. Haenel alibi lego Giess. & forte error eſt in titulo.

Christ. Andr. Schöngast *Enkurek Perſarum morſuſque tarantulæ* Lipſ. 1668. 4. *. Eventum pro certo recipit, ætiologiam refutat. Vipera univerſalis eſt antidotus.

Sam. Eichler *de cauſo* ib. 1668. Pl.

J. Christ. Hippius *de febre hectica* Lipſ. 1668. 4. Riv.

Anton. Heshusius *de abſtinentia carnium* Lipſ. 1668. 4. Hef.

J. Centurio Macasius *de aſthmate* Lipſ. 1668. 4. Hef.

Gotter. Weiss *de malo peſtifero* ib. 1668. 4. Riv.

Christ.

Christ. Strabant *de morte* Lipſ. 1668. 4. Thom.

J. Fridel *de pleuritide* Witteb. 1668. 4. Pl.

Ej. *de hydrope* ib. 1668. 4.

J. Frid. Meyer *de valetudinis diis deabuſque* Lipſ. 1670.

J. Phil. Hilbrand *de cephalalgia* Jen. 1668. 4. Riv.

J. Georg Trumph *de ſalivatione mercuriali* Jen. 1668. 4. Riv.

David Kelner *de empyemate* Helmſtatt 1670. 4. Pl.

Laurent Loss *de lue venerea* Gieſſ. 1668. 4.

Ej. *chirurgiſches Handbuch, oder concentirter Begriff &c.* Eiſenach 1676. 12. Meinungen 1679. 8.

Ej. *Peſtbarbier* 1683. 8.

J. Math. Valentin *de paſſione colica* Gieſſ. 1668. 4. Riv.

J. Phil. Fabricius *de apoplexia* ib. 1668. 4.

Conr. Phil. von Mer *de Hydrophobia* Altdorf. 1668. 4.

J. Georg Keyser *de rariſſimo nec non graviſſimo corporis humani adfectu tetano* Altdorf. 1668. 4.

Math. Harscher *de lethargo* Baſil. 1668. 4. Pl.

J. Trefurt *de nimio menſium profluvio* Argentor. 1668. 4. Pl.

Jac. Saalmann *Pleuritis* ib. 1668. 4.

Ferdin. Mendez Luſitani, *ſtudium apollinare ſ. progymnaſmata medica ad Monſpelienſem Apollinis honorem conſequendum habita* Lion 1668. 4. Falc.

Edmund. Morphæus Limericenſis. Ej. ſunt *quæſtiones medicæ* XII. Monſpel. 1668. 4. Astr.

Andreas Brunel *in quæſtionibus medicis* XII. ib. 1668. Uterque agit de morbo venereo. Astr.

Lud. Morin & Guil. Petit *E. naturæ morborum medica* Paris 1668.

Car. *le* Long & Henr. Mahieu *E. arthritidi hypnotica* ib. 1668.

Fr. Blondel & Mich. Poinssant *E. morbis extremis remedia extrema* ib. 1668.

Paul. Mattot & Cl. Guerin *E. in curanda ſyphilitide balneum ptyaliſmo præmittendum* ib. 1668.

JAC. MENTEL & GABR. DACQUET *E. purgatio ſolum a plantis* Paris 1668.

PETR. YVELIN & GUIL. PETIT *E. fructuum uſus inſalubris* ib. 1668.

FR. *de* VIGNON & HENR. MAHIEU *Non E. extremis morbis ſola diæta* ib. 1668.

PETR. LEGIER & RAYM. VASSE *E. hydropotæ minus morbis obnoxii* Pariſ. 1668.

CL. GERMAIN & GABR. DACQUET *E. in magnis inflammationibus & doloribus ſanguinis miſſio ad deliquium* ib. 1668.

CL. GUERIN & B. *de* MONSTREUIL *E. vitæ longioris ex junioribus parentibus orti* ib. 1668.

HENR. MAHIEU & FRANC. VIZON *E. cœlibes μακροβιοτεροι* ib. 1668.

NIC. MATHIEU & CL. PUYLON *Non E. ſolius guſtus eſt de alimentis ferre judicium* ib. 1668.

CL. GERMAIN & GABR. DACQUET *E. Non potuit hactenus ulla præparatione antimonium emendari* ib. 1668. Non defenſa, vetante ſenatu.

§. DCCLVIII. DIARIA.

In *Phil. Tranſ.* 1668. n. 36. *Guil.* HOLDER refert de juvene; qui ſurdus cum natus eſſet, vehementibus ſonis agitato tympano editis, alios etiam ſonos percipere potuit.

EJ. *elements of ſpeech, an inquiry into the natural production of letters wieh an appendix concerning perſons born deaf and dumb* Lond. 1669. 8. *. Theologus, artem exercuit docendi ſurdos & mutos. Viſu & tactu docet diſcipulos, quibus motibus quæque litteræ producantur.

Cum J. WALLIS de arte docendorum ſurdorum litem aluit, & Lond. 1678. 4. edidit *a ſupplement to the philolophical tranſactions* July 1670. *with ſome reflexions on* D. WALLIS *letter*. Se in docendo WALLISIO feliciorem fuiſſe.

TIMOTH. CLARKE de infuſione & transfuſione, quorum illam CHRISTOPHORO WREN tribuit, qui anno 1656 a ſe ipſo excogitatam primus adminiſtraverit, tum CLARKIUS a. 1657. Inde *Lowerus* a. 1666. transfuſionem molitus eſt.

N. 37. de morbo oculari equorum, LIBAVII de transfuſione locus.

Ib. & n. 38. & 39. de utilitate tuborum inanium in debilitate viſus.

N. 39. Equos antimonium amare.

Apud BIRCHIUM in T. II. mortes avicularum in aëre non renovato. Vindobonæ optimo ſucceſſu in canibus ſanguinem transfuſum eſſe; etiam a MALACHIA THRUSTON; ſed animal recipiens a coacto cruore ſuffocatum eſſe.

GILBERT

GILBERT TALBOT de hydatidibus ex abſceſſu lateris pullulantibus.

THOM. HOBBES empaecta, de virgine, quæ cibo & potu per ſex menſes abſtinuit. Se ipſum quadraginta diebus cibo abſtinuiſſe.

In *Journal des Savans* 1668. cujus auctor eſt GALLOYS. In puero nullus pulmo, quem una & aſperam arteriam ipſam, abſceſſus conſumſiſſe videtur. Mediaſtinum craſſiſſimum. Calculus quadrilibris in equo (in cæco ut videtur inteſtino) Vermes ſideritidis foliis ſimiles in hepate ovium.

Ib. anonymus, qui tamen PECQUETUS eſſe videtur, agit *ſur les vers qui ſe trouvent dans les foies de quelques animaux.*

Romæ hoc anno novum diarium prodire cepit *Giornale de letterati* apud NICOL. ANGELUM TINASSI; porro in urbe continuatum ad 1675. Itali diarium *Journal des Savans* ex gallico converſum dederunt; addiderunt varia, tum cenſuras librorum in Italia editorum, tum doctorum virorum adnotationes.

Epiſtola ad D. Sorbiere de ſtulto curato per transfuſionem (eodem MAUNOY, qui cum iterato transfundere vellent, ſubito mortuus eſt).

De transfuſione BONONIÆ adminiſtrata apud CASSINUM, & UTINI apud MONTANARIUM, bono eventu, ſed in animalibus.

HIPPOLYTUS MAGNANUS poſt longum morbum colon inteſtinum latiſſimum reperit, ſanguinem omnino nullum. Vindobonæ facta experimenta, & animalia, potiſſimum magna, & ipſi boves a viperis demorſi, lapide indico ad vulnus admoto, ſanati.

§. DCCLIX. GUILIELMUS TEN RHYNE.

Daventrienſis, Indiam adiit, Bataviæ novæ artem exercuit, Japoniam vidit; in Europam denique rediit.

EJ. *diſp. de dolore inteſtinorum a flatu* PRÆSIDE SYLVIO defenſa fuit 1668. 4.*.

EJ. *diſp. inaug. de arthritide* Leid. 1669. 4.*.

EJ. *meditationes in* HIPP. *textum 24 de vetere medicina cum laciniis de ſalium figuris* Leid. 1669. 4. BOEHM 1672 12.*. Mixti argumenti, chemici, phyſiologici, practici, SYLVIANI hominis, dictione uſi phalerata, & in omnia alia delabentis. HIPPOCRATIS verba ad præceptoris ſententiam detorquet.

EJ. ex India reducis, diſſ. *de arthritide; Mantiſſa ſchematica de acupunctura. Orationes tres*, earum prima *de chemiæ & botanices antiquitate & dignitate* Lond. 1683. 8. Liber Bataviæ Javanæ ſcriptus a. 1679. Dictionis conſtans obſcuritas. Textum operis objectiones conſtituunt, quas noſter BUSSCHHOFIO oppoſuit, ob theoriam flatulentam arthritidis, cum reſponſione GUILIELMI. Aliæ ad BUSSCHOVII de

de podagra opuſculum notæ. Tunc demum ipſum opus GUILIELMI. Arthritidem nunc omnino a flatibus derivat, ſedem in perioſteo ponit. In medio oſſe, terebra aperto, carnem fungoſam fuiſſe, apprime ſenſilem. Inde ad uſtionem, quam Bataviæ ab HERMANNO BUSSCHOV didicit, in Japonia vero ipſe moxæ uſui teſtis fuit, quam cum omni inſtrumento fuſe deſcribit. Abſceſſum pectoris ficus indicæ foliis feliciter ruptum fuiſſe. Japonenſium morbi: truculentiſſimæ variolæ, peſtis ignota.

Febris cardiaca & cordis palpitatio ex flatibus ab ipſo authore paſſa. Subito truculento morbo correptus, & pene enectus, pulſu interrupto, quem ex Sinenſium doctrina, funeſtum fore exſpectabat. Reſpiratio difficillima. Sudor enormis & perpetuus. Cardiaca nocuerant; profuerant clyſteres, decoctum radicis Chinæ; inuſtione demum in abdomine & lumbis, vulnuſculo diu manante convaluit. In Bengalæ R. & in Perſia hoc malum regnat, & palpitationes, per inſultus redeuntes, ſæpe necant.

EJ. *Mantiſſa Schematica.* Libellus japonicus, in quo loci exprimuntur, in quibus, ad ſuum quemque morbum, propria in ſede Japones uſtione utuntur, empirice quidem, nulla apparente probabili cauſa diſcriminis.

EJ. ad hiſtoriam medicorum Japoniæ libellus, cum BLANCARDO *de podagra* recuſus eſt.

Inde *acupunctura japonica*, quam in chirurgicis dixi.

Et *Oratio* o. 1674. *Bataviæ novæ dicta de chemiæ & botanices antiquitate & dignitate.* Veras chemicorum laudes cum ſuppoſitiorum hominum laudibus miſcet, Hippocratem chemicis accenſet.

Deſcriptio morbi ſævi maritimi. Febris fuit peracuta, cum cardialgia, vomitu, vertigine, capitis dolore ſitique, ſæpe cum parotidibus. In claſſe ſæviit, & multos occidit. Noſter calida, longiſſimas in formulas compacta ſuadet. Ipſe hæmorrhagia narium valde debilitatus venam tamen ſecuit. Lotium in principio febrile inde in ſanorum lotii ſimilitudinem tranſibat. Calidis & viperinis antidotis ſibi ſubvenit.

In l. *de promontorio bonæ Spei* Schafhuſ. 1686. 8. *. ab HENR. SCRETA edito exponit, quo modo in eo promontorio indigenæ medicinam faciant. Multum utuntur ſuctione & inunctione. Multum etiam igne utuntur, etiam in arthritide.

EJ. *ein Verhandlung van de aſiatiſche melaatzye* Amſterd. 1687. 8.

§. DCCLX. VARII.

FRANCISCI DE ROMA ſ. ROMANIS Centurſini, *conſultationes medicæ chirurgicæ*, opus poſthumum, a filiis editum. Napoli 1669. fol. *. Centuria I. integra eſt, ſecundæ conſultationes ſunt 21. Magna pars eſt chirurgica. Ad medicinam tamen alia faciunt. Theoria ſcholarum. Luis gallicæ ſedem in hepate ponit; lignis utitur

utitur ſolitis; externo uſu ſublimati mercurii & demum mercurio præcipitato rubro in unguento illita. Angina peſtilens a pueris progreſſa ad adultos, gangrænoſæ indolis. Ocyſſime debere venam ſecari, alvum expurgari, antequam gangrænæ adſint indicia, tunc cucurbitulæ ſcarifatæ admoveri, & bolus dari cum lapidibus pretioſis. Ad ipſa loca corrupta aqua aluminoſa, oleum chalcanti. In eryſipelate phlegmonode univerſi capitis, periculum morteſque vidit tumidiſſimo cum capite, qualis morbus exercitum Batavorum Cochinum obſidentium pene exſtinxit. Curationem adhibet antiphlogiſticam. Gonorrhoœæ ſedem ponit in proſtata. Diuretica dat, miro conſilio, tum purgantia. Adverſus hæmorrhoidum nimium fluxum, quod magnum malum eſt, venam ſecat, aut in debiliori ægro ſcarifat, refrigerantia dat & adſtringentia. Neapoli editum a . . . .

Antonii Molinetti Prof. Med. & Anat. primarii *diſſertat. anatomicæ & pathologicæ de ſenſibus & eorum organis* Padua 1669. 4*. & *diſſ. anatom. pathologicæ, quibus humani corporis partes accuratiſſime deſcribuntur* Venet. 1675. 4.*. Poſt deſcriptionem cujuſque partis corporis humani morbos ejuſdem ſubjicit: ut oculi morbos, aurium, linguæ, convulſionem hic & paralyſin. In hydropico nullum hepar, nullus lien repertus. Quinque ſe veſicas reperiſſe, ſex ureteres. Calculus in pleura viſus. Calculi in vena emulgente. Calculus circa acum natus. Urethræ oſtium a fragmento candelæ obſtructum, quam noſter inciſione eduxit. Inteſtina undique a lumbricis eroſa, inde mors poſt multa tormina.

Engelbert Holterhoff Profeſſoris Colonienſis, *Conſilium antidyſentericum ob graſſantem dyſenteriam, Ducis juſſu* Duſſeldorf. 1669.

Ej. *Animadverſiones in* F. Sylvii *diſſ. de primariis corporis functionibus, demonſtrantes fundamenta illius veritati contraria eſſe* Colon. 1675. 12.

Ej. *diſcurſus medicus oſtendens errores medicorum in curationibus aliquot præcipuorum morborum, febrium, pleuritidis, phthiſis, dyſenteriæ* Colon. 1678 4. L.

Ej. *vita longa & brevis, der Weg zum geſunden und langen Leben, die Urſachen des kurzen und kranken Lebens* Cölln 1670. 12. Harzheim 1678. 12. Tr.

J. Baptista Duhamel clericus, Academiæ regiæ ſcientiarum pariſinæ a ſecretis, *de corpore animato* L. IV. Paris 1673. 12.*. Norimb. 1681. 4.*. (nam priores ll. *de conſenſu veteris & novæ philoſophiæ* prodierunt Oxon 1669. 8.*.) In horum operum poſteriore aliqua huc faciunt. Lens cryſtallina glaucomatica, in urſo; Strabones fieri ex lente per proceſſus ciliares ad latus deducta.

In Lib. II. *de affectibus corporum manifeſtis & occultis* Paris 1670. 12. Theoria operationis medicamentorum.

In *Mémoires de l'Acad. Avant* 1699. T. II. in colica aliquando glandes utiliter datæ, alias neutiquam.

Ej. *Hiſtoria Academiæ Reg. Scient* Paris 1698. 4.*. 1701. 4.*. hactenus huc faceret,

faceret, niſi nunc excuſis *Mémoire de l'Acad. Avant* 1699. ea pleniora excuſa proſtarent, quæ DUHAMELIUS excerpſerat.

J. B. DONII *de reſtituenda ſalubritate agri romani*, *opus* poſthumum Florent. 1669. 4. Legi, inſalubritatem eſſe ab aquis ſtagnantibus, a flante auſtro. Agrum romanum poſt invaſiones barbarorum demum inſalubrem factum eſſe. Aedes debere in collibus exſtrui: puriores aquas etiam a longinquo adduci.

NICOLAI GERVASII *ſuccedanea* Palermo 1669. 4. FALC.

Ej. *antidotarium panormitanum pharmacochymicum* Palermo 1669. fol. FALC. 1670. 4. MONGIT. 1718. 8.

Ej. *norma tironum pharmacopolarum Galenoſpagirica* Nepol. 1673. 4. MONG.

J. FERDIN. HERTODT *tartaromaſtix Moraviæ* . . . 1669. 8.

Ej. *opus mirificum ſextæ diei*, *ſ. Homo phyſice*, *anatomice & moraliter conſideratus* Jen. 1671. 8. *.

Ej. *Crocologia* ib. eodem anno 8. *. ad normam *naturæ Curioſorum.*

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 99. Poſt ſæviſſimos dolores & egeſtas arenulas, mors ſubita. Diaphragma foramine pertuſum. Pancreas corruptum, quod etiam ſpinam dorſi infecerat, & venam cavam perruperat.

In *Ann.* II. *obſ.* 146. emphyſema ſubitaneum univerſi corporis.

Obſ. 147. vermes bombycum ſimiles de naribus.

FRANCISCI BORRHI *Epiſtola* ad BARTHOLINUM Hafn. 1669. 4. *. Arcanum laudat, quo oculorum humores amiſſos norit reſtituere, in univerſum arcanorum chemicorum laude celebris, ut etiam in arce S. ANGELI labores chemicos continuare juſſus fuerit.

Ej. aliqua in *praxi infallibili* VALENTINI.

ANDREÆ RAVESTEYN *Lexicon græco latinum ex monumentis* HIPPOCRATIS, GALENI, AVICENNÆ ed. III. Tubing. 1669. 8. SMITH.

De uſu vini emetici in curatione febrium malignarum ad mentem Hippocratis Paris 1669. 12. FALC.

Hoc anno *collectio de hiſtorica fetu muſſipontano* prodiit curante L. STRAUSSIO Francof. 1669. 4. *. cum *ſcriptis* HONORATI LAUTHIER, ANTONII DEUSING, BERNARDI A DOMA, G. PATINI *epiſtola*, & EISENMENGERI.

J. BETTUS Coll. Med. Lond. Socius. In ejus l. *de ortu & natura ſanguinis* Lond. 1669. 8. *. magna pars practici eſt argumenti. De lacte augendo, minuendo; de lactis adfectionibus morboſis, & de ejus utilitate medica: de morbis a pinguedine ortis, & de uſu ejus medico: de morbis a ſpirituum incremento ac de-

decremento natis: de peſte: de ſenectute: de fumo & flatu, & de morbis inde ortis. Colicam in paralyſin abeuntem ſe in Barbado inſula vidiſſe. Morbi a bile; ſeri evacuatio, defectus; ſerum depuratum. Morbi a ſucci ubertate. Arenulæ in ſanguine leproſi hominis viſæ, & ex vena malleoli externi eductæ. Calculus in homine iſchiatico proſiliens. Femina calculoſa mollientibus ſanata. Febres. Breviter omnia.

J. Frid. Koeber *diſſ. in laudem medicinæ* Gera 1669. 4.

Ej. *diſſ. de medicæ artis præſtantia & difficultate* Gera 1685. fol Pl. Nonne idem liber?

Guil. Parent. Colonienſis, medici Leodienſis, *methodus ſanandi peſte adfectos, principiis certis ſtabilita* Leodii 1669. 8. *. Proprii ingenii partus, neque compilatum opuſculum. Aphoriſmos primo loco poſuit, quibus ſuam ſententiam comprehendit. Morbus malignus ex curata gangræna tibiæ ortus, quæ ipſa febri ſupervenerat. Excitato vomitu peſtis principia ſæpe radicitus evelluntur, cum ſudorifera noceant. Chirurgo, qui bubonem inciderat, puſtula de digito effloruit. Qui ab infectionis ſenſu impatiens factus, ſurſum deorſumque mota alvo, ſubito ſervatus ſit. Alberti Bavariæ D. pilulas utiles eſſe. Peſtem non curari niſi humoribus craſſis eductis, per vias omnino conſpicuas. Refrigerantia cum adſtrictione nocere. De medicamentis alvum ducentibus. Non *contraindicari* a ſuppoſititia cordis debilitate. Triplices eſſe circuitus ignis ſ. ſpiritus in ſanguine; eorum primus per arterias & venas perficitur, alter per arterias, vaſa lympatica & venas, tertius per arterias, nervos, carnes & venas. Ab antimonio plurimam ſe ſperare. Helleborum album & nigrum effectu vix differre, ſi vires in extractum coegeris.

Ej, *dialogus inter* Hippocratem, Paracelsum & Themisonem, *quo demonſtrantur cauſæ peſtis & effectus, & probatur virtus pro poſitæ methodi peſte effectos ſanandi* Leodii 1671. 12. *. Paracelsum refutat; peſtem oſtendit non eſſe a ſale aliquo volatili. Profuiſſe acre medicamentum ex aloe, oleo ſulfuris, moſcho compoſitum. Omnes morbos tempore peſtis a venæ ſectione in peſtem abire. A materie peſtilenti ad cor repercuſſa maximæ vertigines, palpitationes. Utile fuit pilulas Rufi ſumere. Paganos cum fructu helleboro uti. Sudorifera materiem morbi non poſſe totam diſpellere; emeticum ſatis feliciter ſucceſſiſſe. Utilia ergo eſſe & emetica & purgantia, ut tamen non omnes ægri, etiam cum iſtis auxiliis ſerventur. Ab adſtringentibus fiunt abſceſſus hepatis & lienis. Fætores ſingulares in aëre perceptos fuiſſe in regionibus peſte infectis. Cum peſte Leodienſi bubones & arthraces rari erant & lethales, tum papulæ. Iterum exemplum ſervati laxante medicamento, qui peſtem conceperat.

Fransisci Piens *tr. de febribus in genere & ſpecie ex veterum & recentiorum ſcriptis perpenſis ſ. febris heautotimorumenos* Neomagi 1669. 8. Recudit cum notis Mangetus Genev. 1689. 4.

TH. MONTANUS *de peſte Brugenſi* Brugis 1669. HOTTON.

CHRISTOPH FAHRINHOLZ *officina pharmaceutica brandenburgica ſ. catalogus medicamentorum, quibus officina aulica anno 1669. inſtructa fuit* Berlin 1669. 4. TR.

VINCENTIUS KETELAER *de aphthis noſtratibus vulgo de ſprouw* Middelburg 1669. 8. Leid. 1672. 8. 1715. *. 1749. 8. curante J. SCHMIDT. Utiliter in brevi opuſculo morbum patrium deſcribit. Criſeos eſſe ſpeciem, ſed lentæ; præcedi a difficili reſpiratione, anxietate. In graviori malo etiam interna corporis occupari; metus etiam ſuper eſt, quando evanuit, ne iterato erumpat, quod in corpore non repurgato evenit, aut adtritis prius viribus: venæ ſectionem hic non reſpondere: prodeſſe ſi præcedatur ab evacuatione univerſi corporis, ſed mitibus medicamentis facta. Quæ aphthæ poſt ſeptimum diem, ſuperata jam vi morbi, ſuperveniunt, eæ nullo medicamento egent. Gargariſmi metus. Fugienda eſſe acida, & tamen noſter ſpiritum ſulphuris potui inſtillat, tum refrigerantia antifebrilia dat, ſi malum ad diarrhœam vergat, quem eventum noſter vehementer reformidat: denique ſudorem ciet, theriacam propinat.

§. DCCLXI. NUPERI.

Eſcrutinio medico fiſico da un ſpecifico de las calenturas intermittentes y otros achaques motivado de un libro, que eſcrivio el D. Joſeph COLMENERO Sevilla 1669. 4.

TRADUCCIO SALVI *il chirurgo . . . ej. il miniſtro del medico* Rom. 1669. 4. *. quæ non prima eſt editio. Huc facit L. VIII. ſ. *de natura ſimplicium, bonis notis & viribus medicis.* Tum L. IX. ſ. *antidotarum ſecundum indicationes.*

BENEDETTO STELLA M. D. ex civitate Caſtellana. Ej. eſt *il tabacco medico morale curioſo* Rom. 1669. 8. *. Vires medicatæ ſucci nicotianæ. Sanat vulnera, tineam; fumus in regionibus paluſtribus utilis eſt. Nicotianæ nimia copia ſumtæ noxa. In ejuſmodi homine pulmones, hepar vitiatum; cerebrum ſiccum, denigratum, fuliginoſis cruſtis tectum. Apoplexia ex eo abuſu nata. A pulvere pariter cerebrum fædari. Ad ſcrofulas laudatur. Plurima alia id genus.

The marrow of chymical phyſick, or the practice of making chymical medicines Lond. 1669. 8.

A diſcourſe, wherein the intereſt of the patients in reference to phyſick and phyſicians is ſoberly debated, with the reaſons and advantages of phyſicians preparing their own medicines Lond. 1669. 8.

FRANCESCO LIBERATI *la perfettione del cavallo* Rom. 1669. 4.

ANTONIUS CANGALOES Luſitanus. Ej. *Tratado de gonorrhea* Lisboa. 1669. 4. 1688. 4. C. de V. niſi male ſcripſi.

BARBEREAU (chemica de ſecta) *remedes ſouverains decouverts & employés par l'auteur* Paris 1669. 4. FALC.

LOUIS DE SERRES *la véritable médecine oppoſée a l'erreur contenant un avis ſalutaire*

ſalutaire au public touchant la cure des maladies & les abus, qui s'y commettent Lion 1669. 12. Rast. Bur.

J. Malbec de Trevel *recueil de remedes ſecrets tirés de celles du* C. Digby *avec pluſieurs autres ſecrets & parfums experimentés* Paris 1669. 8.

Secrets & remedes approuvés ib. 1669. 12. (niſi idem eſt l.).

P. Eresarde *nouveaux ſecrets, rares & curieux* ib. 1669. 12. Rast.

Jac. du Roure *nouveaux cours de médecine* ib. 1669. 12.

Michel Bicais *la manière de regler la ſanté par ce qui nous environne* Aix 1669. 8. Falc.

Chomel *de la dignité & des abus de la médecine* Lion 1669. 12. Ran.

S. de la Bellerie *deſcription du vignoble de Garembaut & diſcours ſur la crapule* Lyon 1669. 8. Falc. ſi huc facit.

Benj. Wellis *of the joint evil* Lond. 1669. 12. Bur.

J. Fr. Weypert *güldenes Kleeblat der Wundarzney* Francf. 1669. 12.

J. Phil. de Lyseck *propugnaculum contra peſtem, welche übernatürliche Mittel mit der Aſtrologie in den Leibern der Erden durch die Experienz ermeſſen, beſchrieben, nebſt Salomons Spiegel, wie ſich das politiſche Weſen wider Gott und den Nächſten vergeſſen hat* Straubingen 1669. 4. 1673. 4. Tr.

Ej. *ſpeculum Salomonis, oder ſalomoniſcher Spiegel* ib. 1673. 4.

Des Rahts zu Leipzig für die Apotheker aufgerichtete Ordnung und Taxa Leipzig 1669. 4.

Der Stadt Frankfurt Reformation oder erneuerte Ordnung die Pflege der Geſundheit betreffend nebſt der Taxa Francf. 1669. 4. Menz.

Der Grafſchaft Henneberg Naumburgiſchen Theils erneuerte Apothekerordnung und Tax Schleuſingen 1669. 4.

§. DCCLXII. J. Aug. Hunerwolf.

J. Aug. Hunerwolf *de variolis* Gieſſ. 1669. 4.

Ej. *anatomia pæoniæ* Arnſtatt 1680. 8. *. Iterum ad modum *Nat. Cur.* Se lumbricos abegiſſe eſſentia radicis pæoniæ, miſta cum ſpiritu vitrioli fixato. Ex uſu pultis farinaceæ alvus pertinaciter conſtricta.

Ej. *fecundi gynæcei myſteria, oder ſonderbare frauenzimmergeheimniſſe* Frf. Lipſ. 1690. 8.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 91. Mortem inſtare præſagit, ex dulcedine ceruminis.

Ann. V. *obſ.* 18. Vomitus & mors a lumbricis vomitu rejectis aliiſque, qui inteſtinum partim perruperant, partim excitata gangræna late deſtruxerant.

Obſ. 20 muſcæ in lacrumis.

Obſ. 21. Scrofula ex brachio viri exemta, mollis, mobilis, indolens.

Obſ. 23. Napelli venenum innoxium fuit, quod vomitu ſponte rejiceretur.

Ann. VII. *obſ.* 83. in hydropica hydatides peritonæo adnatæ; ſic utero mola adhærebat, cancroſa, novem librarum.

Obſ. 84. in hydrope ſpecificum eſſe fœniculum aquaticum (an forte phellandrium).

Obſ. 86. Diabetes ab admotis cantharidibus.

Obſ. 87. in dyſenteria deſperata demum opium utiliter dedit.

Ann. VIII. *obſ.* 16. ab uſu frequenti cricetorum (hamſter) ſcabies & demum elephantiaſis.

Obſ. 18. poſt multa mala & in ventre dolores, denique mors. Ventriculus inflatus; inteſtinum colon ſepties in ſe ipſum ingreſſum; cum calculo veſicæ & lumbricis. Stercus tamen non vomuerat.

Obſ. 94. in barba plica polonica innocua.

Ann. IX. *obſ.* 99. In fœmina hydropica cranium in tumorem abierat glandulis factum & hydatidibus.

Obſ. 100. menſes continuo a nativitate fluentes.

Obſ. 101, Urina ductilis & fila trahens.

Obſ. 102. Arthritis ſalivatione ſublata.

Obſ. 109. Exemplum appetitus ciborum per fumum tabaci deleti.

Ann. X. *obſ.* 49. Cum hydrops exſpectaretur, ſaccus cum burſulis ingentibus aqua plenis repertus.

Obſ. 50. poſt reſpirationem difficilem glandulæ meſenterii induratæ; lien magnus & durus.

Obſ. 51. Venter dolens, emaciatio. Sanata omnia conulis ſebaceis per anum egeſtis.

Obſ. 54. in ſene orthopnœa, ſpiritu ſalis ammoniaci vinoſo & acri clyſtere ſanata.

Dec.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 106. Urina lactea, ſanata ſtrictiori diæta.

Obſ. 117. mercurio dulci vermes 250 una vice ejecti.

Obſ. 119. Hæmorrhoidibus inciſis, deinde per adſtringentia ſiccatis, fiſtula, ſuborta, per epilepſiam lethalis.

Obſ. 120. Pulvis ſtaminum coryli utilis ad epilepſiam ex acido natam.

Ann. II. *obſ.* 91. Philtri malus effectus, emetico diſſipatus.

Obſ. 92. Vertigo, convulſio a radicibus hyoſcyami comeſtis, ſponte tamen ea ſymptomata ſublata.

Obſ. 94. Febris ardens peſſima, vomitu moto, laudano dato ſanata.

Obſ. 96. Tertiana febris diuturna excretis vermibus ſanata.

Obſ. 97. a capite in frigidam demerſo cæcitas.

Obſ. 140. In hydrope abdomen duris tumoribus plenum, in quibus veſiculæ lympha plenæ, aliaque materie. Vaſa abdominis grandiora; fovea a cartilagine enſiformi hepati impreſſa.

§. DCCLXIII. DISPUTATIONES.

HERMANN DORELL *caſus de aſthmate* Leid. 1669. 4. *. Hiſtoria ægri.

PETRUS COSSON *de ileo* ib. 1669. 4. *.

ABRAH. BULTINGK *de epilepſia* ib. 1669. 4. *.

GERARD LIEVENS *de ſyncope* ib. 1669. 4. *.

HENR. ALTHUSIUS *de gravedine & catarrho* ib. 1669. 4. *.

PETRUS SECQUIER *de uſu venæ ſectionis in medicina* ib. 1669. 4. *.

J. BEYER *de febre hectica* ib. 1669. 4. *.

J. DE WITTE *de catarrhis* ib. 1669. 4. *.

THOMAS FONES *de ophthalmia* ib. 1669. 4. *.

JAC. BECKERS *de alimentorum faſtidio* ib. 1669. 4. PL.

FLORENTII SCHUYL poſtea Prof. Botan. *de angina* ib. 1669. 4. PL.

EJ. *pro veteri medicina contra* D. LE VASSEUR ib. 1670. 12. *. Sylvianus, fermentationem ſucci pancreatici cum bile experimento conatur ſtabilire. Inteſtinum duodenum utrinque ligat, ſic inter duo vincula, quæ ductuum, choledochi & pancreatici, oſtia intercipiant, ſpuma in vivo cane oritur. Sylviana placita tamen apud HIPPOCRATEM reperiri in l. *de vetere medicina*.

J.

J. Schaper *de caduco muliebri* Raſtadt 1669. 4. Haenel. Vix ſinit temporis ratio *Schaperum* eſſe Francofurtanum, quem dicemus.

Frid. Madewis aut. J. Dan. Meyer *de longævitate patriarcharum* ib. 1669. 4.*.

J. Petr. Prückel *ſcrutinium hydrocephali* Jen. 1669. 4.*.

J. Mich. Schwimmer *de antipathia* ib. 1669. 4.

Hier. Sicelii *de viro terete quadrato* Lipſ. 1669. 4. Hef. ſi huc facit.

Theodor Kirchmayer *de cruentatione cadaverum fallaci præſentis homicidæ indicio* Witteb. 1669. 12. 1726. 4.*.

Ad. Purpii *de cauſis laboranti naturæ obſtetricantibus exercit.* I. II. Witteb. 1669. 4. Vater.

Just. Ortolf Marold *de abartu per vomitum rejecto* Altdorf. 1669. 4.*. & in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 108.

Ej. *loimographia oder Peſtdiſcours* Schleuſingen 1680. 4.

And. Schaarmann *de lochiis* Altdorf. 1669. 4.

J. Wolfg. Helbich *de ſonitu & tinnitu aurium* ib. 1669. 4. Riv.

Phil. Henr. Beyer *de rabie ſ. hydrophobia* Gieſſ. 1669. 4.*.

Justini Wigand *de ptyaliſmo* ib. 1669. 4. Haenel.

Fr. Platner *de tarantiſmo* Baſil. 1669. 4.

J. Jac. Stæhelin *de lactis defectu* ib. 1669. 4. Pl.

J. Frid. Erer *de fratre lombardorum* Strasb. 1669. 4.*. Molæ id nomen dederant.

J. Carl. Hammerer *catarrhologia* Argent. 1669. 4.*.

J. Conr. Matthis *de mania* ib. 1669. 4.*.

Laur. Engelhart *de Æſculapio inventore medicinæ* ib. 1669. 4. Falc.

Germ. Preaux & Cl. Puylon *E. ſomnus ſalubrior, qui breves facit tenebras* Paris 1669.

Nic. Matthier & Franc. Vezou *Non E. a venatione vigente fame αδδηφαγια* Paris. 1669.

Cl.

CL. BIENDISANT & CL. DE QUANTEAL *E. erumpentibus variolis urgente tuſſi aut alvi profluvio venæ ſectio repetenda.*

CL. BERGER & LUD. GAYANT *E. puerperæ febre correptæ purgamenti defectu cædendæ cubiti venæ* Pariſ. 1669.

RAYM. VASLET & J. ROBERT *E. fluxioni a capite vomitus nonnunquam utilis* ib. 1669.

NIC. LANGLOIS & FELIX DESCEMET *E. icterus cauſam ſolvit* ib. 1669.

§. DCCLXIV. GEORG CHRIST. PETRI v. HARTENFELS.

Prof. Erfordienſis.

EJ. *Aſylum languentium ſ. Carduus benedictus* Jen. 1669. 4. *. innumerabilis formularum cenſus; quæ eum carduum recipiunt.

EJ. *peſtis tela præviſa nützliche Anleitung, wie reiche und arme vor der Seuche der Peſtilenz ſich bewahren und retten können* Erfurt 1682. 12.*. Plurima ſuperſtitioſa & vana. Lipſiæ dolores ſævos in ſpina dorſi perceptos, ut de calculo cogitaretur. Laudes bezoaris. Qui tinctura abſinthii ſe a peſte tutum præſtiterit. Suum balſamum. Sudor urgendus, fuſe, & poſt 9 horas porro repetendus, & iterato.

In E. N. C. *Cent.* I. II. *obſ.* 35. tertiana ſpontanea vomitu curata poſt anaſarcam.

Obſ. 38. Glandulæ ſcirrhoſæ ſponte de mamma delabentes.

EJ. *de arthritide ſcorbutica vaga* Altd. 1670. 4. PL.

EJ. *de igne microcoſmico, qui græcis καυσός, Latinis febris ardens vocatur* Erf. 1670. 4. HAEN. 1671. RIT.

EJ. *de ſterilitate mulorum* 1674. 4. RIV.

EJ. *de ſuffocatione uterina* Erf. 1672. 4. RIV.

EJ. *de alvi adſtrictione* ib. 1678. 4. TR.

EJ. *de fluxu alvi cruento* ib. 1685. 4. *.

EJ. *de morbo comitiali* 1688. 4. HEF.

EJ. *de volvulo ſ. paſſione iliaca* 1688. 4. MENZ.

EJ. *ægra laborans febre alba virginea* Erford. 1690. HEF.

EJ. *de febre hectica* 1690. 4. RIV.

EJ. *de phlegmone* 1690. 4. HEF.!

EJ. *de convenientia medicinæ cultoris cum piſcatore* Erf. 1691. BOEHM.

Ej. *de diabete* 1691. 4. Hef.

Ej. *de dolore hypochondriaco* 1691. 4. Pl.

Ej. *de febre petechiali* 1691. 4. Hef.

Ej. *de morbo herculeo ſ. epilepſia* Erf. 1691. 4. Hef.

Ej. *de anorexia ſ. apoſitia* ib. 1692. 4. Hef.

Ej. *de diarrhœa* 1693. 4. Hef.

Ej. *de ſtrangulatione a corporibus externis* 1693. 4. Hef.

Ej. *de virgine chloroſi liberata* 1693. 4. *.

Ej. *de ephialte* 1694. 4. Hef.

Ej. *de meteoro microcoſmi cruento ſ. dyſenteria* 1694. 4. Riv.

Ej. *quid in medicina ſanum & nocivum ſit* 1698. 4. Hef.

In *Elephantographia* alias dicenda, laudes medicamentorum ex ea bellua repetitorum. Memoria viri dicta eſt Erford. 1718. fol.

§. DCCLXV.

In Transactionibus Philosophicis anni 1669.

In n. 48. Edw. Browne peregrinator, de vaporibus noxiis fodinarum Hungariæ, ex quibus frequentes omnino morbi naſcuntur.

Robert Wittie *anſwer to the hydrologia chymica of William Sympſon* Lond. 1669. 8. Video ex *Phil. Tranſ.* n. 51. deſcribi hic diabeten 12 librarum in 24 horis, quoad tota caro in lotium diſſoluta eſt.

N. 52. & 53. Wilhelm Durston medicus, refert de ſubitanea intumeſcentia enormi mammarum, in femina viſa, cui menſes ſuppreſſi fuerant. Siniſtræ mammæ ambitus fuit 3. pedum 1. 6. cum ulcuſculis. Ante mortem etiam aliquantum increvit.

N. 54. aliqua de lite a vidua intentata J. Baptistæ Denis, ob infelicem eventum transfuſi in juvenem ſanguinis.

Apud Birch T. II. p. 380 Gornia medicus Florentinus conſultus de hydrargyri ſui in tollendo volvulo efficacia reſpondet, multos a ſumto ob volvulum hydrargyro perire, non ideo continuo ab eo metallo eos infauſtos eventus eſſe. Corroſivam vim in eo nullam eſſe, neque probabile videri, ingeſtum in inteſtina venenatam aliquam indolem induere.

De nobili virgine, quæ amiſſis fortunis experimentum fecit, num omnino abſque

abſque alimento vitalis ſupereſſe poſſet. Paulatim ergo de victu ſibi detraxit, ut demum ſubinde ſemel in menſe ſuccum aurantii dulcis ſugeret. Obeſa cum fuiſſet, emarcuit, urinam reddidit lixivioſam profundioris, quam in recta valetudine coloris. Frigus perpetuum eam invaſit. Demum tormina ſenſit, quibus aliquamdiu forti animo toleratis, denique ad corporis aliquam exercitationem, adque cibum potumque, rediit utcunque ſuperſtes.

Melancholica virgo, cui menſes retenti per oculum, aures, & nares exibant, interim per quadraginta dies cibo & potu abſtinuit, neque ſudavit, neque minxit. Pulſus naturalis, ſed ſumma macies cum parciſſimo nullove victu. De plena inedia tamen medico JOHNSTON, qui de miro hoc exemplo ad R. *Societatem* retulit, non ſatis liquebat.

Epiſcopus Ceſtrienſis retulit de experimentis, per quæ conſtitit, viperarum anglicarum morſum non nocere.

Vita GEORGII BATE Archiatri, cujus *pharmacopœa* exſtat.

§. DCCLXVI. FRANCISCUS BAYLE.

FRANCISCUS BAYLE Profeſſor Toloſanus, jatromechanicus, ſed ex cautioribus.

EJ. *diſſertationes medicæ* Toloſ. 1670. 4. d'ETR. 1672. 12. RAST. Haag 1678. 12, *. Toloſ. 1681. 12. *. *Diſſ.* 1. *De cauſis fluxus menſtrui mulierum.* Non a luna cieri, ſed a fervore uteri. 2. *De conſenſu variarum partium corporis cum utero.* Cauſæ ſympathiæ variæ: ſimilitudo officii & fabricæ, vicinia, commercium vaſorum & nervorum. 3. *De corporis alimento immediato.* Ciborum coctio: de pullo; lactis in tabe utilitas. 4. *Venæ ſectionem humores non revellere ad interiora & tranſpirationem potius promovere; ſudorifera ſubinde nocere, etiam in morbis in quibus prodeſſe ſolent.* Tres priores Diſſ. prodierunt Toloſ. 1674. 4. L. Bruges 1678. 4. LIND.

In *diſputationibus phyſicis* Toloſ. 1677. *. Haag. 1678. 12 L. Fetus pathematibus maternis obnoxius, ob alimenti rationem. Cauſæ variarum propenſionum hominum, ex prima fetus formatione conſtantes, ut a cerebro corporis configuratio pendeat.

EJ. *Problemata phyſica & medica* Toloſ. 1677. 12. Haag. 1678. 12. LIND. Toloſ. 1681. 12. *. cum titulo tomi tertii. Breves diſſertatiunculæ. Pauca ex multis. Sanguinem neque ex anguſtiori vulnere ſubtiliorem fluere, neque ex naribus. Colorem ſanguinis floridum non accuſare malignitatem. Quatuor humores in ſanguine non demonſtrari. Fibras ſanguinis non demonſtrare phlegmaticum vitium. Ut venæ ſectio modo menſes moretur, modo pellat. Contra derivationem & venæ ſectionem in proximo. Cur alia medicamenta vomitum cieant, alia alvum ducant. Venæ ſectionem ſanguinis velocitatem in ea arteria augere, cui reſpondens vena a medico inciditur. Vertigo eſt a fibris nervi optici circumactis, ut circuli partem deſcribant Plurima phyſici ſunt argumenti.

Ej. *tractatus de apoplexia* Toloſ. 1677. 12. Gallice 1677. 8. in catalog. Haag. 1678 L. Toloſ. 1681. 12.*. ubi tomus quartus vocatur. Apoplexia eſt ſuppreſſio omnium motuum animalium præter reſpirationem. Cauſam eſſe in bile atra, quæ ſanguinem cogat. Venæ ſectionis neceſſitas. Vomitus ciendus, quando natura eo inclinat, aut alvus, id ſi non ſit.

In magna opere de *corpore animato* Toloſ 1700. 4.*. Huc facit tr. *de longa inedia in animalibus & in homine*, de interitu animalium per ſenium, per morbum. Inde integra pathologia & morborum per claſſes diſtributio. Peculiariter febres, earum cauſa, acrium nempe in ſanguine aut proportio aucta, aut momentum. In febre eſſe tumultuarium elementorum motum, inde fermentationem. Febres ſigillatim. Acidi una auſteri in febribus culpa.

Oratio Gallica *diſcours ſur l'experience & la raiſon* Toulouſe 1675. Haag. 1678.

Hiſtoire anatomique d'une groſſeſſe de 25 ans Toulouſe 1678. 1693. 12. d'Etr. & latine vertente D. C. D. M. Vide in *B. Anat.*

Diſcours ſur quelques matières de phyſique & de médecine Toulouſe 1685. 8.

Information ſur quelques femmes, qu'on a crues poſſédées du Démon Toulouſe 1689. cum alio titulo *Relation de l'état de quelques perſonnes prétendues poſſédées* ib. 1682. 12. Latine eodem vertente 1693. 12. d'Etr.

Inde prodiit Collectio operum gallica. *Hiſtoire d'une groſſeſſe de 25 ans Relation des perſonnes &c. Diſc. ſur l'experience & la raiſon* Toulouſe 1693. 12. d'Etr.

Diſſ. novæ de conſuetudine, de voluptate & dolore, priori in collectione operum recuſæ Toloſ. 1700. 4 vol. *.

In T. I. operum collectorum, phyſica continente, huc referas, quæ de temperamentis, de fermentationibus. Deſunt, quæ de poſſeſſis.

§. DCCLXVII. Theodorus Kerkring.

Chemicus, homo ſuſpectorum morum, neque timidus alienis ſe ornare plumulis.

Ej. *ſpicilegium anatomicum* Amſterdam 1670. 4. *. 1717. 4. *. Plurimæ inter centum adnotationes clinici ſunt argumenti, aut certe ſpectant ad morborum per inciſiones cadaverum cognitionem. Puella lento malo contabuerat, in ejus pyloro hærens deprehenſus eſt nummus, tanti mali cauſa. Spina bifida. Hydatides ab hydrope differre; etſi is morbus ex ruptis hydatidibus oritur. Cordis enormis moles, viciſſim cor ultra modum exiguum. Glandulæ meſocoli tumidiſſimæ. Animalcula ex aure aſellorum ſimilia. Cor durum & parvum in puero novenni.

Sputum

Sputum ſanguinis menſtruis intervallis redeuns, in viro. Glandulæ bronchiales petrefactæ. Calculos podagricos igne ſubjecto dediſſe ſpiritum acidiorem, quam ſpiritus eſt tartari. Ulcera oleo tartari ſanata. Ex lapſu dolor, febris hectica, anhelatio, lien & magnus & durus. In fatuo aqua ventriculorum cerebri ſalſa, & in dextro ſuperiori calculus piſi mole. Secunda quarto menſe incorrupta, & abſque incommodo reddita. Placentas eſſe, quas Belgæ *ſuygers* vocant. Non debere nimium ciborum pueris ingurgitari, cum pylorus ipſis anguſtiſſimus ſit, & flatum impulſum ſua ſponte retineat. Hydatides in ovario, ad alas veſpertilionum. Intra molam fetus difformis. Penis clauſus, urina per fiſtulam excreta. Volvulum ab inflammatione & ulcere inteſtinorum potius, quam ab eorum convolutione oriri. Poſt cephalæam vermis de naribus ejectus, totus hirſutus aut setoſus. Vitulus exſtinctus a fœno aſperam arteriam replente, quam nimis parva epiglottis male tegebat. Sanguinis jactura & gravis morbus ex pulvere ſternutatorio prævalido. Hæc ex dimidio opere decerpta.

§. DCCLXVIII. M. Tiling.

Mathias Tiling collector, medicus Bremenſis, cujus multa opera ſunt.

Ej. *de tuba uteri deque fetu nuper in Gallia extra uteri cavitatem in tuba concepta Exerc. academica* Rinteln. 1670. 12. *. In Vassalii fetum ſ. tubarium ſ. in duplici utero natum, commentarius, deque fetubus ventralibus.

Ej. *Anchora ſalutis ſacra ſ. de laudano opiato medicamento cœlitus demiſſo l. ſingularis, in quo plane mirabiles hujus medicamenti virtutes in omnibus morbis obſervationibus tam propriis quam alienis confirmantur* Francf. 1671. 8.

Ej. *de placenta uteri diſquiſitio anatomica novis in medicina hypotheſibus illuſtrata* Rinteln. 1672. 8. *. Parum ad ſcopum practicum habet.

Ej. *de admiranda renum ſtructura ac uſu Exerc. Anat.* Franc. 1671. 12. *. Frf. 1699. 12. & *Nephrologiæ* nomine Francf. 1719. 12. Morbi ex retento renum officio oriundi, etiam hydrops.

Ej. *de febribus petechialibus tr. curioſus* Francf. 1676 12. Lego eumdem librum eſſe *Pancratii Anonymi pyritologia myſtica* i. e. *diſcurſus de febribus continuis* Patav. 1686. 8. Falc.

Ej. *Anatomia lienis ad circulationem ſanguinis accommodata* Rintelæ 1673. 12. 1676. 12. *. Fuſe etiam de morbis lienis, eorum effectibus & curatione.

Ej. *παρεκβασις ſ. digreſſio phyſico anatomica de vaſe brevi lienis ejuſque uſu nobili* 1676. 12. *. Ampliſſima collectio de coctione ciborum; de ſucco in liene genito; de vitiis harum functionum & eorum effectibus.

Ej. *diſquiſitio phyſicomedica de fermentatione in gratiam philiatrorum elaborata* Brem. 1674. 12. L.

Ej. *Prodromus praxeos chymiatricæ l. ſingularis, in quo variorum myſteriorum recta*

chymicorum & medicamentorum ſolertiſſimorum & præſtantiſſimorum conficiendorum recta ratio, cum utilitate &c. Rintel. 1674. 8. Tr.

Ej. *Rhabarbarologia ſ. curioſa rhabarbari diſquiſitio* Francof. 1679. 4. L.

Ej. *de recidivis tractatus aureus ad uſum practicum accommodatus* Minden 1679. 12. L.

Ej. *Cinnabaris mineralis ſcrutinium phyſicomedico chymicum* Francof. 1681. 8. Lind.

Ej. *de apoplexia* Rinteln. 1682. 4.*. Exſtincti tres homines, qui in puteum, eum purgaturi deſcenderant.

Ej. *Lilium curioſum ſ. acurata lilii albi deſcriptio* Francof. 1683. 8. Formularum immenſa collectio, quas lilium quocunque modo ingrediatur.

In E. N. C. Ejusdem ſunt.

Dec. I. *ann.* VI. VII. *obſ.* 132. Anhelitus difficilis cum ſuffocationis metu, demum numeroſi calculi duri egeſti, morbus levatus, qui tamen denique mortem miſero intulit.

Obſ. 133. in puero unius anni tabido lien induratus, pene ſcirrhoſus.

Ann. II. *obſ.* 62. In febre maligna feminæ gravidæ ſingultus perpetuus quem emulſione compreſſit.

Obſ. 63. in febre maligna urina nigra, eventu tamen non infelici.

Obſ. 64. in febre vehementiſſima contra ſeculi genium ſanguinem miſit, tamen & ſudorem movit, felici conatu.

Obſ. 71. in bienni puella atrophia, ſcirrhoſa natura in glandulis meſenterii, hepate præmagno & pancreate.

§. DCCLXIX. J. Groeneveld. Varii.

J. Groeneveld, qui in Anglia nomen ſuum refinxit, ut eſſet Greenfield, Daventrienſis belga, medicus & lithotomus, jam a. 1670. *de calculo renum* diſputaverat.

Edidit prius Lond. 1684. & auctius & emendatius ib. 1687.8.*. *diſſertationem lithologicam variis obſervationibus illuſtratam.* Præter calculum renalem, qui chirurgici ſit argumenti, dat aliquas adnotationes de calculis veſiculæ felleæ, quos bis vidit; de calculo in viri docti cerebro reperto, tum in pulmone, digitis &c.

Ej. eſt cum nomine Greenfield *a compleat treatiſe of the ſtone and gravel with a diſcourſe on lithontriptic medicines* Lond. 1710. 8. *. De arcanis lithontripticis Daffy, Tipping, Rogerii; horum noviſſimus pulvis eſt alcalinus, quem noſter laudat. Lignum nephriticum nullius eſſe momenti.

Ej. *de tuto cantharidum in medicina uſu interno* Lond. 1698. 12. *. anglice vertente J. Marten Lond. 1706. 8. Pl. Cum Londini artem exerceret, in neutra

Britan-

Britanniæ academia privilegiis ornatus doctoralibus, & cantharides in feminis potiſſimum paſſim exhiberet, ob infelicem, ut puto, eventum carceri datus eſt, etſi doctor. Hic ſe vindicat, productis numeroſis medicis ſcriptoribus, qui & ipſi cantharides dederunt intus ſumendas, & exemplis de vi earum diuretica. Deinde curationum narrationes producit feminarum fere, tamen & virorum, quibus in dyſuria cum ſedimento lotii purulento & ſignis inflammationis, optimo tamen eventu ad grana duodecim intra trihorium, & viginti & unius grani intra duodecim horas cantharides datæ ſunt. Reſtitutus, qui ab uſu cantharidum vehementer ægrotabat. ¡Vim diureticam cantharidum placari camphora. Thymi, ſerpylli, origani, camphoram HERMANNUM ſibi demonſtraſſe.

J. STERPINI *trifolium medicum ſ. ſynopſis medicinæ* Hafn. 1670. 1671. fol.

Idem vertit prima volumina *Philoſ. Tranſactionum* latine Amſterd. 1671.

ANONYMI *diatribe de ortu & progreſſu facultatis & formali conſtitutione artis medicæ per Judæos* Hamburg 1670. Si recte legi.

VINCENTII TORDERA Valentini *Commentaria pertinentia ad l.* HIPP. *de natura hominis & introductorium ad artem medicam* Valent. 1670. fol. CU.

MICHAEL ANGELUS LAPI *ſubmerſos per 24 horas vitam protrahere poſſe* Rom. 1670.

DOMINICUS KOLLER *præfatio pro ſolenni ſtudiorum inſtauratione* Patav. 1670. 4.

FELIX JULIAN RODRIGUEZ Valentini EJ. *reſponſum medicum ad epiſtolam* ANGELI MICHAELIS DE RAMPULLA *de impedimento viſionis monialis* Valencia 1670. 4. C. de V.

EJ. *praxis medica in tyronum gratiam ſcripta in tres ll. digeſta totius corporis humani adfectus percurrens, illorum eſſentiam, partem affectam, differentias, cauſas, ſigna, prognoſticon, victus rationem & curationem adæquate exponens* Valent. 1677. 1678 4. 1698. 4. C. de V.

FRANCISCI MORÆI *tr. de maligna febre paroxyſmante* Frf. 1670. 12.

J. B. MAGINI REATINI *de podagra brevis diſceptatio, in qua morbi idea, cauſa & curatio ab uſu lactis ſine aliis cibariis proponitur* Rom. 1670. 8. Sex uncias lactis ſumi debere, adſcendi ad octodecim, inde pro tolerantia ventriculi.

JACOB F. ISAAC F. ZACHALÆ Romanus, EJ. *theſaurus vitæ ſ. opus medicum in* XII. L. *diviſum* 1670. WOLF *Bibl. Hebr.*

J. LUDOV. HANEMANN compilator. EJ. *Prodromus lexici utriuſque medicinæ practicæ* Hamb. 1670. 12. Stadæ 1672. 12. Plagii in opere CONRINGII perpetrati a SCHEFFERO accuſatus fuit.

EJ. *nova ars clyſmatica enervata* Stadæ 1670. M. unicum folium.

EJ.

Ej. *faſciculus 60 quæſtionum miſcellanearum* Brem. 1672. 4.

Ej. *ætiologia facultatis purgatricis contra Williſium* Hamb. 1677. 4. Vim purgativam non poni in reſina.

Ej. *de uſu & abuſu inebriaminum* Kiel 1679. 4. M.

Ej. *quatuor epiſtolarum faſciculus* Hamb. 1690. 4.

Ej. *Vertheidigung der Aſtrologie, Chiromantie, Metopoſcopie* Hamb. 1699. 4. *& continuation der Vertheidigung* ib.

Ej. *de admirandis in homine* Kiel 1699. 4.

Ej. *de nonnullis paradoxis morborum curationibus, & de dolore capitis & epilepſia* Kiel 1706. 4.

Ej. *oſtrea holſatica* Kiel 1708. 4.

In Act. Hafn. II. *obſ.* 108. inter alia, putat ſe vidiſſe tranſplantationem morbi: verum excitatus ſudor potuit febrem depellere.

Obſ. 109. mollientibus ſuperata urinæ incontinentia.

Obſ. 112. volatiles ſcorbuticæ maculæ.

Ann. III. *obſ.* 12. fonticulorum in oculi vitiis proficuus uſus.

Obſ. 20. Viſus in homine ſano duplicatus.

Ann. IV. *obſ.* 16. Oleum raparum gratum & certum aphthis infantum remedium.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 69. canities perfecta in juvene.

Obſ. 70. hæmorrhoides in viro periodicæ.

Obſ. 73. a ribium uſu diarrhœa.

Obſ. 74. ſi vera eſt planta, Aconiti radices ob gratum aroma comeſtæ, anxietas inde & magni dolores.

Obſ. 76. tridui in puella exſtaſis.

Obſ. 134. ſi fides poteſt præſtari. Puer a veneno bufonis irati cum anxietate æger, theriaca ſanatus.

Ann. II. *obſ.* 46. fonticulus in malo iſchiadico utiliter inuſtus.

Obſ. 48. in altera manu pulſus per febrem malignam abolitus, nunquam per reliquam vitam rediit. Sic *obſ.* 49. in altera manu nullus.

Obſ. 54. aquæ forti deglutitæ ſuperingeſta felici eventu frigida.

Ann. III. *obſ.* 48. cum febre deglutitio impedita, per paralyſin, ut putat, gulæ.

Obſ. 51. Epilepſia, ut putat, ſanata clyſtere nicotianæ, qui vomitum alvumque vehementer commoverat.

Christ.

CHRIST. WINKELMANN *medicamenta officinalia præcipua* Witteb. 1670. fol.

CAROLI DE LA FONT profeſſoris Avenionenſis Diſſ. duæ *de veneno peſtilenti, ubi oſtenditur venenum peſtilens nulla coagulandi ſed corrodendi vi eſſe præditum; in altera de veneni peſtilentis curatione* Avenione 1670. 12*. Contra vim conſtellationum ad peſtem producendam, quæ fiat a venenatis vaporibus de terra adſcendentibus, qui ſint arſenicales. Quare nocere corrodendo. Alexipharmaca vel acida eſſe, quæ frangant vim corroſivam, vel alexipharmaca, quæ venenam expellant. Contagium habere dubitat. Ex hac theoria eruit curationem variam, totam hypotheticam.

EJ. *de tympanite* Diſſ. Genev. 1697. 12.*. Omnino ab hydrope differre, quod hic merus flatus ſit pro materie. Neque eſſe ut WILLISIUS volebat, malum convulſivum. Flatum autem oriri a lucta humorum contrariorum, potiſſimum in duodeno inteſtino. Curationem ponit in mollientibus: demum ſi iis auxiliis fervor in humoribus non ceſſerit, utitur venæ ſectione, refrigerantibus, vitatis calidis. Felicis curationis teſtimonia producit.

Collectio operum de urinis Utrecht 1670. 8 *. Continentur eo volumine ACTUARII L. VII. JODOCI WILLICH *de probationibus urinarum cum* H. REUSNER *ſcholiis*. WILLIS diſſ. *de urinis*. GUILIELMI STRATEN *de fallaci urinarum judicio*. ARISTOTELIS & TELESII *de coloribus*. STRATENIUS, profeſſor ultrajectinus, *contra temeraria ex urina judicia* dicit. Poſſe omnino a variis cauſis urina limpiditatem, colorem, copiam, in totum mutari. Sic tempus morbi, ætatem, alias cauſas plurimum in mutandis urinis valere.

§. DCCLXX. ALIÆ LINGUÆ.

PIERRE JOSEPH MICHON dictus BOURDELOT, medicus, eccleſiaſtici tamen ordinis, polypragmon, aliquamdiu Reginæ CHRISTINÆ medicus potius nimium gratioſus.

EJ. *recherches & obſervations ſur les viperes, en reponſe à une lettre de M.* REDI Paris 1670. 12. alii 1671. In Italia ſuccum flavum ad necandum ſufficere, in Gallia egere auxilio ſpirituum iratorum.

Ad eum auctorem refero *converſations de l'Academie de M. l'Abbé* BOURDELOT *recueillies par le* S. GALLOIS Paris 1675. 12. *. Hi conventus coibant in ædibus BOURDELOTI, qui arbitri officio fungebatur. Scopus eſt CARTESIANA placita GALENICIS & ARISTOTELICIS opponere, & priora ſtabilire, iſtis everſis. Huc pertinent aliquæ, quas vocant, obſervationes. Fetum enectum eſſe a ſanguine, quem obſtetrix de umbilico repreſſerat. BOURDELOT contra transfuſionem. Gibbus ſubito in juvene bene nato ortus. Vermes intra animalia reperti. Demum in porco vermes, oribus ſuis ad quamdam quaſi lentem adhærentibus. In Polonia vermem exiguum in ſerpentem coaleſcere. Peſtem non eſſe a vermibus. Anthracis deſcriptio certo lethalis. Feminæ ſubito incurvatæ.

Diſſ. de utilitate academiarum & de earum originibus. Latine exſtant in *Zodiac. Med. Gall.* 1681.

Idem in *Epiſtola* ad D. FAGON in *Zod. Med. Gall.* 1680. ſe podagram adſtringentibus admotis curaſſe, & pancreas tumidum purgantibus: & hominem, qui cum febre hectica viridia fætida exſcreabat.

Hiſtoire de la maladie & de la mort de M. BOURDELOT 1684. 12. FALC.

FRANCISCUS BERNIER philoſophus ex ſecta GASSENDI. Arabiam, Ægyptum, Indiam adiit orientalem, & in ædibus ſatrapæ DANISCHMENDE philoſophi munere functus, aliquamdiu aulam AURENGZEBI ſecutus eſt. Multa, ut doctior, accuratius vidit, quam vulgo ſolent peregrinatores. *Pouſt*, potio papaveracea, quam captivi & morti deſtinati principes quotidie certa doſi cogebantur haurire. Ita ſenſim emaciati, una ſtupidi & ſomnolenti, lenta morte exſtinguebantur. Indorum ſobrietas, hinc vita libera a podagræ, calculi, arthritidis, catarrhi, febrium quartanarum metu. Ipſam luem veneream minus hic malignam eſſe: animum autem ad deſidiam & languorem inclinare. Exſtaſes menſtruæ Fakirorum. Alchemiſtæ in ea gente. Medici, eorum conſilia. Abſtinentia ſevera, carnium potiſſimum. Venæ ſectio rara, niſi inflammatio eam poſcat, tunc copioſa. A malis aquis febres difficiles, & vermes periculoſi ſubcutanei, quos noſter deſcribit, additque curaturos multum uti lacte & limonum ſucco. Puſtulæ ob calorem undique efflореſcunt. Titulus operis eſt *voyages de* FRANÇOIS BERNIER. T. I. II. Paris 1670. 1675. 12. 4 vol. Amſterd. 1720. 12. 2 vol. *.

HENRICH WOLF *febris malignæ anatomia oder Zerlegung der giftigen Fleckfieber* Halberſtatt 1670. 4.

JAMES WOLVERIDGE *ſpeculum matricis Hybernicum, or the midwifes handmaid* Lond. 1670. 8. BODL.

WILLIAM CLARKE *natural Hiſtory of nitre* Lond. 1670. 8. Vis hujus ſalis emetica purgativa refrigerans, antifebris.

In PHILIPPI MASIERO *Chirurgo in practica* Venet. 1670. 8. 1690. 8. 1702. 8. etiam alique practica.

EJ. *il piu temuto dè mali la peſte, quanto ſa duopo preſervarſi e per iſcaverlo* Venet. 1722. 8.

EJ. *chirurgia compendiata* 1702. 8. TR. & 4.

EJ. *opera chirurgica collecta* ib. 1707. 8.

FILIPPO CICINELLO *Atene dei letterati Milaneſi*, Milan. 1670. 4. CARRERE.

ADRIEN SICLER *hiſtoire inouie d'un accouchement de dix-neuf mois* au Puy 1670. 4. FALC.

Lettre

Lettre ſur une nouvelle opinion au ſujet de la cataracte Rouen 1670. 4. FALC.

Remedes pour les pauvres de la Campagne & pour leurs beſtiaux Parix 1670. 4. BUR.

MIRBEL *Palais du prince du ſommeil — l'oneiromantie ou l'art de deviner par les ſonges* Lyon 1670. 16.

J. LUPII *groſſes und ſonderbares Traumbuch* Hall 1670. 8.

HOSEAS BACUET *l'apoticaire charitable* Genev. 1670. 8.

*J. HISKIÆ CARDILUCII *neu aufgerichtete Stadt und Land Apotheke, vier Theile, nebſt einem Anhang von den vier Materien der vier elementiſchen Geiſter* B. CARRICHTER's Nürnberg. 1678. 8. 1680. 8. & prius, Francof. 1670. 8. *Neuer Anhang* 1685. Nürnb. 1694. 8.

EJ. *compendium medicinæ hippocraticum, oder kurzer hippocratiſcher Begrif von der Arzney* 1673. 8. 1676. 8.

EJ. *arzneyiſche Waſſer und Signaturkunſt* Nürnberg. 1650. 8. TR.

EJ. *magnalia medico chymica continuata* ib. 1680. 8. CARLSON.

EJ. *Tractat von der Peſt* ib. 1679. 12. 1681. 12. *und appendix dazu* 1679. 8. 1681. 12. Berlin 1681. 12.

EJ. *officina ſanitatis ſ. praxis chymjatrica a* J. HARTMANNO *conſcripta, a* J. MICHAELIS *publici juris facta, nunc locupletata: adnexus Zodiacus medicus cum libello de concordia rerum medicarum cum Zodiaco cæleſti* Nürnberg. 1677. 4. L.

EJ. *Evangeliſche Kunſt und Wiſſenſchaftſchule* Sulzbach 1685. 8. & 1677. 8.

EJ. *Diätbüchlein oder Speis, Trank und Lebensordnung in Geſundheit und Krankheit* . . .

EJ. *editio des Buches von der Harmonie* BARTHOLOM. CARRICHTERS Nürnb. 1686. 8. *.

EJ. *von der anſtekenden Lägerſeuche und rothen Ruhr* ib. 1684. 12.

EJ. *neuer chymiſcher u. arzneyiſcher Pallaſt* 1684. 8.

EJ. *evangeliſche Kunſt der Natur Frühling Sommer Herbſt und Winter* Sulzbach 1685. p. II. 1688. 8. III. 1697. 8. IV. 1702. 8.

Epiſtola ad amicum de peſte in tractatum CARDILUCII ib. 1678. 8.

Ordre public pour la ville de Lyon pendant la maladie contagieuſe Lyon 1670. 4.

Ordnung wornach in heſſiſchen Ländern Medici, Apotheker, Wundärzte und Hebammen ſich verhalten ſollen Gieſſ. 1678. fol.

§. DCCLXXI. Disputationes.

Valentini Caspari Rupitz *de aſthmate* diſputatio Leid. 1670. 4. *. inſoliti voluminis, non ſine multa veterum lectione. In icterica femina numeroſos calculos felleos vidit, & cum Schachtio Drelincourtius aſthmaticum virum curavit, qui quotidie aliquot calculos exſcreabat, deque alvo ſimiles edebat. Ipſe de podagrico viro, qui ingentem vim toforum de articulis manuum pedumque exemtorum collegerat, caſei mollis ad modum cadentium, ſed in aere cito petrefactorum. Ex frigido & medicato pileo capiti impoſito aſthma, quod ipſe difficulter ſanavit. Puer ex aſthmate gibboſus, eventu funeſto. In plethorico viro aſthma per venæ ſectionem ſubito debellatum.

J. Kissner *de ſuffocatione hypochondriaca* Leid. 1670. 4. *.

J. Godfrid Seidler *de paſſione hæmoptoica* ib. 1670. 4. *.

Fr. de Persyn *de purgatione* ib. 1670. 4.

Eliæ Tillands *de atrophia* ib. 1670. 4. *.

Bernh. Christ. Capelle ib. 1670. 4. *.

J. Feake *in hippocratis aphoriſmum* 51. *ſect.* II. ib. 1670. 4. *.

Samuel Bouvier *de nonnullis infantum adfectibus* ib. 1670. 4. *.

Cornelii van Som *de ſpirituum animalium natura & vitiis* ib. 1670. 4. *.

J. Wenesteel *caſus epilepticus* ib. 1670. 4. Pl. ſi recte ſcripſi.

Dan. de Hoest *de vomitu* ib. 1670. 4. Riv.

Georg Warmuth *de abortu* ib. 1670. 4. Huth. Pl.

Elias Nitschke *de cuſtode errante* Helmontii *ſ. productione muci depravata* ib. 1670. Riv.

Berthold Simon *de epilepſia* ib. 1679. 4.

Florent Douw *de ſuppreſſione menſium* ib. 1670. 4. Pl.

Engelbert Envelin *de eadem* ib. 1670. 4. Riv.

Jean Morgenstern *de podagra* ib. 1670. 4. Riv.

Georg Kovacs Tatai *de podagra* ib. 1670. 4. *.

Ej. *epilepſiæ certa curatio* ib. 1670. 12.

Henr. Scheidemann *de rubigine* Utrecht 1670. 4.

God. Reinhold *de ictero* ib. 1670. 4. *.

Peter de Tien ſi recte lego, *de epilepſia* Neomagi 1670.

David Kelner *de empyemate* Helmſtatt 1670. 4. *. Pulmo totus in pus converſus, ut dexter lobus totus deſtructus eſſet, de ſiniſtro una tertia pars ſupereſſet integra. Empyema ſanatum per diarrhœam purulentam & per purgantia.

Henr. Majus *de dyſenteria* Marpurg. 1670. 4.

Ej. *de peripneumonia* Rinteln. 1687. 4. Menz.

Ej. *de morbo caſtrenſi quem vulgo cephalalgiam epidemicam vocitant* ib. 1691. 4. Pl.

Ej. *de præcipuis capitis adfectionibus* ib. 1691. 4. Pl.

Nunc video jam a. 1668. Rintelii *de vermibus inteſtinorum ſ. lumbricis* diſputaſſe Rinteln. 1668. 4. Hef.

J. Rikemann *ordines & methodi cognoſcendi, præcavendi & curandi ebrietatem & inde ortam crapulam* Ed. II. Jen. 1670. 4. Pl.

Ej. *de ſatyriaſi & priapiſmo* Jen. 1670. 4. Riv.

Martin Hartmann & J. Seb. Sicelii *Hippocratis coi aphoriſmus VI. ſect. 6. in quo vitiorum renum & veſicæ in ſenioribus prognoſis traditur & reſolutio* Jen. 1670. 4. He.

Paul. Franc. Romani & Marci Kegel *de medico* Lipſ. 1670. 4. M.

J. Wilh. Mayer *de diis & deabus valetudinis* ib. 1670. 4. R. J. Christ. Hartmann.

G. Abr. Mekel *acclamatio* Altd. 1670. 4.

Gregor Hilling *de temperamentis* 1670. ſi recte lego.

Peter Simler *ordo & methodus cognoſcendi & curandi pleuritidem* Marburg 1670. 4. Leu.

Nic. Grosjean *de* Θρομβωσει *ſ. lactis in mammis coagulatione* Baſil. 1670. 4.

Geor. Zollikofer *de morborum differentiis & cauſis* Baſil. 1670. 4.

Julii Reichelt *exercit. de amuletis* Argent. 1670. 4.

Gilb. Puylon & Franc. Vezou *E. cæcitas individuus variorum morborum adſecla* Pariſ. 1670.

Nic. Brayer & Claud. Puylon *E. quæ hydrargyro non cedit ſyphilis, hydroticis curanda* ib. 1670.

Gab. Dacquet & Pet. Yvelin *E. nocet fœcunditati aquarum metallicarum potus* ib. 1670.

JAC. RENAULT & J. ROBERT *E. variolis a fuſo largiter ſanguine ægre minuſque erumpentibus balnea* Pariſ. 1670.

NIC. LANGLOIS & FEL. LISLEMAN *E. odorifera conferunt diuturnitati vitæ* Paris 1670.

GILB. PUYLON & CL. DE QUANTEAL *E. tuberum quam fungorum eſus tutior* Pariſ. 1670.

§. DCCLXXII. ANDREAS PETERMANN.

ANDREAS PETERMANN Profeſſor Lipſienſis medicus & chirurgus.

EJ. *de nutritione integra ſervanda, abolitaque reparanda* Altdorf. 1670. 4.*.

EJ. *de peſte* Lipſ. 1683. 4 *.

EJ. *de ephialte ſ. incubo* ib. 1688. 4. PL.

EJ. *de pleuritide* Dreſd. 1690. 4. HE. PL.

EJ. *de gonorrhœa* Dreſd. 1690. 4. HE.

EJ. *Gedanken vom Saamenfluſſ* Dreſd. 1701. 8.

EJ. *de medicamentis alvum laxantibus* Leipz. 1692. 4. MENZ.

EJ. *ſcrutinium icteri ex calculis felleis occaſione caſus cujuſdam ſingularis* ib. 1696. 4. *. 1750. 8. Calculi 72. in anguloſis rotundi, per alvum redditi.

EJ. *manuductio ad praxin medicam* Lipſ. 1703. 8. edente filio.

EJ. *opuſcula medica atque chymica* ib.

EJ. *caſuum medico legalium Decas I.* ib. 1708. edente filio.

BENJAMIN BENEDICTI PETERMANN *obſervationes medicæ* D. I. II. III. Lipſ. 1707. 8. *. 1708. 8. *. Aliquæ ſunt ANDREÆ patris. Calculi glandulæ pinealis & in ortu aortæ. In hydropica glanduloſa corpora inteſtini recti: in corde polypus. Anus clauſus, fæces per vulvam redditæ. Noluerunt ob eam cauſam matrimonium ſolvere. ANDREÆ p. mors ex peripneumonia: fractum fuerat os femoris, & pars deſtructa: pulmones ſphacelati; in veſicula calculi, in urina arenulæ. Reliquas adnotationes, ad quas parentem non citat, cum filio dicam.

Programma J. CYPRIANI *in* ANDREÆ PETERMANN *funere* Lipſ. 1705. fol. B. BUN.

EJ. *ſcripta eriſtica* contra J. SIEGISMUNDAM & contra facultatem Viadricam dixi in Chir. I. p. 500.

HENRICUS SCRETA SCHITNOVIUS DE ZAVORZITZ medicus Scaphuſinus.

EJ. *diſſ. de cauſis ac natura auditionis* prodiit Heidelberg. 1670. 4.

Ej. *de læſa auditione* Baſil. 1671. Leu.

Ej. *de peſte & febre peſtilentiali* latine verſus ex Germanico Schaffh. 1675. 8. 1685. 8. 1686. 8. *. 1716. 8. Trew. tum Francofurt. 1713. 4. Dreſd. 1710. 8 Boehm. An non idem *kurzer Bericht von der allgemeinen anſteckenden Lagerſeuche, oder den giftigen und hizigen Haupt - Hals - Bruſt- Magen und Bauchweh mit und ohne Fleken* Schaffh. 1684. 8. 1676. 8. Trew. Vir orientalium linguarum peritus. Febrem eſſe a ſtagnatione humorum in vaſis minimis ſanguinem morante, cujus cauſa ſit in ſanguinis aut lymphæ craſſitie præter naturam aucta. Exempla hominum, qui ſibi manus intulerunt, & crudeliſſima morte ſe peremerunt, ſpretis doloribus. Caſtrenſis febris cauſam proximam eſſe vapores arſenicales. Morbi hiſtoria ſatis inexhauſta. Vomitus ſæpe perpetuus aut diarrhœa. Urina lixivioſa, acida (ita noſter). Imitari tertianas. Vigiliæ aut gravis ſopor, pulſus intermittens, formicans, qui convulſiones indicat. Auxilio eſſe, quæ acidum volatile arſenicale doment, viſcorem humorum emendent, ſtagnationem tollant. Venæ ſectionem non convenire. Laudat abſorbentia; recenſet etiam oleoſa, commendat ſales volatiles oleoſos; tamen & ſerum lactis caprillum, jura carnium pinguia, theriacalia & quæ non. In principio morbi emetica ſaluti eſſe, æque antimonialia. Inde ſudorem movet alexipharmacis. Alexipharmaca urget ad nauſeam uſque.

Ej. *adnotationes practicas* lego proſtare.

§. DCCLXXIII. Diaria anni 1670.

In *Phil. Tranſ.* n. 58. De Martel cogitata de producenda vita medicamentorum ope, quæ membranas vaſorum confirment.

In n. 62 & 63. experimenta Boyleana animalium in aere rarefacto incluſorum ſuo loco dicta ſunt.

In Birchii T. II p. 449. Walsh de inſectorum millepedum ſimilitudine, per alvum egeſtione.

Georgii Stiernhielm, mira hiſtoria hortulani, qui Holmiæ quindecim diebus ſub aqua congelata ſubmerſus, excitato vomitu reſtitutus fuerit.

Samuelis Sorbiere *vita.* Scripſiſſe unicum folium, impreſſum cum titulo *ſyſteme de la médecine Galenique pour le ſoulagement de la mémoire.*

Neſcio an huc faciant Ej *lettres & diſcours ſur diverſes matières curieuſes* Paris 1660. 4

Ej. *avis à un jeune Médecin* Lyon 1672. 12. Mortem ſuam laudani opiati quatuor granis acceleravit.

Graverol *Mémoires pour la vie de M. S.* Paris 1694. 12. B. Bun.

Diarium

Diarium *Journal des Savans* poſt februarium M. quievit, neque niſi a. 1671. cepit imprimi.

Hoc anno prodiit *primus annus primæ decadis Miſcellaneorum curioſorum ſ. Ephemeridum medico phyſicarum germanicarum anatomiæ Naturæ curioſorum*, quæ collectio nunc ſupra centeſimum annum continuata pergit prodire. Voluntaria ſocietas medicorum Germanicorum, adhortante LAUR. BAUSCHIO Swinfurtenſi primo præſide, ſuas ſibi adnotationes communicare ſoliti, nunc primum cepit collectionem edere. Multorum, neque ejuſdem ingenii hominum, a nullo cenſore caſtigata collectio, paſſim aliqua habet, quæ omiſſa malles, multa tamen utilia magniſque viris digna continet, qui ei Academiæ nomina dederunt, quam Imperator privilegiis & honoribus ornatam confirmavit. Cum innumerabiles fere adnotationes in his voluminibus occurrant, & ſoli tituli volumen ſibi eſſent poſcituri, ſi omnes obſervationes vel nominare voluiſſem, coactus ſum labori me ſubmittere non mediocri, ut ſelectum inſtituerem, minuſque, ut mihi videtur, notatu dignas adnotationes amputarem. Tomus I. Pariſiis recuſus eſt 1672. 4.

J. WEPFER, magni viri J. JACOBI frater. Ej. eſt *Obſ.* 2. de magno liene in principe hypochondriaca, quæ ſubito animo linquente exſpiraverit. Lien ille nigerrimus, putridus & inflammatus erat. Ventriculus inflammatus molliſque.

Ad hoc volumen ſcholia obſervationibus addidit PHILIPPUS J. SACHS, quibus adfines fere caſus conparantur.

MATTHIÆ FRANCISCI HERTODT a TODTENFELD, qui diverſus eſt a nuperiori J. FERDINANDO HERTODT *obſ.* 4. Femina ſalax, quæ a venere vomebat, & aſcitica ante diem obiit.

Obſ. 14. In empyemate ex pleuritide lacte caprillo malum ſuperatum, ſic *obſ.* 22 in febribus putridis.

Obſ. 126. alvus ſicca, tres in ileo inteſtino nodi.

JOACHIM GEORG ELSNER.

Obſ. 12. ad oculi atrophiam, morbum rarum & parum definitum, liquorem laudat ex humore aqueo avium paratum & inſtillatum.

Obſ. 57. ſcrofularum in Carinthia & Stiria epidemicarum remedium aſclepias alba, ejuſque eſſentia & decoctum (non ſatis firmo experimento).

SALOMON REISEL Würtembergicus, idem phyſicus.

Ann. I. *obſ.* 14. de ſerpente in ventriculo cervi, ut putat, petrefacto. Figuratus, ut puto, lapis forte ex claſſe ammoniacorum cornuum. Qui enim animal herbivorum ſerpentem deglutierit.

Obſ. 191. Pulmo poſt purulentam exſcreationem conſumtus, firmiſſima cicatrice pleuræ adcretus.

Obſ.

Obſ. 193. a lumbricis renalibus luporum rabies.

Ann. III. *obſ.* 288. Coronam urinæ merum eſſe refractionis opus.

Ann. VI. VII. *obſ.* 69. Catella ſanguinem meiebat, vomituriebat. In cadavere duæ in collo ſtrumæ viſæ, & ſimiles glandulæ circa urethræ de veſica exitum.

Ann. VIII. *obſ.* 30. Adeps cordis liquefactus, quem putavit morbum eſſe, ego ſuſpicor naturalem eſſe adipis in vivo animale ſtatum liquidum, per certos morbos a morte conſervatum.

Obſ. 31. Hectica & mors a tumore ingente circa pancreas ſubnato.

Dec. II. *ann.* II. *obſ.* 113. In aſcitico homine umbilicus ſponte ruptus cum levamine. Bonus effectus pulveris ſaxifragi VOLCAMERI.

Obſ. 114. funeſta iſchuria, veſica multis glanduloſis tuberculis obſeſſa, craſſa, ſphinctere cartilagineo.

Obſ. 116. pone laryngem moleſtum quid ſubnatum; oſſiculum erat, & in cartilagine poſteriori (anulari) laryngis, caries.

Obſ. 117. Hæmorrhoides, fæces alvi duriſſimæ. Craſſum inteſtinum fæcibus ad aliquot libras repletum: alvi obſtructio nata a glandulis ſupra anum circa inteſtinum rectum obortis.

Obſ. 118. ab aceto cum pipere adſumto menſes ſuppreſſi, ab his artus contracti: ſpiritu ſalis ammoniaci & cornu cervi ſanitas reſtituta.

Ann. IV. *obſ.* 86. morbus niger funeſtus.

Ann. VI. *obſ.* 7. Cardialgia periodica funeſta. Supra pylorum ventriculus foramine pertuſus, quod callus circumdabat: per idem pars alimentorum in abdomen elabebatur.

Obſ. 9. Tumor enormis ligamento lato uteri adnatus, ex hydatidibus, glandulis, & ſacculis purulentis congeſtus.

Obſ. 12. puer aſthmaticus. In corde peramplo polypus. Pulmones undique adhærentes.

Obſ. 15. Tumor durus ſub umbilico, ex eo fæces alvi prodierant, inteſtinum ileum ruptum erat, membrana cinctum, quæ fæces per umbilicum cogebat effluere.

Ann. VIII. *obſ.* 58. Sanæ virgini ſaliva nauſeoſe dulcis, etiam in auctore poſt febrem tertianam.

Ann. IX. *obſ.* 31. poſt magnum æſtus ſenſum dolor & tenſio dextri lateris, & diarrhœa purulenta, ut tumor evaneſceret. Inde icterus, hydrops, mors. Jecur libras decem pendens, intus plurimo pure plenum, quo etiam veſicula fellis plena erat.

Obſ. 32. alvi pertinax obſtructio, demum ab oleoſis & mercurio epoto alvus liberata.

Obſ. 34. magni effectus thermarum Cellenſium.

Ann. X. *obſ.* 23. Scabies inuncta hydrargyro: inde aſthma, vertigo, mors.

Obſ. 27. Ovarium tumidiſſimum, hydropicum.

Obſ. 28. Tumor abdominis ab omenti tumentibus glandulis, ut pondus eſſet 26 ℔.

Obſ. 31. vomitu rejecta maſſa lubrica limaci ſimilis.

Obſ. 32. Cæcitas globo oculi ſub palpebra inferiori latente.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 60. iſchuria perfecta a tumore ſcirrhoſo exitum veſicæ claudente.

Ann. III. *obſ.* 23. Quæ fetum per novem annos retinuerat, demum per ulcus reddebat, pultis avenaceæ uſu ſanata.

Obſ. 24. Orthopnœa vehemens abſque tuſſi, cruribus tumentibus paulum levata, recruduit cum delirio. In cadavere pulmones ſani, cor maximum, polypo inter valvulas ſiniſtras intricato, in aortam producto.

Obſ. 159. de morte AUGUSTI.

Ann. IV. *obſ.* 79. femina, cui ante menſes tuberculum in collo rumpitur.

Obſ. 80. Serum acre per papillas manans.

Ann. V. VI. *obſ.* 150. fuſe de cauſa colorum coronæ in urina, ex rationibus etiam dioptricis.

Obſ. 151. anus cæcus, inteſtinum craſſum in ſaccum deſinens peramplum, qui idem etiam lotium recipiebat.

Obſ. 152. decocto cynosbati & ſempervivi ſucco ſuperatus hydrops.

Obſ. 252. de vino lithargyro venenato, de noxis inde epidemicis, & de legibus, quibus uſus toxici proſcriptus eſt. Fumi ſulfuris noxæ & leges, quibus circumſcribitur.

Memoria REISELII E. N. C. *Dec.* III. *ann.* IX. X. *app.*

GEORG SEBASTIAN JUNG medicus Vindobonenſis.

EJ. eſt E. N. C. *Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 28. In dextro ventriculo cordis & vaſis pulmonalibus materies alba tenax & viſcoſa, quam pro lacte habuit.

Obſ. 29. lien magnus ejuſque membrana cartilaginea.

EJ. *cydonii collectio decorticatio &c.* Wien. 1673. 8. *. De more naturæ Curioſorum omnes formulæ, quas unquam mala cydonia ingreſſa ſint.

Iterum

Iterum *ann.* III. *obſ.* 275. Oſſa in motu ſtrepentia.

Obſ. 276. vena ſecta ſponte ſe die octavo aperiens.

Ann. IV. V. *obſ.* 106. Vir calidioris ſanguinis omni mane per octiduum cicutæ ſucci uncias tres deglutivit, nullum inde malum præter pallorem paſſus, & debilitatem aliquam.

ZACHARIAS MANAGETTA Archiater Cæſareus.

Obſ. 30. circa ultimas coſtas ſpurias cornu enatum, dimidii pedis longitudine.

Obſ. 32. glandulæ meſenterii ſcirrhoſæ in femina hyſterica.

LAURENTIUS WOLFSTRIEGEL medicus Vindobonenſis.

Obſ. 43. magna hydatis reni inſidens.

Ann. II. *obſ.* 89. poſt dolores quaſi nephricicos, calculi anguloſi exigui (fellei non dubie) de alvo excreti, recurrentibus ſubinde doloribus, & ipſi recurrentes, idemque ſæpius.

NICOL. WILHELM BECKERS.

Ann. I. obſ. 44. poſt aſthma, dolores iſchiadicos, icterum, calculi 72 veſicæ felleæ, in viro illuſtri.

Obſ. 81. aurifaber deaurationibus incumbens, deliquiis animi & convulſione ſubito exſtinctus.

Ann. II. *obſ.* 32. abſceſſus meſenterii ſanati, purulenti humoris 18 libris per uterum excretis.

Obſ. 33. filia innocens patris venerei toſo in fronte laborans, ſanata lignorum uſu.

Ann. III. obſ. 67. Poſt dolores punctorios & deglutitionem impeditam. oeſophagus cartilagine ſubnata obturatus.

Obſ 68. poſt dolores ingentes corpus membranoſum excretum cum triplici tunica, eoque expulſo ſanitas reſtituta.

Ann. VIII. *obſ.* 71. a terrore in puella decenni convulſiones ut currere cogeretur, venæ ſectione ſanatæ.

Obſ. 72. Hemicrania ſanata, cum arteria temporalis ſponte aperiretur.

Obſ. 73. & anaſarca per quinque abſceſſus curata.

Obſ. 74. In vetula intolerabilis muliebrium pruritus ab aſcaridibus.

EJUSD. *florilegium hippocraticum & Galenicum* Wien 1677. 8. 1688. 8.

J. GEORG GREISEL.

Dec. I. *ann.* I. *obſ.* 64. ren dexter purulentus, conſumtus.

Obſ. 64. calculi ex vena inciſa exſilierunt in calculoſo, mira hiſtoria.

Obſ. 65. In femina gravida ſubito exſtincta cyſtis hepati accreta, denſiſſimo cortice, intra eum lapis ovo gallinaceo paulo minor.

Obſ. 70. in puero cor maximum, in aſpera arteria maſſa arenoſa, valvula, ex ſemilunaribus, conſumta, pariter arenoſa.

Obſ. 74. In omnibus quos inciderit apoplecticis, ſe corpuſcula calloſa glutinoſa in corde aut in cerebro, aut utrinque ſe vidiſſe.

Ann. II. *obſ.* 5. In hydropico tabe exſtincto ſtruma in collo inque meſenterio.

Ann. III. *obſ.* 45. Obeſiſſimus homo ſubito enectus, cui pancreas ſphacelatum.

Obſ. 47. mortes ex modicis laxantibus medicamentis.

Obſ. 48. a pulvere electarii catholici hypercatharſis, demum curata laudani granis quatuor.

Obſ. 49. delirium melancholicum pia fraude ſanatum.

EJ. eſt *de cura lactis in arthritide* Wien 1620. 12. Bauzen 1681. 12. auctius. Res eo tempore nova.

ALHARD HERMANN CUMME Archiater Brunſwicenſis.

Obſ. 46. In puero ſexenni caput enorme, aqua tumens: aromaticis adplicatis, frictione, & cauterio ſanatum.

Obſ. 47. In cadavere inciſo aqua in pectore illi ſimilis, quæ in caput effuſa erat. Nulla glandula pinealis, neque pituitaria.

Obſ. 58. funeſta apoplexia a ſcabie retropulſa.

Obſ. 85. Epilepſia ex hypochondriis, curata vomitu moto, tunc lactis uſu, & *obſ.* 86. venere atque puerperio.

Obſ. 92. ex vulnere viſus in tenebris acutus, ut homo lucem de die vix toleraret.

Obſ. 93. viſus ex gallico malo duplex.

Obſ. 94. pus fluidum per os rejectum abſque phthiſi, & *obſ.* 95. menſtruus ſanguis.

Atque *obſ.* 9. menſes per tali venam manantes.

Ann. III. *obſ.* 109. oſſicula pruni emetico exturbata, quæ germinaverant.

Obſ. III. gypſea materies fruſtatim de pulmone expulſa, bono eventu.

Obſ. 116. in dyſenterica, ſiti intenſa vexata, duodenum & jejunum bile plena, colon longe corruptum, ſic ilei finis, veſicula fellis bile pleniſſima.

Obſ. 117. placentæ particula retenta pugni mole, poſt menſem cum bonis ægræ rebus excreta.

Obſ. 118. Ventriculus & colon gangrænoſum, hoc cum ulcere; pulmones tenaci materie obducti: hæc poſt diarrhœam cruentam.

Obſ. 119. In tabida femina glandulæ circa ventriculum ſcroſuloſæ: inteſtinorum membrana interna abraſa, pulmo purulentus.

Obſ. 130. poſt vomitum fere perpetuum, duodenum muco deſtitutum, craſſa inteſtina viſcida materie oblinita.

Obſ. 131. In ſtannario artifice plumbo multum utente tuſſis ſicca, anhelitus, alvus conſtipata, artuum tremor, debilitas. Vomitu, acribus clyſteribus in tempore hæc mala ſublata. Alia exempla, etiam in ipſo auctore, ſuperati pinguibus & bezoardicis mali, quod ab hauſto plumbi fuſi vapore natum erat.

Obſ. 133. efficacia hepatis bubuli in nyctalopia (auxilium erat D. CHAILLETI ad oculos obſcuros vel debiles).

Obſ. 181. pituitæ globuli per anum excreti, inde dolor in recto inteſtino graviſſimus; fomentis expedita materies ſtercoracea; ſucceſſit ulcus putridum. In cadavere inteſtinum rectum totum gangrænoſum, amplo foramine eroſum.

Obſ. 182. fulgurata ſanata & 183. diabetes.

Obſ. 186. in aſcitico hepatis 58 abſceſſus cyſtici, lien induratus, gypſea materie plenus.

FRID. FERDIN. ILMER a WARTENBERG profeſſor Vindobonenſis.

Obſ. 68. in homine melancholico dolor ſincipitis, hinc vigiliæ, tunc delirium, demum mors convulſiva. In cerebro ulcus flava ſanie plenum, quod noſter gonorrhœæ male curatæ tribuit, inque ventriculis anterioribus integra ſeri limpidi libra.

In alio *obſ.* 69. dolor capitis ſine febre, vigiliæ, delirium, ſomnus, mors. In cerebri ventriculis multa aqua (nulla ergo cauſa mortis manifeſta).

Ann. III. *obſ.* 39. Iſchuria duodecimo die calculo ſponte prodeunte ſanata.

Obſ. 40. arſenicum cum chocolata ſumtum, æger facile ſanatus.

Dec. II. *ann.* III. *obſ.* 16. de hypochondrio dextro, ex ſubnato abſceſſu, calculi prodierunt.

Obſ. 17. Quartana febris per corticem peruvianum ſanata, in vino datum, quæ res eo ævo nova erat.

JACOBI WENCESLAUS DOBRZENSKY a NEGROPONTE Profeſſor Pragenſis Ej. *obſ.* 78. In febre maligna homo delirus inteſtina ſibi extraxit, quoad in ipſo labore exſtingueretur.

Obſ. 80. hypochondriacus vir ill. inunctione mercuriali cum plumbo temere tentata, mortem præcipitvit. Urina pauciſſima, penis gangrænoſus, renes materia viſcida pleni.

Obſ. 129. durities hypochondrii, icterus, hepar 12 l. pendens, veſiculæ fellis calculi varia mole, quorum unus perfecte claudebat meatum hepaticum (puto cyſticum).

Obſ. 130. de Patavino SCARABICIANO bovis petrefacto cerebro.

Ann. II *obſ.* 101. Calculi poſt multos dolores vomitu redditi, aliique de pulmonibus rejecti.

Dec. II. *ann.* IV. *obſ.* 29. Juvenis bis variolis correptus ex terrore.

EJ. HIPPOCRATES *redivivus ſ. theſes inaugurales præliminaria antiphyſiologica in quibus ad uſum quarundam partium appertinentia phyſiologica, demum ſecuriorem medendi methodum & principia rerum Hippocratica continentes;* Reſp. VOITA Prag 1684. 4. HE. & E. N. C. 1673.

EJ. *præſervatorium univerſale bono publico conſecratum* Prag. 1680. 8. cum ALPRUNERO, & in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IX. X. Germanice *allgemeines nützliches præſervatif* Nurnb. 1680. 8. 12. *. ſummum avertendæ peſtis præſidium eſſe, ſalivam deſpuere, neque deglutire.

EJ. *epiſtola novi præſervativi univerſalis naturalis nunciatoria & vindicatoria* 1681. 12.

EJ. *an datur lapis philoſophorum, & ejuſdem in morbis virtus* 1682. 12.

HENRIC. VOLGNAD *obſ.* 103. Quæ bufones vomitu reddiderat poſt acerbiſſimos ſtomachi dolores, fætidiſſimoſque vomitus: in ileo inteſtino habuit tres nodos inteſtini in ſeipſum retracti, ut aqua non tranſmitteretur, niſi guttatim. Hepar album & durum.

Obſ. 146. occiſus æger a lumbricis inteſtinum perumpentibus.

Ann. IV. V. *obſ.* 169. Nephriticus homo præpinguis. In veſicula fellea calculi & in rene alius.

GODOFREDUS THILESIUS.

Obſ. 105. Poſt dolores hypochondrii dextri tumor maximus ſubnatus, ruptus dimiſit materiem craſſam inque fiſtulam abiit: una calculi exierant anguloſi (manifeſtus veſiculæ felleæ abſceſſus).

DAVID SPILEMBERG.

Obſ. 173. In Hungaria ſubitum tumorem colli curant deglutitis decem cantharidibus, quæ ſudorem aut urinam cient, abſque dolore.

Ann. II. *obſ.* 71. priapiſmus a medicamento purgante.

Ann. IX. X. *obſ.* Capilli de capite in femina cephalea laborante ſubito erumpentes. Pili, quos noſter veros putat, per lotium prodeuntes.

FRIDERICI

Fridericus Ortlob.

Obſ. 143. calor lumborum, pulſus debilior, vomitus niger, mors. Hepar magnum, colon inteſtinum ſanguine piceo plenum, in altero rene calculus.

Ann. IV. V. *obſ.* 198. A lapſu infantis epilepſia, hinc perpetua infantia, imbecillitas, hydrocephalus, cum tamen 37 annum adtingeret.

J. Guil. Riva chirurgus & inciſor Romanus. Tria exempla anno 1667. jam edita, ſanguinis in venas hominis inmiſſi cum teſtimoniis.

Subjuncta ſunt Redi de vipera experimenta, tum alia ad pluſculas adnotationes *ſcholia* Sachsiana.

§. DCCLXXIV. J. Jacobus Harder.

Profeſſor Baſileenſis, inciſor, potiſſimum etiam in comparata anatome exercitatus.

Ej. pluſculæ ſunt *diſputationes.*

Ej. *epicheireſis phyſicæ examen* Baſil. 1671. 4.

Ej. *diſſ. de ictero nigro* ib. 1673. 4.

Ej. *de empyemate* ib. 1675. 4. He.

Ej. *de noſtalgia* ib. 1681. 4. recuſ. 1745. 4. *.

Ej. *de naturalis & præternaturalis ſanguificationis in humano corpore hiſtoria* ib. 1690. 4. He.

Ej. *Apiarium obſervationibus medicis centum ac phyſicis experimentis refertum, cum reſponſione ad invectivam* J. B. Lamzweerde Baſil. 1687. 4. *. & cum titulo *theſauri obſervationum medicarum* ib. 1736. 4. Princeps viri opus. Centum ſunt obſervationes, has inter multæ ad inciſiones corporum morboſorum pertinent, multæ ad venenorum vim in vivis animalibus experimentis exploratam, ut napelli & olei nicotianæ in ciconia, ejuſdem olei in variis ſerpentibus, quæ omnia animalia illitum enecet, limaci non noceat. Gallinæ mors poſt vertiginem, a devoratis carbonibus. Porro canis inciſio a morſu viperæ enecti, ex qua nihil valde conficias, ſanguis enim alias grumoſus fuit, alias fluidus. Inde cicutæ terreſtris in variis animalibus noxæ, ventriculus & inteſtina inflammata. Tunc curationes aliquæ, ut catarrhi ſuffocativi, etiam cum paralyſi conjuncti. Tinctura antimonii ſuperatæ convulſiones, aſthma convulſivum. Abſceſſus pleuritidi ſuccedens ſanatus. Demum corpora ægrorum inciſa. Juvenis hydrocephalo laborans, cerebro gelatina obducto. Poſt diuturnam paralyſin multus ſub meningibus ichor, tum paſſim circa cerebrum & cerebellum. Poſt coma & epilepſiam ventriculi aqua pleni. In ſubito mortuo nulla lethi cauſa detecta. Calculi pulmonales, dextra

auricula

auricula cordis amplior. Poſt difficilem ſpiritum pulmones ſcirrhoſi, adnati, purulenti. Sic ſcirrhoſus pulmo poſt phthiſin & cachexiam, & in eo poſt tabem ſteatomata, & in alia virgine abſceſſus purulentus, & iterum pulmones undique adnati, vomicis pleni purulentis, pleura digiti craſſitie, aqua pericardii tres libras ſuperante, corde cruſta alba tectum: iterum poſt tabem pulmo ſiniſter abſumtus, & ejus loco ichor purulentus. Poſt pleuritidem gravemque ſoporem, pleura craſſa, pulmo purulentus, ſic cerebri cortex. In homine fatuo & cachectico, tamen famelico, aſcitico, polypi in corde, pulmones putridi, in cerebro nullum vitium. In ſtupido poſt anxietates pulmo alter putridus. Poſt mortem impræviſam polypus cordis in magna vaſa productus, & multum in cerebro ſerum, poſt delirium. Poſt atroces dolores capitis & convulſiones in utero abſceſſus folliculatus, circa cerebrum multum & acerrimum ſerum. In ovo pro fetu cruenta maſſa, ſcirrhi viſcerum abdominis numeroſi, etiam glandularum conglobatarum. In hydrope ſcirrhus lienis. Cor maximum ſeſquipedis ambitu, cum polypis. Multum paſſim polyporum. Calculi veſicæ felleæ anguloſi, ductu non obſtructo, poſt diros dolores. Animalculum hirudini ſimile vivum, horridum, antennis duabus, per urinam redditum. Hydropis varia exempla, etiam ovarii. Denuo animalia. Lis cum L. B. LAMZWEERDE de molis eſt, de quibus iſte homo aſpere & inciviliter in noſtrum ſcripſerat.

EJ. PÆONIS & PYTHAGORÆ *exercitationes anatomicæ & medicæ familiares bis quinquaginta* Baſil. 1687. 8. *. Centum epiſtolæ PEYERI ad HARDERUM, aut HARDERI ad PEYERUM. Earum aliquæ medici ſunt argumenti. De cordis hydrope. Caries maxima cubitum inter & carpum, de qua multa oſſa cranii oſſibus ſimilia prodierunt, fabuloſa ut videtur hiſtoria. Adfinium exoſtoſium exempla. Stranguria dyſenteriæ ſuperveniens. Hepar inmenſæ molis, durum, paſſim putridum. In aſthmatico juvene cor enormi mole, polypis plenum; una hepar & lien grandiores, ſcirrhoſi. In gallinæ cerebro calculus. Renis alterius & capſulæ renalis loco hydatides, ren alter grandior. Specimen TRALLIANI Græci cum vetuſta GUINTERI, & nupera HARDERI verſione notiſque ſuis, in quibus aliorum veterum placita comparat. In hydropica puella ſcirrhi in hepate ſebacei, in glandulis conglobatis pectoris. In gallina obeſa ſubito exſtincta, calculus ureterem obſidens, alter in rene, ſabulum in veſicula fellea. Inteſtinum gangrænoſum ſepties perforatum.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 5. Experimenta ſua narrat, in variis animalibus cicuta terreſtri facta, majori, ut puto. Canem unum alterumve herba occidit, ventriculo & inteſtinis inflatis, nonnunquam etiam pulmone inflammato.

Ann IV. *obſ.* experimenta facta viperarum morſu. Canes inde perierunt. Sanguis extra vaſa effuſus, & tenuis, urina etiam cruenta. Sanatum eſt aliud animal, cui ferrum ignitum non quidem impreſſerat, ſed propius admoverat vulneri.

Ann.

Ann. VI. *obſ.* 100. Difficultas mingendi, in perinæo abſceſſus, febris continua, mors. In pelvi pus fætidiſſimum, rectum inteſtinum ſphacelatum, & pus ex pelvi in perinæum continuatum.

Obſ. 101. Scirrhus in pyloro, glandulis ventriculi, pancreate, poſt crebros vomitus.

Obſ. 104. poſt febrem malignam dyſenteria funeſta. Inteſtina gangrænoſa, in corde polypi: pulſus intermiſerat, ante mortem tamen in ordinem redierat.

Obſ. 120. In cervo ſacculus adnatus pancreati aſelliano, in eo glandulæ magmate plenæ, quod indurerat.

Ann. IX. *obſ.* 91. In quartanario homine ſuffocato, vaſa cerebri coacto ſanguine plena, pulmones toti adnati, polypus cordis dextri, lien nimia mole.

Obſ. 92. Poſt capitis dolores pulſus inæquales &c. Omentum ſcirrho caſeoſo fartum, pus in pulmone viſcidum, cor permagnum, intus hiſpidum.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 19. Hydrops pectoris & pericardii: polypus dextrum cordis ventriculum undique replens, multipes, valvulis itricatus, in pulmones protenſus: in ſiniſtro thalamo alter minor.

Obſ. 100. inter convulſiones fetus partu editus, tum in puerperio repetiti ſpaſmi, vena inciſa & clyſteribus conpreſſi.

Obſ. 101. convulſiones paroxyſmis tertianam febrem imitantes.

Obſ. 103. poſt convulſiones glomer vermium vomitu redditus, tum ab emetico pharmaco vermis etiam ex pudendo.

In *Decuria* III. aliquot epidemicas Baſilienſium conſtitutiones deſcripſit.

§. DCCLXXV. Nicolaus Venette.

Medicus Rupellenſis, excitati ingenii homo, ſi moribus caſtius proſpexiſſet.

Ej. *traité du ſcorbut ou du mal de terre, & de toutes les maladies qui arrivent ſur la mer* Rochelle 1671. 12. * omiſſo auctoris nomine. Scorbuti hiſtoria. Ægroti, ſi numeroſiores fuerint, aerem utique inficiunt. Annis frigidioribus ſcorbutus etiam epidemicus fit. Multum culpæ eſſe in cereviſia; in fabis, piſis. Alii morbi chronici; jactura quæcunque humoris alicujus, & quæ vires frangunt, corpora ad ſcorbutum obnoxia reddunt. Sedem mali eſſe in ſanguine, inque ſpiritubus male temperatis. Lienem male accuſari; inter 500. ſcorbuticos vix octo eſſe, in quibus juſto ſit grandior, ſuo experimento; vidiſſe ſe tamen pancreas, omentum & meſenterium corrupta. Calidus ſcorbutus & frigidus. Inter ſigna durus crurum tumor. Inter ſymptomata vomitus, dyſenteria, quæ ſanguifluos viſcerum abdominis tumores expurgat, dolor abdominis, hydrops, urinæ lixi-

vioſæ, febris lenta cum pulſu inæquali, caloris & frigoris alternæ vices, ſpiritus difficilis, pectore quaſi coupreſſo, cordis palpitatio, melancholia, color faciei plumbeus, ſalivatio, diarrhœa ſanguinea, paralyſis, convulſio, ſudor nocturnus, ſtrepitus oſſium. Ad avertendum malum oryza, vinum purum, ſicera, corporis exercitatio. Rupellis in obſidione ſcorbutus invaluerat, quem noſter uberiori uſu ſinapi ſuperavit. Convenit etiam vinum, ptiſana, ſubacida in calido aere, armoracia, ſinapi & hydromel in frigido; ſacrifationes etiam & hirudines admittit: inter remedia calida arum, naſturtium &c. inter frigida electarium de bardana cum ſummitatibus abſinthii, virgæ aureæ. Porro emetica, rheum, non aloe, neque ſcammonium. Noſter nimis multa neque ſelecta dat remedia. Ad ulcera oris decoctum tamarindorum cum alumine. Gingivas tumidas ſcarifat, gentianæ & ariſtolochiæ decocto abluit. Ad dyſenteriam rheum, myrobalani. Rheumatiſmus ſcorbuticus *de lopende varen*, ad eum theriaca nova, diaſcordium, opium.

Ej. *de la génération de l'homme, ou le tableau de l'amour conjugal*, Amſterd. 1687. vel 1688. 12. (*a*), cum titulo NICOLAI SALONICHI, Cologne 1712. 12. *. (in Belgio). Lion 1769. 12. 2 vol. *. Anglice 1703. 8. Hoc inprimis lubrico ſcripto famæ ſuæ nocuit. Ad partium externarum adfectiones primum parum caſta conſilia. Deinde de ſterilitate, de aphrodiſiacis & antaphrodiſiacis, in quibus ſcholas ſecutus rutam & viticem recenſet: inter ea vero, quæ ad venerem incitant, boracem, opium, hoc recte. Veneris boni & mali effectus. Nævi. Impotentia & congreſſus. Philtra & pharmaca, quæ effectum edere dicuntur contrarium. Opii vires exhilarantes recte ad proprium experimentum deſcribit.

Ej. *traité ſur les pierres qui s'engendrent dans les terres & dans les animaux avec la methode de les prévenir & de les chaſſer* Amſterd. 1701. 12. *. Parcior aliquanto collectio calculoſarum concretionum, quæ in corpore animali natæ ſint, experimenta pauca: theoria vana; quæ eam concretionem ſpiritui petrificanti tribuit, qui ſit in materie petrificabili, & frigidam faciat effervеſcentiam cum fixo ſale, cujus fervoris effectus coagulatio ſit. Calculorum varietas: calculi circa nucleum nati, calculi fellei. Quæ alimenta, aut potulenta, calculi generationi faveant, quæ reſiſtant. Diuretica. Oſtrea ſua cum aqua potenter urinam & arenas expellere. Minerales aquas reformidat: pluſcula vulgo dicta lithontriptica medicamenta recte rejicit.

Ad vitam commentarios dedit J. B. de la CURNE de S. PALAYE *in mémoires de l'Acad. des Inſcriptions* T. XX. ſed JOHANNEM de VENETTE. vocat, an idem? Non coram eſt.

§. DCCLXXVI. MARTINUS LISTER.

Medicus Eboracenſis, denique ex archiatris R. ANNÆ, vir in indagando vero ardens & laborioſus, potiſſimum quidem in teſtaceis animalibus & inſectis, tamen

(a) conf. *B. Anat.* I. p. 724.

tamen ut etiam artem clinicam exerceret, ad hypotheſes, eaſque ſubinde minus probabiles pronus.

Pluſcula primum ejus viri in *Philoſ. Tranſactionibus* exſtant, & quidem cum anno 1672., refert de calculo ſublinguali, de gordio, ſ. ſeta aquatica in aquis, ſed etiam in alimalibus reperta.

In *Phil. Tranſ.* n. 147. hydrophobi hiſtoria, qui volebat bibere, neque poterat.

N. 160. Longævorum in Anglia boreali exempla.

N. 221. de verme medinenſi circa Gomron & Schiraz frequente

N. 233. dente delphini venenatum vulnus inflictum.

N. 242. duorum hydrophoborum exempla: eorum alter, qui latraverat, tamen pene ſponte convaluit.

Ej. apud Birch. T. IV. p. 138. & in Hookii *collectaneis* n. 6. Poſt multa incommoda animal vomitu rejectum, cauda bifurca, tribus pinnis &c.

Deinde cum ſuis animalium teſtaceorum deſcriptionibus, paſſim practici argumenti diſſertationes edidit.

Primum in *hiſtoriæ animalium Angliæ tribus tractatibus* Lond. 1678. 4*. Primus eſt de araneis. In eo de veneno eorum animalium quærit, & de ejus antidotis: Negat noſtros venenum habere, cum ne alvum quidem avicularum fluidiorem reddere expertus ſit, alacriores utique reddere viderit. Tarantularum fabuloſa miracula tota rejicit.

Goedartii *inſecta* in ordinem redegit Lond. 1685. 8. *. quæ utcunque huc referas, ſed ea in phyſicis dicentur.

Ej. *duo* ſunt *de aquis medicatis Angliæ libelli* Priori titulus eſt, *Novæ exercitationes & deſcriptiones thermarum ac fontium medicatorum Angliæ* Eboraci . . . Lipſ. 1684. 8. *. Leid. 1686. 12. *. Nitrum calcarium ſive ſal fontium amarum primus, ni fallor dixit, cui plurimum tribuit; aque eo & a pyrite (marcaſita) etiam calorem thermarum interpretatur. Sed plura in phyſicis dicentur.

Ej. *novæ exercitationes & deſcriptiones thermarum & fontium Angliæ, exercitatio altera* Lond. 1684. 4. *. Leid. 1686. 12. *. Hic propius ad medicinam accedit. A bilis evolutione typos febrium intermittentium interpretatur, & alios morbos a bilis & pituitæ efferveſcentia. Icterum curabat indici pilulis, inde bilioſa urina ex atro viridis redditur, his ſæpe valetudinis integritatem reſtituit. Alius icterus periodice redibat, cum dolore circa ventriculum, vomitu, animi pene deliquio. Urina caſei etiam odori ſimilis. Aquarum mineralium in corpus humanum effectus. Ex centum mortalibus vix unum eſſe, cui non in urina arenulæ

decedant. Calculos humanos magna ex parte ex ferro oriri, & calcinatos a magnete adtrahi. Aquas minerales in febre intermittente potius nocere.

Ej. *exercitatio anatomica, in qua de cochleis, maxime terreſtribus & limacibus agitur* Lond. 1694. 8. *. Egregius libellus. De jejunio hiberno cochlearum.

Ej *ſex exercitationes medicinales de quibuſdam morbis chronicis* Lond. 1694. 8 *. Hydrops. A ſpirituum inebriantium abuſu plerumque oriri. Adverſus hunc morbum fortiſſimis purgantibus utitur, elaterio, ſucco ebuli, ireos, & multa felicium curationum exempla producit. Elaterium primo loco ponit, ebulum paulo inferiori, neque gummi gutta commendat, quod inertius ſit. Habet & lazuli lapidem.

2. *Diabetes.* Exempla hujus mali orti ex aquis mineralibus, ex uſu terebinthinæ, balſami copaivæ. Ei medetur lacte, vino, fructibus horæis, pauciora tamen exempla adducit. Iterum hic de fontibus medicatis Angliæ, & eorum elementis. In Eboracenſi ditione urinoſas aquas dari.

3. *Hydrophobia.* Multæ propriæ & accuratæ morbi hiſtoriæ. In lenius demorſis vidit pro hydrophobia iracundiam & truculentum animum ſucceſſiſſe. Canes frequentius curari. Nihil certius eſſe helleboro albo. In digreſſione de cortice chinæ chinæ agit. Eum contra SYDENHAMIUM vult continuo ante paroxyſmum ſumi, ita minorem doſin ſufficere. Trunci corticem æque bonum eſſe quam corticem ramorum. Plurimum S. BADO utitur.

4. *Lues venerea.* Eam derivat ab eſu lacertarum iguanarum, quæ ob maculas de ſerpentum genere ſint. Sæpe ſalivæ fluentum ſponte manare, abſque hydrargyri auxilio. Ægroti abſque ſalivatione lente curati, non tamen & abſque hydrargyro. Abſque eo metallo neminem ſatis tuto ſanari. Guajaci lignum hydrargyri antidotum eſſe, & eum de corpore expellere.

5. *Scorbutus.* A ſalis abundantia fieri. Eum acidis & fructibus horæis curat.

6. *Arthritis.* In prima diatrito ſanguinem cruſta coriacea tegi. Sanavit aliquos ſola quiete, & ſtricta victus ratione; alios, qui pleniori victu utebantur, emeticis, cardiacis. Ubique hiſtorias ægrotorum addit.

Ej. *Exercitatio anatomica altera de buccinis fluviatilibus & marinis. Nec non Exercit. medicinalis de variolis* London. 1695. 8.*. Opus ipſum plurimum phyſiologiæ habet. Veneni varioloſi primam originem ad morſum alicujus animalis venenati referendum eſſe videri: obſidere ductus exhalatontes cutis, quibus ſui ſint ſphincteres, eoſque vellicando conſtringere. Alexipharmaca laudat, curationem refrigerantem improbat

In *exercit. anatomica tertia de conchyliis utriuſque aquæ* Londini 1696. 4. *. quæ nunc non eſt coram, neſcio an aliquid practici reperiatur: phyſiologica certe &

& defenſionem fermentationum atque putredinis contra tritum habet. Uniones morbum eſſe, & naſci ex ipſa teſtarum materie. Adj. Diſſ. *de calculo*, qua pleraque continentur, quæ prius ſcripſerat, multæque curationes, quas LISTERUS aſellis, coccinella, & purgantibus medicamentis debuit.

EJ. *exercitationes practicæ*, quas dixi, redeunt in *collectione* cum HARRISIO & GUILIELMO COLE Genev. 1696. 4.*. & London 1697. 12. FALC.

EJ. *a journy to Paris in the year* 1698. Lond. 1699. 8*. Cum DUCE PORTLANDIÆ, pacem ſignaturo, Lutetiam adiit, eo fine ut litterarum ſtatum cominus perſpiceret. Grata libri varietas placet. Contra diætam tenuiorem & jejunia. Bibliothecæ & theſauri rerum naturalium Pariſini. Plantæ. Potus Pariſinorum. Artificium, quo caro vitulina albiſſima & tenera redditur, venæ ſectione repetita, victu farinoſo cum ovis. Vini præſtantiores varietates. Aquæ diverſarum fontium. Hortus regius; aeris in eo ſalubritatem laudat & ſiccitatem. Morbi Pariſinorum, dyſenteria, malum hypochondriacum, calculus. De varia calculi ſectione. Remedia. De guttis anglicis.

EJ. HIPPOCRATIS *aphoriſmi cum commentariolo* London. 1703. 12. *. græce & Latine cum notis paraphraſticis. Textus non valde emendatus. Notæ continent effatorum HIPPOCRATIS expoſitionem per nuperas theorias, cum pauciſſimis propriis adnotationibus. In hydrope optimo ſucceſſu ſe tenuiſſimum victum imperaſſe. Qui phthiſicis vulgo lac aſininum imperant non meminerunt, veteres eo lacte non uſos fuiſſe, niſi ut alvum cierent, neque id vitium tollitur vel opio adjecto, vel adſtringentibus medicamentis admiſtis. Hydrops ampliſſimus in duplicatura peritonæi. Aquam & pus paulatim & per libras evacuari debere. Hydropicum non debere ultra ſelibram intra 24 horas bibere.

EJ. *Diſſ. de humoribus* Lond. 1709. 8. *. Amſterd. 1711. 8. *. Præcipuum & ſenile opus, nihilo ſecius plenum hypotheſium, tum refutationum. In præfatione jatromathematicos increpat, qui & ultra experimenta progrediantur, & contra ea. Plurima pars operis phyſiologica eſt: propius ad medicinam practicam pauciſſima ſpectant. Condimenta & medicamenta ſtomachica fere ejuſmodi eſſe, quæ putredinem adjuvent: alia argumenta cauſæ ſuæ ſumit a flatibus, ab eupepſia & apepſia. Aliqua de cereviſia, vino. De lotio aliqua.

EJ. SANCTORII SANCTORII *de ſtatica medicina aphoriſmorum Sect. VII. cum commentario* Lond. 1716. 12. *. Breves notulæ, potius paraphraſticæ.

§. DCCLXXVII. J. VAL. WILLI.

J. VALENTINUS WILLI phyſicus Colmarienſis.

EJ. *diſſ. de ira* Argentor. 1671. 4. *.

EJ. *bezoar ſeptentrionalis ſ. de ſalis cornu cervi uſu & abuſu* Haſn. 1675. 8.

Ej. *de morbis caſtrenſibus internis* Hafn. 1676. 4.*. diſp. ſed multo brevior, tum uberior Haag 1739. 8.*. cum Portii adfinis argumenti libro. Ad guſtum ſeculi. In peſte in genere convenire med. vomitoria, veſicatoria, frictiones. In febribus malignis venæ ſectionem ante quartum diem locum invenire, non ſerius: ſpem eſſe in ſudoriferis; in acidis demum ſpiritibus. In morbo hungarico vena ſecanda, tunc purgandum eſt: vomendum; ſic in febre petechiali, tum alexipharmaca & pulveres abſorbentes. Se ſolo trifolio fibrino cum cereviſia cocto, etiam in ſenibus, diuturnum ſcorbutum ſuperaſſe. Luem gallicam equidem per oſculum conceptam ſpiritu ligni ſancti, & clyſſo minerali ſanatam fuiſſe, lignorumque decocta &c.

Ej. *de Philiatrorum germanorum itineribus Diſſ. tres* cum Joachimi Viti Wigandi *nomine* Friburg 1678. 12. *. Germanos jam eo ævo frequentiſſime ad exteros peregrinantes increpat. Infelicitas medicorum: medici capite plexi, exilio, carcere mulctati. Germanos domi habere, quæ ſibi ſufficiant, etiam abunde doctorum virorum, quorum magnum numerum recenſet. Certos morbos certis in germaniæ partibus optime curari, & exterorum conſilia germanis peſſime ceſſiſſe per exempla, & male, qui artem apud exteros docti eſſent, in patria præceptores fuiſſe imitatos, enormem ſanguinis miſſionem ſuaſiſſe &c. Indoctos feliciter curantes objicit, Sennertum infeliciter. In II. *Diſſ.* admittit peregrinationes ſtudiorum cauſa factas. *Diſſ.* III. ſeligit Academias, quæ utilius adeantur. Laudat hortum Altdorfinum; noſocomia Hamburgenſia; theatrum anatomicum Argentoratenſe; laudat ſuos Doctores. Multa ad hiſtoriam medicorum ſui ævi, etiam, quam vocant, *ſcandaloſam.*

In Act. Hafn. III. *obſ.* 73. de hirudinibus. Et ab alcali volatili enecantur & ab acore vitriolico.

Obſ. 70. Arthritis ira ſanata.

Obſ. 75. per exempla vis medica trifolii fibrini in ulceribus ſcorbuticis, hydrope aſcite, febribus intermittentibus, paralyſi, oculorum doloribus.

Obſ. 76. morbus bovillus. Animalia obeſa, pulmones hydatidibus pleni, ſic hepar; & in ductibus bilariis animalcula illa ſolita. Hydatides pulmonum etiam in pueris vidit. Aliæ conglomeratæ hydatides in hepate leporis.

Obſ. 78. Albuminis utilitas in diſſolvenda myrrha, tum ſalis volatilis ex albumine parati.

Obſ. 84. Piſcis föſing aculeata pinna dorſalis periculoſe vulnerans.

§. DCCLXXVIII. Varii.

Hyacinthi Anderi Hoſtalricenſis, *practica Gothalanorum pro curandis corporis humani morbis juxtà medicinæ rationalis leges* Barcinone 1671. fol. C. de V. Morbi a capite ad calcem.

Jacobi

JACOBI GRANDI *de laudibus* SANCTORII Venet. 1671. CIN.

GUIDONIS FANOIS M. D. *Diſſ. medica de morbo epidemico æſtate anni* 1669. *Lugduni Batavorum viciniſque locis graſſante* Leid. 1671, 12. *. Leidæ & Harlemi potiſſimum miram ſtragem edidit. Febris erat putrida, maligna, remittens, cum ſumma præcordiorum anxietate, gravamine ventriculi, vomendi conatu: anthraces tamen & bubones aberant. Cauſa in ſiccatis a magno æſtu paludibus, hinc putrefactis humoribus. Requirebantur emetica medicamenta, & abſque iis ſudorifera male cedebant. Deinde vulneraria, aromatica, antidoti, julepi ſubacidi. Ex 2000 ægrotis ſibi non ſupra duodenos interiiſſe.

J. B. LAMZWEERDE Prof. Colonienſis, *appendix ad armamentarium medico chirurgicum* Amſtd. 1671.8.*. 1672.8.L. Huc facit caput de ſanguinis transfuſione, excerptum ex libris Gallorum & LOWERI. BURRHI epiſtola de reparandis humoribus oculi. Chirurgiæ infuſoriæ brevis hiſtoria. Lectus coriaceus ad balnea SANCTORIANUS. Deinde obſervationes medicæ; quarum MORGAGNUS multas ſubreptitias eſſe oſtendit, ut noſter nihil ſui dederit præter nomina. Semina cerealia cum urina excreta, lolii, burſæ paſtoris, naſturtii. De ea hiſtoria epiſtolæ ROLANDI STURM, DIEMERBROECKII. Cornu de fronte exiens. Cephalæa venerea calvaria repetito terebrata demum ſanata: & epilepſia ferro candente ad ſuturæ ſagittalis & coronariæ conjunctionem adpreſſo. Mutus & ſurdus, ex gravi lapſu fracta calvaria reſtitutus, & morbus gallicus cereviſia ex ligno ſancto medicatus. Scrotum ſphaceloſum reparatum. Hydrops pectoris pro pleuritide habitus. Obſervationes a DIEMERBROECKIO, PETRO GUENELLON & a chirurgo RIDIGER PYL communicatæ.

EJ. *chirurgiæ veteris & medicinæ promtuarium tabulis XXIV exaratum, obſervationum medico chirurgicarum centuria illuſtratum* Amſtd. 1682. 8. TR. An idem? Puto.

EJ. *naturalis molarum uteri hiſtoria* Leid. 1686. 8. *. Francofurti 1689. 4. BUTTN. Aſper homo & litigioſus. Proprias tamen molarum hiſtorias habet. Poſt tumidiſſimum diu circum geſtatum abdomen, uterus ſcirrhoſus, cartilagineus, pene oſſeus. In ovario puellæ maximus tumor, plenus carnis, oſſium, particularum cranii, cerebri, pilorum. In hydropica femina tumores mucoſi & extus utero adhærentes, & intus eo contentæ, in Imperatrice, hæc aliena fide. Fabuloſus homo aquilam in arboris ſectione expreſſam depingit. Molæ materiem eſſe in ſemine, inque materno ſanguine; cauſam in utriuſque ſeminis potiſſimum maſculi virtute: deinde occaſionem præſtare defectum particularum in ſemine, aut vigoris, aut malum ſitum, vel externam compreſſionem. Motus veri fetus, & molæ, diſcrimen feminam optime ipſam diſtinguere. Non poſſe abſque maris auxilio molam concipi, nec in vidua. Morbum manifeſto hyſtericum; uteri oſtio dilatato multa fætente materia emiſſa, injectis detergentibus ſanavit. Qui hic & alibi pro incantato habebatur. Dæmonem non poſſe molam generare. In brutis animalibus molas rariores eſſe. Fraudes variæ, ſilicum per alvum excretorum, ovorum de femore feminæ prodeuntium exempla, male pro re naturam ſuperante habita. Carnes de utero ab agyrta avulſæ, Non poſſe ex ſemine humano animalia alterius generis

parari:

pareri: inſecta vero, quorum ova in ventriculo integra ſuperſunt, poſſe in uterum aliquo modo penetrare, inque ſui, ſimilia inſecta confirmari. Neque feminam ex animale, neque beſtiam ex homine concipere.

Ej. *monita ſalutaria de magno thermarum & acidularum abuſu* Colon. 1684. 8. *. Oſor chemicorum & Aquiſgranenſium, in deprimendis aquis medicatis Galeni auctoritate nititur, tum ratiociniis. Ut poſſit per tubulos urinarios aqua accurate ad medullam ſpinalem duci, aut quo lubeat. Lectulus iterum coriaceus Sanctorianus. Thermas adverſus ſterilitatem nihil facere, & ſales quoſcunque potius nocere: utilius in uterum aquam ſiphone urgeri. Thermopotationem potius nocere, ad hepar non penetrare, ſcirrhos non mollire, calculoſis, podagricis infenſiſſimam eſſe. Poſſe neceſſariam bilis & ſucci pancreatici fermentationem ſupprimere. Poſſe tamen convenire, quoties primas vias eluere neceſſe ſit. Acidulas rectius cum cibis bibi, vini potoribus debere puras exhiberi. Hæc monita fere exemplis productis tuetur.

Librum lego, quem ſcripſerit contra P. von Hadden Amſterd. 1677. Lamb.

Ej. *monita ſalutaria de thermarum & acidularum abuſu confirmata, & a verboſo* Blondelii *ſtrepitu vindicata* Colon. 1684. 8. *. Ratiociniis & exemplis utitur eorum, qui ab uſu Aquiſgranenſium thermarum deterius ſibi habuerunt.

Ej. *examen eucharisticum durioris Harderianæ apologiæ ſuper fraternas admonitiones in caput XXIV tractatus ſui de molis uteri contentas* Francf. 1689. 4. Burck.

Cum *reſpirationis* Swammerdamianæ *exſpiratione* Amſterdam. 1674. 8. *, edidit hiſtoriam virginis, quæ urinam revomuit, & molam, præſente Ruyschio cum lotio reddidit, lapilloſque varii coloris, demumque inſignem calculum.

J. Bimii medici Leodienſis, *peſtis ad vivum delineata & curata* Leod. 1671. 8. *. Dari peſtem a ſanguine diſſoluto, dari & peſtem a coacto ſanguine. Scarifationem cum cucurbitulis profuiſſe; nocuiſſe venæ ſectionem aut ſcarifationem, quæ lanceola fieret. Valde laudat tartarum vitriolatum. Peſtem ipſe non vidit.

Sebastianus Wirdig.

Ej. *diſp. de ſcorbuto* Roſtock 1671. 4. Pl.

Ej. *de pleuritide* Leid. 1674. 4.

Ej. *de palpitatione cordis* Regiomont 1674. 4.

Ej. *de medicina ſpirituum* Hamburg. 1673. 12. ib. 1688. 12. *. germanice vertente Christophoro Helwig juniore Lipſ. 1707. 8. Hypotheticus & loquax auctor. Aciditatem omnium morborum cauſam eſſe. Febres eſſe ſpirituum morbos. Remedia. Medicina magnetica & ſympathetica.

Anc.

ANGELI J. FRANCISCI *homo omnis ſ. microcoſmus morali phyſicus & politico moralis* Weym. 1671. 8. ſi huc facit.

VALENTIN MERBIZ *de infantibus ſuppoſitiis vulgo wechſelbälgen* Lipſ. 1671. 4. 1678. 4. *. Rachiticos vult, quos miſeros dæmonis prolem eſſe popularis volebat ſuperſtitio.

EJ. *de varietate faciei humanæ diſſ. phyſica* Dreſd. 1676. 4. *. Phyſiognomia ſumta a proportionibus trium partium, in quas faciem partitur. Potius ad anatomen pertinet.

Medicus Romanus ſexaginta ſolidis æſtimatus Leid. 1671. 12. 1681. 12. *. in germ. 1746. 8. J. C. tum Leidenſem BÖKELMANNUM. DRELINCOURTIO infenſum, audio auctorem libelli eſſe, eumdemque, cum perinde ut D. CONYERS MIDDLETON, medicos romanos ſervilis conditionis fuiſſe adfirmaret, magnis litibus & multis ſcriptis occaſionem dediſſe. Satis vero certum eſt, in familiis ſervorum romanorum, ut rhetores & alios litteratos homines, ita etiam medicos fuiſſe: neque tamen minus homines liberos bene atque natos in Græcia artem exercuiſſe, & denique Romæ. Cæterum anonymus hujus libelli auctor etiam de medicis parabolanis, & de archiatris agit, & oſtendit, chirurgos vulgo medicorum nomen uſurpaſſe.

MARTINI FRIDERICI SEIDEL *icones & elogia virorum, qui Marchiam illuſtrarunt* Berlin 1671. fol. ſi huc facit.

J. H. SCHMIDT *diſcurſus medicus, de cachexia ſcorbutica* Placent. 1671. 4. HAENEL.

J. GEORG HUTTEN *de potu felleo & acetoſo agonizanti Chriſto porrecto* Guben 1671. 4. B. Tig.

GUIL. CHRISTOPH. KRIEGMANN *epiſtola qua probatur quod* PLUTARCHUS *ſit inſignis ſcriptor chymicus* Darmſt. 1671. 8.

VALENTIN LÖBER *anchora ſanitatis dialogice fabricata, cui annexa eſt mantiſſa de venenis & eorum antidotis* Hamburg 1671. 8. Francof. 1679. 8. L.

WENC. MAXIM. ARDENSBACH *tartaro clypeus excipiens tartaromaſtigem Hertodium, ac diſcurſum in opus mirificum ſextæ dici D. Hertod* Prag. 1671. 8.

DONATI SCIALOIA *praxis purgandi infirmata* Napoli 1671. fol.

MICH. DE LA VIGNE *diæta ſanorum ſ. ars ſanitatis* Edidit MICH. DE LA VIGNE MICH. fil. Pariſ. 1671. 12. BUR.

§. DCCLXXIX. Christianus Franciscus Paulini.

Medicus, magnus collector.

Ej. *diſſ. epiſtolica complectens curioſiſſimam* quæſtionum *an mors naturalis ſit ſubſtantia verminoſa* Rom. 1671. 8. ut lego, & *de morte verminoſa* Francf. 1703. 8.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* III. 1672. *obſ.* 60. ἀναυδία ex catarrho, ſublata venæ ſectione & gargariſmo.

Ann. VI. VII. *obſ*, 3. de poris cutaneis moribundi infantis vermiculi nigri egreſſi, ſed ex aliena fide.

Obſ. 235. Camphoræ uſum nihil ad reprimendam venerem potuiſſe.

Ann. VIII. *obſ.* 82. a drachma integra gummi guttæ propinata lipothymia & mortis metus.

Ej. *obſſ. medico phyſicæ ſelectæ curioſæ* in *appendice* anni V *decadis* II. Multa ſunt practica. In febre maligna ſudor odoris alliati, & alius violaceus, porraceus, luteus, melleus, arenoſus. Hæmoptoë vomitu excitato levata. In vulva plica. A retentis menſibus ſcabies mammarum. Halece curata quartana. Paralyſis ira ſanata. Phthiriaſis in homine venereo: & ex ea cauſa tumor verminoſus: alias de toto corpore vermiculi exulcerantes. Mutus ab infantia violentia febris ardentis ſanatus. Aſcites ſublatus abſtinentia a potu. A ſternutatione revocati menſes: iidem ex mamma. Hepatis partes per os & alvum rejectæ. Menſes cum hæmorrhoïdibus alterni. In paralytico hydrops unius lateris. A vermibus ductum replentibus urina ſuppreſſa per oculos aberravit. Penis in naturam oſſeam converſus. Sempervivi majoris ſuccus in febribus ardentibus beneficus. Cum alvi fæces fætorem amiſiſſent, noſter mortem & recte præſagiit. Obſervationes 123. Vana admiſta.

Ej. *obſervationes medico phyſicæ ſelectæ & curioſæ*, Nurnberg 1688. 4. *. tanquam *appendix* E. N. C. Ex ingenio hominis: obſervationes variæ, curioſæ, abſque ſtudio natæ, neque omnes ſatis fidæ. Ecce meliorum exempla. A globulo plumbeo contra vermes exhibito in puero funeſta colica. Hereditaria conſuetudo retinendæ urinæ ad ſextum & octavum diem. Qui per ſomnia verſus pangebat. In Germania inſolito conſilio nive intus & extus admota febris ardens ſuperata. Sarcocele venerea, medicamentis ſanata. In ventriculo circa œſophagi ingreſſum verruca inſignis, inde hæmoptoë & tabes. Renis abſceſſus ſanatus. Menſibus imminentibus maculæ rubræ cum gravi cephalalgia erupuerunt. Cruento cum ſudore arenulæ. Exempla vini in febribus abſque noxa dati. In febre maligna ſanguis coccineus funeſti fere eſt præſagii. Adnotationes ſunt 64.

Ej. *obſervationes medico phyſicæ raræ, ſelectæ & curioſæ Cent. IV. cum lance ſatura V alias decades obſervationum excellentium virorum complectente* Lipſ. 1706. 8. Gunz.

Ej.

Ej. *buſo* Nurnberg 1696. 8.

Ej. *ſacra herba ſ. nobilis ſalvia* Aug. Vind. 1688. 4. *. Integrum volumen formularum, quas ſalvia ingreditur, ut tamen in omnia alia auctor divagetur, etiam in jura medicorum, & curationum hiſtorias. Cum bufonem ſub ſalvia vidiſſet, noſter folium decerpſit; & abſque noxa edit.

Ej. *anguilla* Lipſ. 1689. 8. Collectanea medica & ſcriptiones.

Ej. *lagographia curioſa ſ. leporis deſcriptio &c.* Aug Vind. 1691. 8. *. Idem ſtudium & alieniſſima quæque, ut etiam diplomata & orationes Doctorum virorum recenſeat.

Ej. *lycographia* Francf. 1694. 8. *. Eodem modo quæcunque de lupi partium vi medicata dicta ſunt aut ficta hic collegit. Vermes renum lupinorum. Lycanthropia.

Ej. *de aſino l.* Francf. 1695. 8. *. Ejuſdem ſaporis.

Ej. *heilſame Drekapothek wie mit Koht und Urin auch die ſchwerſte Krankheiten u. bezauberte Schaden curirt werden* Francf. 1696. 8. 1697. 8. 1699. 8. 1714. 8. 1734. 8. 1747. 8.

Ej. *flagellum ſalutis, curieuſe Erzählungen wie mit ſchlägen allerhand ſchwere Krankheiten bald und wohl curirt werden* Francf. 1698. 8. LEHM. alii 1697.

Ej. *de jalapa* Francf. 1700. 8.

Ej. *de theriaca cœleſti reformata liber* ib. 1701. 8.

Ej. *μοσχοκαρυολογια ſ. nucis moſchatæ deſcriptio* Francf. (Erford.) 1704. 8. *. Spiſſum volumen formularum, quas hæc nux ingreditur, & curationum, ad quas ea unquam aliquid conferre potuit.

Ej. *memoria Dolæana ſ. diſſertatiuncula de vita* J. DOLÆI Hamburg 1703. in *Novis literariis.*

Edidit *medicinam criticam* AMMANNI 1677. 4. *.

In *zeitvertreibende erbauliche Luſt* medica aliqua etiam ſunt de menſtruis &c.

Ej. *obſervationum medico phyſicarum decades duæ* in *append.* ad E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* VII. De vermibus collectio. In urina pediculi. Sudor ſtercoris fætore ex uſu medicamenti ſudoriferi. Fæces alvi per vulvam ejectæ. Pro curationibus domeſticis. Frequentem in Thuringia ſcorbutum eſſe. Vituli oſſa per vulvam, ſed etiam per os, a matre rejecta.

Ann. IX. *obſ.* 187. Urina glutinoſa vino medicato curata.

Obſ. 188. ex morſu ſciuri icterus.

Obſ. 189. a caſtitate delirium & anorexia.

Obſ. 193. urina viridis in femina gravida, cum febre tertiana.

Obſ. 194. ebrietas ſcarifatione ſublata.

Ann. X. *obſ.* 189. Iſchuria & tumor univerſi corporis in infante, qui lignum carioſum devoraverat.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 145. moxa in arthritide fruſtra incenſa.

Obſ. 146. ab extracto panchymagogo priapiſmus.

Ann. IX. X. *obſ.* 54. a vermibus ſubita manuum pedumque contractio, ſuperata expulſo, quadrupede echninato, & caudato.

§. DCCLXXX. Daniel Ludovici.

Daniel Ludovici, medicus Gothanus, rei pharmaceuticæ peritiſſimus, chemicus idem, vir excitati ingenii.

Ej. *de pharmacia moderna ſeculo accommodata* Diſſ. III. Goth. 1671. 12. Hamburg. 1685. 8. Trew. 1688. 8. 1728. Boret. Hafn. 1693. 8. Gallice Lion 1710. 12. 2 vol. Recenſio critica diſpenſatoriorum germanicorum. Multa medicamenta imbellia vult relegata: multas inutiles adminiſtrationes reciſas, miſcellaſque nimias & ingrati ſaporis. Fruſtranea varietas ſalum alcalium vegetabilium ſ. lixiviorum. Nullo omnino looch opus eſſe. Condita fere effeta. Nimius emplaſtrorum numerus. Aurum potabile inane eſſe. Inde de bona nota medicamentorum purgantium. Falſas proſtare ſpecies, & veri hellebori loco venalem adonidem. Inutilis mechoacanna, ſic hermodactylus. Contra melius eſt, quod reformidant medici, gummi gutta. Inde nimis draſtica refutat, ut gillam veneream, vitriolum album, purgantia ex hydrargyro parata. Eumdem mercurium repetita ſublimatione effetum reddi. Buxi, fraxini, juniperi, ebeni, ſaponariæ, conſueta in Gallia decocta refutat, & alexipharmaca atque antipeſtilentialium in numero, ſcorzoneram, galegam, os de corde cervi; tum ſordida ex animalibus auxilia, aut inutiles ægagropilas. Antimonium diaphoreticum triplici detonatione nimium cicurari. Inter plantas etiam plurima ad obſoleta rejicit, tum lumbricos, lapidem nephriticum. Plura omitto in libro vulgo proſtante. Adparet autem, cordatum & præjudicatis opinionibus purum virum hæc ſcripſiſſe. Diſſ. II. pertinet ad nimia medicamentorum pretia, quæ noſter ad juſtam mediocritatem reducit. Diſſ. III. defendit privatam medicamentorum diſtributionem, contra pharmacopolarum oppoſitionem. Dictio auctori impedita, etiam potiſſimum paracenteſibus.

Germanice *Abhandlung von moderation der Apothekertaxe uberſetzt und vermehrt von* J. Heimreich Gotha 1714. 8. Riv. cum vita auctoris.

Ej.

Ej. *zwey Tractätlein von Feldkrankheiten und der rothen Ruhr.* Prior libellus Germanice 1664. cum nomine *myrothecii caſtrenſis.* Alter a. 1666. prodiit, & uterque Mülhauſen 1685. 8. Heist. Lipſ. 1702. 8. 12. Tr. demum Latine verſi in collectione operum. Non probes, quod fructus horæos dyſenteriam facere ſcribat, quæ quidem eo ævo recepta erat opinio. Tranſit ad aquas inſalubres, aeremve nebuloſum, æſtus nimii oblitus. Vomitum cieri poſſe radice aſari: alvum demum helleboro nigro, ſucco iridis noſtratis. Deinde diaphoretica dat, & theriacam, & abſorbentes pulveres, tormentillam, ceram ipſam. Gummi, papaver, ad aliqua ſymptomata valere. Myrothecium caſtrenſe.

Ej. *kurzer unterricht von der Ruhr, wie ſich der gemeine Mann bey ſolcher zu verhalten, ſamt einem Anhang, wie man ſich ſolches bey jeziger einreiſſenden Ruhr bedienen könne* Chemniz 1691. 8. Tr. idem forte brevior *de dyſenteria* tractatus, quo potiſſimum curatio traditur.

Ej. *compendium materiæ medicæ* Francof. 1698. 8.

Multæ ſunt Cl. viri in E. N. C. adnotationes.

Ann. III. *obſ.* 250. atrophia gravis in puero, ſanata tinctura martis aperitiva cum arcano duplicato.

Obſ. 251. ſenſus de univerſa cute perfecta abolitio, reſtituta vena ranina inciſa.

Obſ. 252. atrox ad ſupercilia dolor, veſicatorio ſuperatus pone aures admoto.

Obſ. 253. hypochondriaci ſeri ſpeciem vomitu reddentes.

Obſ. 254. a tartaro emetico expulſus longiſſimus lumbricus teres trium ulnarum.

Obſ. 256. Hydrops vulvæ in gravidis, frequens & ſæpe funeſtum malum, inciſione ſanatum.

Ann. IV. V. medicamenta aliqua chemica.

Obſ. 207. Phthiſis ſanata quotidiano uſu opii, ſed parca doſi ſumti. Negat alvum inde ſemper ſiccari.

Obſ. 210. palpebrarum paralyſis oleo tartari nigro ſanata.

Ann. VIII 68. Somnus ſeptem dierum in puella. A ſirupi papaveris mediocri doſi etiam in puero ſopor quatriduanus, in mediis variolis innoxius. In Java nova variolas æthiopum curari demerſione in frigidam, oxygala & acetario ex cucumeribus.

Ann. IX. X. *obſ.* 34 Cardialgia metallo calidiſſimo ad locum dolentem admoto ſuperata. Veſicatorio emplaſtro podagra ſanata. A cantharide integra devorata priapiſmus poſt mortem perdurans.

Obſ. 35. menſes reſides lotura linteorum menſtruorum data reſtitutæ.

Obſ. 153. antimonii butyro inſtillato abſque dolore eſchara excitatur.

Obſ. 156. Alvus ſtricta nunquam liberata, niſi effuſo una ſemine. Fæces cereviſiæ recentis alvum ducunt.

Obſ. 158. Pulmonum apoſtemata a pleuriticis longe diverſa, chronica, non difficulter ſanata. Ulcus arteriæ aſperæ.

Obſ. 159. Veneris in caput effectus; Apoplexia inde orta. Albi quid & cerebri ſimile ex pueri naribus excretum.

Obſ. 160. Hiſtoria ſemicrudi cibi, invito homini in os adſurgentis, & immedicabilis ruminatio.

Hæc omnia conjuncta prodierunt Francof. 1712. 4. *. cum præfatione J. CONRADI MICHAELIS, medici Hanovienſis, *de corruptela medicinæ.*

Ej. *theſaurus Ludovicianus ſ. compendium materiæ medicæ auctore* WOLFGANG CHRISTEN Bern 1707. 12. Nurnberg. 1720. 8. HUTH.

§. DCCLXXXI. ALII.

HERMAN BUSSCHOF *het podagra metsgaders deſſelſs ſeker geneezinge* Amſterd. 1674. 12. 1677. 4. 1678. 8. B. THOM. Germanice *das genau unterſuchte und ausgefundene podagra* Bresl. 1677. 16. *. 1693. 12. Anglice Lond. 1676. 8. cum ROORHUYSIO (*a*) Bataviæ novæ V. D. M. cum a podagra mire torqueretur, conſilium feminæ Javanæ ſecutus, moxa ſibi dolentem pedem inuri paſſus eſt, effectu optimo, ut viginti conos ferret. Hanc ſuam felicitatem hoc libello publice laudat, teſteſque felicium curationum producit. Medulla eſt artemiſiæ in conos ficta & incenſa, quæ lente deflagrat. Scirrhos eodem modo curari, duroſve nodos artuum, & demum lethargum.

COSME VIARDEL *obſervations ſur la practique des accouchemens* Paris 1671. 12. 1748. 8. (*b*) & Germanice 1672. 8. *. cum notulis non malis. Cum parturienti feminæ clyſterem ſubjicere conſulatur, monet editor, prius nos certos eſſe debere, ſpatii in pelvi ſatis eſſe, quo clyſter recipiatur. Meconii exitum certum mortui fetus ſignum eſſe. Graviditas pro hydrope venditata. Puerperæ mors ſubita, ob pericardium & pulmonum bronchos pituita infarctos. Abſque omni metu luem veneream in femina prægnante curari poſſe. Superſtitioſe cineres placentæ pro expellenda ſecunda propinat. Morbi muliebres. Menſium ſuppreſſio; hæmorrhagia uteri, fluor albus &c.

(a) conf. Bibl. Chir. T. II.
(b) Bibl. Chir. T. I. p. 396.

. . . DUBE' *médecin des pauvres, qui enſeigne les moyens de guérir les maladies par des remèdes faciles à trouver dans tout pays* Paris 1671. 12. 1672. 12. FALC. 1674. 12. 1675. 12. 1693. 12. HE. Lion 1700. 12. Rouen 1712. HEIST.

EJ. *medulla medicinæ practicæ* Pariſ. 1671. 12.

J. ISAAC QUATROUX *traité de la peſte, de la difference de la pourpre, la petite verole & la peſte; contre la dyſenterie & le flux de ventre* ib. 1671. 8.

Etat-général des baptemes, mariages & morts de Paris avec des obſervations générales ſur les années 1670. 1671. Paris 1671. fol.

LOUIS AUGUSTE ALLEMAND *ſecret de la médecine des Chinois, conſiſtant dans la connoiſſance des pouls* Grenoble 1671. 12. Lego non ſatis certum eſſe librum eſſe ALLEMANDI. BACHER.

WILHELM SALMON'S *ſynopſis medicinæ compendium of phyſik chirurgery and anatomy* ib. 1671. 8. OSB. niſi vitium & verus annus eſt 1681. 8. ut pene ſuſpicor, iterum 1695. 8.

EJ. *new London diſpenſatory* Lond. 1678. 8. 1680. 8. 1708. 8. 1719. 8.

EJ. *ſyſtema medicinale* Lond. 1686. 8. Amſtd. 1686. 8.

EJ. *doron medicum* Lond. 1687. 8.

EJ. ſunt etiam *ſelect medical and chirurgical obſervations* ib. 1689. 8.

Idem DIEMERBROECKII opera omnia edidit Lond. 1689. GUNZ.

EJ. *practica medicinæ cum clave alchymiæ* Lond. 1692. 8.

EJ. *ſeplaſium ſ. complete engliſh phyſician or the druggiſts ſhop opend* London. 1693. 8. 1703. 8.

EJ. *ars chirurgica* ib. 1698. 8. Medicus, qui Americam adierat, idem polygraphus. Præter morbos cutaneos & tumores, quos & medici curant, integra materia medica hic reperitur, & diſpenſatorium medicamentorum receptiorum, etiam internorum, cum multa virium ſalubrium enumeratione.

Idem edidit G. BATE diſpenſatorium Lond. 1693. 8. 1706. 8. & addidit proceſſus chemicos ineditos.

EJ. *theory and practic of phyſik* Lond. 1698. 1707. 8.

EJ. *family dictionary or houſholdeom panion* Lond. 1710. 8.

Ein neu an Tag gebrachtes Roſſ- und Vieharzneybüchlein 1671. 8. TR.

MARTIN DIEKEL *Beſchreibung der in Kriegsläuften gewöhnlichen Krankheiten und wie ſie curirt werden* Erfurt. 1671. 12.

GEORG

GEORG NICOL. SCHURZ (FR. GEORG alii) *neu aufgerichtete Materialkammer oder Beſchreibung der vornemſten Materialien und Spezereyen* Nürnberg 1671. fol. 1673. fol. TR.

SERMONS *engliſh midwife* Lond 1671. 8.

DOMINICI MAGRI & FAUSTI NARONII BARNESII *de Coffea* 1671. Conf. B. Bot.

PHILIPPE SYLVESTRE DU FOUR *traité nouveaux du Caffé, du The & du Chocolat* Lion 1671. 12. Haag. 1685. 12.*. Lion 1688. 12. Paris (Genev.) 1685. 12.*. conf. B. Bot. I. p. 564. Hiſtoria naturalis Caffeæ & utendi modus, & utilitas etiam medica. Sic Thea & Chocolatæ ingredientia, ut vocant.

§. DCCLXXXII. DISPUTATIONES.

FRID. WILH. CRELLIUS *de arthritide* Leid. 1671. 4. PL.

J. LE CANDELE *de atrophia* ib. 1671. 4. PL.

PETR. LAKENKOOPER *de hydrope* ib. 1671. 4. RIV.

J. NIC. WASSELEWITZ *de variolis* ib. 1671. 4.

JAC. RUFINE *de paſſione cœliaca* ib. 1671. 4. RIV.

THEODOR. GAVOT *de arthritide* ib. 1671. 4. RIV.

J. TEICHER *de epilepſia* ib. 1671. 4.

J. RESEBOOM *de phtiſi* ib. 1671. 4.

J. V. FLAMERDING *de tumoribus lienis* ib. 1671. 4. *.

J. C. MYLIUS *de pernione* ib. 1671. 4. *.

JAC. TEFFELEN *de iſchuria* ib. 1671. 4.

J. VINCENTIUS RICCIUS *de doctrina Galenochymica tam veterum quam neotericorum circa epilepſiam* ib. 1672. 4. *.

GER. DE HEIMERBERG *de pervigilio* ib. 1671. 4. *.

J. CH. STRAUS *de ſalium poteſtate* Utrecht. 1671. 4. HAEN.

CHRIST. DONATUS *de ſomniis* Witteb. 1671. 4.

EBERH. RUD. ROHT *de Oſiride, Iſide, Horo & Typhone Diis olim Ægyptiis* Jen. 1671. 4. PL.

JAC. ROB. RAABE *de ſanguinis ſputo* ib. 1671. 4. LIND.

J. GER. SIMON *Jura obſtetricum* ib. 1671. 4.

EJ.

Ej. *de impotentia virili plena ſordibus diſp.* Jen. 1715. 4.

And. Homberg *de tentigine ſ. excreſcentia clitoridis nimia* ib. 1671. 4.

Adam Tribechovii *Moſes mizraim Ægyptiorum Oſiris* Kiel 1671. 4.

Ferd. Frid. Pock *loimographia ſ. diſſ. de peſte* Weim. 1671. 4. Pl.

Anton. Künzli *de paſſione iliaca* Baſil. 1671. 4. Haenel.

J. Rud. Zender *de hæmoptyſi ſ. ſputo ſanguinis* ib. 1671. 4. *.

Lud. Salzmann *de abſceſſu interno inſignis magnitudinis cum hydrope & aliis notatu dignis in muliere Argentorati nuper obſervato* Argent. 1671. 4. *. Pro gravida habita fuerat, cum incideretur: hydrops erat 56 librarum aquæ, & tumor in inguine factus cyſticus abſceſſibus & hydatidibus, tum in utero alius. Pancreas ſcirrhoſum.

G. Chr. Zink *de dyſenteria* Argent. 1671. 4. *.

J. Sebast. Schikardt *de diarrhœa* ib. 1671. 4. *.

G. Ludw. Petenkofer *de reſolutione* ib. 1671. 4. *.

Fr. Vezou & Petr. Ozon *E. quibus ingenii vis major, minor eſt corporis* Pariſ. 1671.

Jac. Thouart & Fr. Bazin *E. panis cereviſiæ ſpuma fermentatus minus ſalubris* ib. 1671. Quæſtio erat publici valetudinis officii, quod a facultate petierat, num vere ejuſmodi cereviſia inſalubris eſſet: idem cereviſiam proſcripſerat, cum medici reſpondiſſent, utique nocere. Perralto autem & Rainssant contrariam ſententiam tuentibus libertas ei potui reddita eſt.

Nic. Brayer & Ant. de S. Yon E. *puro parcoque victu vegetius corpus expeditior animus* ib. 1671.

Guido Patin & J. Cordelle *E. theriaca peſtilente febre jactatis venenum* ib. 1671.

J. Thevart & Guil. Lamy *E. ex aeris & diætæ vitio ſcorbutus* ib. 1671.

J. Robert & Ant. de S. Yon *Non E. inſtante febrium excandeſcentia acceſſione purgandum* ib. 1671.

Philippi Morisset & Petr. S. Yon *E. hydropi venæ ſectio* ib. 1671.

Herm. de Launay & Guil. Lamy *E. arthritide laborantibus opium* ib. 1671.

§. DCCLXXXIII.

P. Sorbait.

Paulus de Sorbait Profeſſor Vindobonenſis & Archiater.

E. N. C. *ann.* II. *obſ.* 14. Angina recidiva a membrana de amygdala per petiolum pendula.

Obſ. 104. impotentia ex capitis vulnere.

Obſ. 105. a veſicatorio ardor urinæ & mictus ſanguinis.

Obſ. 116. in puerpera calculus ingenti mole hepati adhærens.

Ej. *univerſa medicina theoretica & practica* Nurnberg. 1672. fol. Wachend Wien 1701. fol. *. cum titulo *praxis medica aucta & a plurimis mendis repurgata* Tr. I. morbi a capite ad calcem Tr. II. de lue venerea. Tr. III. de febribus. Tr. IV. de puerorum morbis. Tr. V. de chirurgia. Tr. VI. methodus medendi ſ. quæſtiones & theſes medicæ. Tr. VII. de modo conſultandi. Tr. VIII. de modo promovendi doctores. Editio Veneta 1701. fol. error eſt ut puto. Vir Cl. non potuit quidem maligno ſeculi influxui reſiſtere, ſemi paracelſiſta, ſuperſtitioſus, credulus, qui conſilia non raro vaniſſima daret, formulaſque vulgo longiſſimas. Cum tamen in copioſa praxi multa non potuerit non videre, ſparſas hinc inde reperias notabiles adnotationes, ſæpe paucis vocibus expreſſas, rarius paulo uberiora exempla. In vidua aphonia apoplexiæ ſubpar ex veneris defectu. In ſummo capitis dolore ſcutellam capiti impoſuit aqua plenam, in eam plumbum fuſum infudit (quod auxilii genus M. Schuppach in mania adhibere ſolet). Plicæ abſciſſæ dyſenteria immedicabilis ſucceſſit. In epilepſia ſcirrhi in plexu choriodeo. Auri potabilis paucis guttulis epilepſiam conſtante effectu ſuppreſſam fuiſſe. Fabuloſæ obſeſſarum mulierum hiſtoriolæ. Succo hederæ admoto ſanata ozæna. Auſter poſt frigidam æſtatem ſuccedens facit catarrhorum & rheumatiſmorum frequentiam. Ipſe auctor, cum pectoris hydrope laboraret, a D. Managetta ſanatus fuit. Phthiſin in auſtria frequentem eſſe. Pro infallibili in hæmoptoe auxilio abſurdum decoctum. Hydropem certo ſanari vino purgante, in quo rheum & jalappa. Diarrhoea alba inodora, incruenta; ut demum per alvum atra bilis bono eventu decederet. In peſte anni 1679. quam noſter proprio etiam libello deſcripſit, calida ſola profuerant. Hydrargyri internum uſum externo præſtare, potiſſimum præcipitatum etiam rubrum repetita lotione mitigatum. Præſtare ſalivæ fluentum divertere, ſuo experimento. Adnotat Astruccius, noſtrum multa ex antiquioribus ſcriptoribus habere, etiam ex J. v. Almenar. In puero epileptico ventriculus eroſus & perforatus. A meconio id malum frequenter accidere. Poſt gravem cephaleam cerebri ventriculi aqua pleni. Tinea hydrargyro dulci, & picis etiam ſuffumigio ſanata, & ſanguinis ſputum excitatis hæmorrhoidibus. Ulcera pulmonis reconciliata. Icterus periodicus, calculis de alvo decedentibus curatus, podagra

podagra lacte. In peſte ſpiritus cornu cervi ſalubris. Variolas retrocedentes diaphoreticis expedit. Variolæ mali moris petechiis miſtæ. Catarrhus ferinus phthiſin minitans ſanatus, cum materies exſcreata craſſior fieret. Id malum epidemicum, calidis curatum.

Ej. *Conſilium medicum ad peſtem Vindobonenſem ſ. dialogus.* Violentius morbus ſæviit, cum ſepultura cadaverum negligeretur. Primum ſe monuiſſe, peſtem eſſe: peſtem etiam abſque febre non raro decurrere. Sæpe orthoſtadios obambulare, quibus bubones & carbones eruperint. Focos incenſos nocuiſſe. Noſter a. 1655. peſtem viderat & medicatus fuerat. Purgationem alvi & venæ ſectionem nocuiſſe. Noſter theriacam dabat, ſudorem tamen difficulter extorquebat. Eum ſudorem 4. 5. 6. horis debere denuo cieri. Ad carbunculum cepas & fermentum panis imponebat &c.; ad bubonem mollientia, aromatica.

Hæc putes eadem eſſe, quæ proſtant in *conſilio medico de peſte* Wien. 1679.8. *Geſpräch von der Contagion zu Wien* Wien 1679.8. Gotha 1681.12. & redeunt in Valentini *prax. med. infallib.*

Trewius vero pluſculos habet noſtri libellos hujus argumenti.

Geſpräch von der Contagion zu Wien 1679. 12. & Berlin 1681. 12.

Et *conſilium medicum dialogus oder Geſpräch über den betrübten Zuſtand der Stadt Wien bey dieſer gefährlichen Contagion* Wien 1680. 4. 1681. 4.

Et *Peſtordnung aus* J. Guilielmi Managetæ *manuſcriptis genommen und verändert* Wien 1680. 4. 1681. 4.

Et *Wiener Peſtbeſchreibung und Infectionsordnung* ib. 1727. fol.

Ej. *commentaria & controverſiæ in omnes libros aphoriſmorum* Hippocratis ib. 1701.4.*. Spiſſum volumen, ſcholaſtica methodo ſcriptum; Objicio, Reſpondeo, Concedo: Nego. Hippocratem ſuos aphoriſmos ex divina infuſione ſcripſiſſe. Ex podagra retrograda tabes. Quem lumbago diu vexaverat, is reſtitutus fuit, cum hæmorrhoidibus liber fluxus redderetur. Calculi veſiculæ felleæ numeroſiſſimi. In peſte urina frequenter rubra. Ex uſu hellebori nigri mors. In Auſtria eryſipelati infeliciter refrigerantia imponi, non ita in Italia, Gallia. Peſtis anni 1679. Vindobonæ 120 000 homines interemit; feminæ infectæ fere abortierunt. Pœnitet, quod bubonibus ignem non apposuerit.

Ej. *iſagoge inſtitutionum medicarum* Wien 1678. 4.

Ej. *examen obſtetricum oder tr. darinnen abgehandelt wird, was die Hebammen und Wundärzte vor und nach der Geburt thun müſſen.* Pars eſt praxeos medicæ verſa a Francisco Stokhammer Wien. . . . 8. Tr.

§. DCCLXXXIV. Diaria.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* II. hiſtoria aliqua nova Societatis.

Simon Schulze medicus Thorunienſis.

Obſ. 24. vermes in palpebris inque aurium cavea.

Obſ. 25. ſcabies mercurialibus repercuſſa, inde tumor durus, exitum urinæ de veſica impediens.

Obſ. 60. Abdomen late cum utero ſcirrhoſum, nullo viſcere conſpicuo.

Obſ. 62. in epileptico cadavere nulla mali cauſa detecta.

Obſ. 87. Vir nimium obeſus, difficulter ſpirans, pedibus ulceroſis, ſubito mortuus, cætera ſanus.

Obſ. 134. tumor abdominis per lapſum ex alto diſcuſſus.

Obſ. 136. Calculi per inteſtina decedentes.

Ann. III. *obſ.* 1. Calculus ſublingualis exciſus.

Obſ. 6. Zona eryſipelacea ſanata aquis refrigerantibus admotis, datis intus bezoardicis.

Obſ. 88. qui braſſicam capitatam ederant, omnes gravi dyſenteria adfecti.

Obſ. 90. Epilepſia, ut putat, curata tribus glandulis de cubito ſe efferentibus.

Obſ. 147. Hydrops ſublatus inpoſitis ſacculis ex iridis radice in vino cum aromatibus decocta, unde abundantes dejectiones ſecutæ.

Obſ. 153. raucedinem ſæpe ſe ſanaſſe ſirupo de eryſimo compoſito.

Obſ. 156. aliquot exempla fonticulorum ſalubriter excitatorum in apoplexia, cæcitate.

Obſ. 157. Amentiæ a faſtu exempla (Nobis etiam certo conſtat, maniacorum, qui Konigsfeldæ cuſtodiuntur, bene multos hanc ſuperbiæ mercedem tuliſſe).

Obſ. 159. magnæ molis lumbricus vomitu redditus, ſic multa mala ſedata & aphonia.

Obſ. 161. rerum caninorum vermes.

Ann. IV. V. 45. Sibi ſanguinem multis annis per alteram narem menſtruis periodis cum euphoria fluxiſſe.

Obſ. 46. emulſionibus & tabaco ſuperatus maraſmus.

Obſ. 69. exempla hæmorrhoidum menſtruarum, per totam vitam manantium.

Obſ. 74 tertio die ſuperata iſchuria, & quinque lapilli expulſi.

Obſ. 75. menſes per apoſtema in genu natum fluentes.

Obſ. 109. mucilaginoſis ſanatus, qui aquam fortem hauſerat.

Obſ. 114. Regi Poloniæ nephritico, ſingultuoſo, dato croco metallorum, multa per alvum bilis dejecta, eventu lethali.

Obſ. 122. poſt inteſtini recti magnum dolorem gangræna.

Obſ. 123. magnæ laudes menyanthis trifoliati adverſus arthritidem.

Obſ. 124. a radicibus hyoſcyami comeſtis rixæ & furor.

Obſ. 125. poſt atrociſſimos dolores anguloſi calculi per alvum egeſti.

Obſ. 126. lapides duri in urina feminæ depoſiti.

Obſ. 178. balnei Formicarum in paralyſi efficacia.

Ann. VI. VII. *obſ.* 134. poſt hydropem paralyſis alterius lateris.

Obſ. 138. integer de *plica* tractatus. Venæ ſectionem nocere, ſic purgationem. Caput bene lavari decocto ſphondylii, ſedi majoris & lycopodii. Exempla feliciter curatorum. Multa mala, quæ prorumpente plica ceſſaverint.

Ann. VI. VII. *obſ.* 144. ex bubone inguinali vermes vivi prodeuntes cum fæcibus alvi.

Obſ. 147. Empyema poſt pleuritidem ſolutum per ſuppurationem vulneris, quod a vena ſecta cuti inflictum fuerat.

Obſ. 148. Epilepſiæ genus. In paroxyſmo æger ſenſu & loquela deſtituebatur, motuque univerſi corporis agitabatur, cum admiſto tremore: hiſtoria imperfecta.

Obſ. 149. ſingultus diuturnus cum vomitibus opio denique curatus.

Obſ. 151. Invectiva in medicos Judæos.

Obſ. 152. Angina alba, pituitoſa, abſque febre nihilominus exitialis, a CAROLO BATTO olim deſcripta.

Obſ. 156. in calculoſa uteri fundus ſphacelatus.

Obſ. 160. fabuloſa hiſtoria carnis (quam noſter credit vixiſſe), cum calculo expulſæ.

Obſ. 161. tertiana tertio redeuns funeſta (non ait ſoporoſam fuiſſe) meſenterium & pancreas corrupta.

Obſ. 163. pulmonis abſceſſus, demum in colle ulcus apertum, funeſtum tamen.

Obſ. 164. epilepſia mitigata, denique ſanata, per abſceſſum in pectore natum, qui tamen denique necem intulit.

Obſ. 165. paracenteſis fruſtra adminiſtrata in hydrope abdominali. Multa in abdomine corrupta, ſed obſcure deſcripta.

Obſ. 172. Puer diarrhœa primum, deinde maculis purpureis cum pruritu erumpentibus, & ſudore reſolutivo, & narium hæmorrhagia, & faucium putredine, & ichore de aure manante ſqualido, & urina ſanguinea ante mortem laborans, a corrupta, ut videtur, univerſa humorum maſſa.

Obſ. 233. Veſiculæ pone aures ante & poſt menſes effloreſcentes.

Ann. VIII. *obſ.* 12. Arthritis in puero duodecenni.

Obſ. 13. Vidua a prima infantia ad ſenectutem vermibus vexata.

Obſ. 14. vermes faſciculati veſiculis incluſi per urinam & per os exeuntes.

Obſ. 15. ſuis Thorunienſibus familiarem eſſe emtionem variolarum.

Obſ. 21. In puero octenni hæmorrhoides.

J. Paterson Hain.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* II.

Obſ. 28. Morbus Hungariæ endemius (*Zemer Tſömör*) naſcitur ex nimio cibo vel potu.

Obſ. 114. qui ſæpe vitro antimonii uſus fuerat, ei, cum mannæ tantum duas uncias ſumſiſſet hypercatharſis: funeſta accidit, ventriculus maculoſus, in recto inteſtino tres fiſtulæ.

Ann. III. *obſ.* 220. plica in pudendo muliebri.

Obſ. 221. qui ultra triginta annos quotidie clyſtere uſus eſt: & alter, qui eo ſolo auxilio ſe a flatubus tutum præſtitit.

Ann. IV. V. Vermes millepedes cauda fiſſa per lotium redditi.

Ann. VI. VII. *obſ.* 176. Hydrargyrus deglutitus ſexta demum die de alvo deceſſit.

J. Jänisch Uraterlavienſis.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* II. *obſ.* 79. poſt multa mala mola ingenti nixu edita, cum qua prolapſus uteri evanuit, qui quinquennio feminam vexaverat.

Ann. IV. V. *obſ.* 189. in epigaſtrio dextro ſubnatus tumor in abſceſſum abiit, in hepar ducturum, ex eo ad ducentos calculos variæ magnitudinis prodierunt.

Augustin Herrmann.

E. N. C. *Dec.* I. *ann.* II. *obſ.* 171. femina per alvum reddens fila varia, oſſicula, lapillos, ligna, demum inciſa. Veſica ſphaceloſa, dura, exulcerata.

Vincentii Fabricii ut E. N. C. *Dec.* I. *ann* II. *obſ.* 188. Venus cum femina peſtem paſſa felici eventu.

J. Wolfgang Moegling.

Ib. *obſ.* 175. Diabetes per totam vitam continuatus, ſitis magna & potus copioſus, & ſenilis diureſis.

Godofredus Schubart.

Ib. *obſ.* 259. A gravi lapſu vomitus ſanguineus; ab odoribus convulſiones, cibus parciſſimus. Salium uſu excitatus pruritus per artus fuit, ſalutari effectu.

Obſ. 288. poſt febrem continuam pupillæ mira dilatatio.

Ann. III. *obſ.* 67. Abſceſſus articuli cubiti a variolis.

Obſ. 138. enormis ſternutatio trecenties repetita, qua hemiplegia ſanata eſt. Ex violentia ſternutationis excitatus eſt tumor, qui purulentus factus inciſus eſt & curatus.

Appendicis contenta in Redo diximus.

§. DCCLXXV. Elias Rudolph Camerarius.

Rudolphi Jacobi & Eliæ pater, pariter Profeſſor Tubingenſis.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* II. *obſ.* 186. Iſchuria viginti & duorum dierum, ſoluta parvo calculo decedente.

Ej. diſputationes melioris fere ſunt notæ, certe eo ſeculo.

Ej. *de phyſographia* Tubing. 1678. Hef.

Ej. *de acidularum uſu externo* ib. 1679. 4. He.

Ej. *de ictero* ib. 1679. 4. He.

Ej. *de anorexia* ib. 1679. 4. He.

Ej. *cur epilepſia hodie inter nos tam frequens ſit* ib. 1680. 4. Pl.

Ej. *de ſpaſmo inteſtinorum* R. Zellero ib. 1680. 4. *.

Ej. *Phyſotherapia* 1680. 4. Bur.

Ej. *quale ſignum in morbis præbeat urina* ib. 1680. 4. Pl.

Ej. *de palpitatione cordis* 1681. 4. Burkh.

Ej. *de vomitu gravidarum* 1682. 4. M.

Ej. *de mictione pultacea* ib. 1683. 4. *. Ægri hiſtoria.

Ej. *Hiſtoria cardialgiæ ſublatæ* ib. 1683. 4. Burkh. *.

Ej,

Ej. *valetudinarii ſenilis lineæ generales* 1683. 4. M.

Ej. *Hiſtoria anatomica renum & veſicæ* 1683. 4.*. Ren conſumtus in ſaccum pure plenum abiit. Calculorum hiſtoria. Lapilli in parietibus ureteris viſi.

Ej. *diſſ. de phlogoſibus vagis cum ſcorbuto* ib. 1684. *. Scorbutus calidus.

Ej. *de phrenitide* ib. 1684. 4. Burkh.

Ej. *tenſio cordis lipothymiæ cauſa* ib. 1686. 4.*. experimenti pneumatici occaſione expoſita. Inflavit aerem in venam jugularem, repetito animal enecuit. Aliæ injectiones acidorum. Contra uſum calidorum alcalium & volatilium in febribus.

Ej. *vomitus aquæ ex gula* ib. 1686. 4.*.

Ej. *indicatio ſymptomatum* ib. 1686. 4. M.

Ej. *poſitiones medicæ miſcellaneæ* ib. 1687. 4.*.

Ej. *de coryza ſicca* ib. 1688. 4.*. & 1689. 4.

Ej. *de ægritudine animi* ib. 1688. 4. He.

Ej. *de clyſmatibus* ib. 1688. 4. He.

Ej. *de tremore ex ceſſante ſcabie* 1688. 4. He.

Ej. *expoſitio medica caſus de animi ægritudine* ib. 1688. 4. Burkh.

Ej. *de glandulis præter naturam patulis* ib. 1689. 4.*.

Ej. *de caſu, in quo menſes præter naturam emanentes per emmenagoga non ſunt ciendi* ib. 1690. 4. Pl.

Ej. *catalepſis epileptica* ib. 1690. 4. Burkh.

Ej. *Anatome hydropicæ cum ſcholiis* ib. 1691. 4.*. Poſt cordis palpitationem inteſtina & viſcera ſebo obducta. Pulmones grandinibus ſebaceis obſiti, cor pericardio denudatum, in illo polypus.

Ej. *obex curationis morborum tam gravis quam frequens occaſione aphor.* 12 Sec. II. ib. 1691. 4. He.

Ej. aut Eliæ filii *ſubſidia in arte medica ab antlia pneumatica petenda* ib. 1691. 4.*.

Ej. *pleuritis & abſceſſus pectoris cum ſuccedente colica ſpaſmodica & gutta ſerena* ib. 1692. 4.*. Gravis morbus feliciter curatus.

Ej. *de febre maligna tertiana* ib. 1692. 4.*. In morbo epidemico calida ſuadet.

Ej. *de febre intermittente anomala cardialgica* ib. 1692. 4. Calida, ſales volatiles ſuadet. Morbum deſcribit. An differt?

Ej. *de febribus in genere* ib. 1692. 4.

Ej. *de ozæna* ib. 1692. 4. He.

Ej.

Ej. *poſitiones medicæ* ib. 1693. 4. He.

Ej. *de teneſmo* ib. 1693. 4. He.

Ej. *de febre petechiali* ib. 1693. 4. Burkh.

§. DCCLXXXVI. Augustus Quirinus Rivinus.

Profeſſor Lipſienſis, vir excitati ingenii, magna audere promtus, Botanicus, non expers anatomicæ peritiæ, neque chemicæ, longævus idem.

Ej. numeroſæ ſunt Diſputationes.

Ej. & Q. Fl. Septimii Rivini Fratris, Diſputatio *de pœna medicinali* Lipſ. 1672. 4. Menz. Ipſius fuerit Septimii.

Ej. *de agreſtis vitæ ſanitate* 1677. 4. *. Paganos longævos eſſe cum integra valetudine, feminas puerperio feliciter defungi, & mature ad labores redire.

Ej. *de febribus intermittentibus* Lipſ. 1683. 4.*. Vomitus cum cardialgia febris tertianæ periodos ſervans, abſque febre tamen, ut tamen veram in febrem convaluerit.

Ej. *de acido fermento ventriculi* Lipſ. 1672. 4. He. Cauſſæ, quæ apetitum deſtruunt.

Ej. *de dyſpepſia* Lipſ. 1679. 4. *. & in meis *ſelectis*.

Ej. *de peſte Lipſienſi* Lipſ. 1680. 8. *. Germanice *von der Peſt, ihrer Natur, Urſachen, denen Mitteln ſich davor zu bewahren und zu curieren* Lipſ. 1714. 8. Peſtis ipſe teſtis fuit. Plurimum tribuit terrori, a quo multi mortales in peſtem inciderint. Petechiæ facillime ſanatæ; dabat autem alexipharmaca. In principio epidemiæ omnes periiſſe, niſi continuo & primo die ſudore procurato, fatum effugerent. Multos ex ſolo metu, abſque ſuſpicione contagionis, infectos fuiſſe. Contra qui imperterriti, qui demum mortis cupidi ſe contagio obtuliſſent, eos nihil paſſos eſſe. Hiſtoria morbi. Bubo ſubito erumpens periculum auferebat. Vomituritio mala erat & ſopor. Petechiæ ipſis carbunculis deteriores ſunt: Ipſæ autem radicem ipſo in oſſe radicatam habent, ut carbunculi. Alvi fluxus, qui fere ſemper funeſtus. Amuletorum vim eſſe in confirmando contra metum animo. Non aerem contagionem habere, ſed fætorem. Nicotianæ fumus nullam ſecuritatem præſtat. Curatio verſatur in diſſipato terrore; calida, volatilia, oleoſa, ſæpe nocuiſſe; unicornu verum profuiſſe, tum cancrorum lapides, & alios hujus generis pulveres. Verum omnino ſudor urgendus, etiam admotis actu calidis. Vomitum comprimebat aqua cinnamomi cydoniata. Vinum, & abunde potum, non paucis profuiſſe. Contra emetica. Oleum ſcorpionum expellendo agere. Buboni hyoſcyamum imponi non improbat.

Ej. *de ſpiritu hominis vitali* Lipſ. 1681. 4. *.

Ej. *de iſchuria* Lipſ. 1682. 4. *. A lapſu ſuppreſſa urina, neque craſſa, neque ſanguinolenta: æger veſicatoriis, & narcoticis ſanatus.

Ej. *de febribus malignis* ib. 1484. 4. *.

Ej. ſ. auctoris Pertschii *de aſthmate* ib. 1684. 4. *. Adhæſiones pulmonis in plurimis exemplis innoxias eſſe.

Ej. *de thoracis empyemate* ib. 1686. 4. Gunz.

Ej. *de dubio medicamentorum effectu* ib. 1689. *. Cholera vitriolico medicamento, cum tantillo opii, repreſſa, rediit a ceréviſiæ potu, eodemque iterum auxilio ſanata eſt.

Ej. *de hæmoptyſi* ib. 1689. 4. He.

Ej. *de remediis analepticis* ib. 1692. 4. Riv.

Ej. *de medicamentorum proprietatibus* ib. 1692. 4. He.

Ej. *de Aſtrologiæ vanitate & abuſu in medicina* ib. 1694. fol.

Ej. *de auctoribus artis medicæ in Græcia præcipue Chirone* progr. ib. 1694. 4.

Phil. Jac. Rumpel *de ſcorbutica tabe* Utrecht 1693. 4. etiam Rivino tribuitur Pl.

Ej. *de frigoris damno* Lipſ. 1696. 4. Riv. A pedibus podagricis igni expoſitis ſingultus plurium dierum, mors ipſa. Auctor noſter nimium indulgebat calidis & ſudoriferis.

Godofridi Magiri *de morbis complicatis* Ultrajecti 1698. 4. * Huc refert Platner diſſ. quæ omnino etiam in collectione Riv. repetitur Lipſ. 1710. 4. *.

Sam. Teucher *de medicina in alimentis optima* Erford. 1698. 4. pariter Rivino tribuitur Pl.

Ej. *de cholera* Lipſ. 1698. 4.

Ej. *medicus ſuperſtitioſus* ib. 1698. 4. *. In chiromantiam Aſtrologiam, & alia priſcorum ſomnia. Contra certorum menſium periculum. Poſitis calculis ſub ſolſtitia & æquinoctia Lipſiæ non integram tertiam partem obiiſſe eorum, quos is annus abripuerit.

Ej. *de ſitu ægrorum commodo* ib. 1700. 4. *. Lapſus ab alto graviſſimus, levatus ſanguine de aure manante, apto ſitu adjuto, perque fomenta: felix eventus. Fæces retineri, ſi in dextrum latus decumbas.

Ej. *cenſura medicamentorum officinalium* Lipſ. 1701. 4. *. Multa vult exterminata, ſordida, inter ea mumiam, adipem humanum, bufones, pulmones vulpinos, hirci ſanguinem. Deinde ignava, quo etiam innocentia aliqua refert, nucleos

nucleos perſicorum, celebres nuper glandes. Acria & antiſcorbutica & ranunculos ſiccatos nullius eſſe momenti. Porro nimis corruptibilia, olea, ſuccos. Dubia de quibus ignoratur, num veram plantam accipiamus, Been album, rubrum, gemmas, coſtum. Suppoſititia, ubi fraudes pharmacopolarum revelat & *qui pro quo*. Porro adulterata, ſuperſtitioſa, vana, inutilia, & aquas ſtillatitias plantarum inodorarum, repetita adiaphora, quorum unicum ſufficeret. Inertia, inter ea antihecticum poterii, quod modo alvum modo vomitum cieat, lotionem lazuli, extracta plantarum odoratarum, aurum potabile. Iterum in abſurdas mixtiones pugnantium & inutilium.

EJ. *medicus inculpatus* ib. 1699. 4. *. Medicum neque Botanices, neque Pharmaciæ, neque Chirurgiæ debere ignarum eſſe. Aliæ virtutes, quæ a medico poſcuntur.

EJ. *de ſanguinis pravitate* (nomine J. BORNHORST) Utrecht 1702. 4.*. & in *collectione*.

EJ. *de hæmorrhoidibus apertis* Lipſ. 1709. 4.

Hæ diſputationes medicæ, in unum faſciculum collectæ prodierunt Lipſ. 1710. 4. *. verum numeroſiſſimæ hic etiam redeunt diſputationes, quarum legitimos annos ignoro.

EJ. *de viribus imaginationis medicis*. Multum ei tribuit. A terrore variolæ conceptæ, & a convulſione viſa convulſiones. Febris intermittens ridiculo amuleto curata.

EJ. *de apoplexia*.

EJ. *de remediis antepilepticis terreis, aliis foſſilibus*.

EJ. *de angina*.

EJ. *de raucedine*.

EJ. *de hæmoptyſi*.

EJ. *de phthiſi*.

EJ. *de cordis palpitatione*. Ejus mira violentia.

EJ. *de fame canina & bulima*.

EJ. *de volvulo*. Recte improbat frequentem uſum pilularum purgantium. Globulos plumbeos ſæpe deglutiendos dabat. Inde dolor continuo ſuppreſſus, conatus vomendi ſedati. Hi globuli ſolebant tertio, aut quarto die de alvo egredi.

EJ. *de lienteria*.

EJ. *de tabe ſcorbutica*.

EJ. *de paralyſi ſcorbutica*.

Ej. *de hydrope.*

Ej. *de diabete.*

Ej. *de abortu.*

Ej. *de morbis hæreditariis.*

Ej. *de morbis endemiis.* In Sudetum montibus frequentia mala, nunc minus moleſta videri, quod quibuſdam fontibus incolæ uti deſiverint.

Ej. *de morbis animatis ſ. ab animalibus ortis.* Vidua, quæ a dæmone vexari putabatur, repetita alvi purgatione a Rivino ſanata eſt.

Ej. *de morbo auxiliari.* De utilitate morborum, ſudoris, exanthematum, fluoris albi. A febre ardente epilepſia habitualis ſublata.

Ej. *de morbo retrogrado.* A gutta roſacea per repellentia repreſſa aſthma, ſublatum puſtulis erumpentibus.

Ej. *de recidiva.*

Ej. *de febribus ardentibus.*

Ej. *de auditus vitio* Lipſ. 1717. 4. *. in anatomicis dicta diſp.

Ej. *de coagulatione humorum ejuſque effectu* Lipſ. 1717. 4. *.

Ej. *de appetitu erroneo ſ. pica* Lipſ. 1719. 4.

Ej. *progr.* a: 1719. 4. quo decani facultatis medicæ Lipſienſis recenſentur, cum aliis muneribus, quibus ex ordine defuncti ſunt.

Ej. *de morbis a veſtitu* Lipſ. 1721. 4.

Ej *de ſanguine ſtagnante* Lipſ. 1721. 4. Pl.

Ej. *de pruritu exanthematum ab acaris* Lipſ. 1722. 4.*. cum crinonum iconibus.

Ej. *notitia morborum compendioſa, & manuductio ad chemiam pharmaceuticam* Lipſ. 12.*. abſque anno breviſſimum compendium.

Gottlob Friderici Ienichen *progr. in funere* Rivini Lipſ. 1724. fol.

§. DCCLXXXVII.

Georgius Francus.

Naumburgenſis, Profeſſor Heidelbergenſis, Wittenbergenſis, demum Hafnienſis, collector, multas potiſſimum diſputationes edidit. Gradum Doctoris meruit a. 1666. 4.

Ej. *de hæmorrhoidibus* Heidelberg. 1672. 4. in *Satyris* recuſa.

Ej. *de muſica* ib. 1672. 4. & cum *Satyris*.

Ej. *inſtitutionum medicarum ſynopſis ac methodus diſcendi medicinam quam primis prælectionibus delineavit*, Item *delineatio communis doſium medicamentorum* Heidelb. 1672. 4.

Ej. *lexicon vegetabilium uſualium in uſum medicinæ, pharmacopœæ, & chirurgiæ ſtudioſorum* Argent. 1672. 12. *. Lipſ 1716. 8. *. vertente hic Christophoro Helwig juniori, qui multa ad vires medicas addidit.

Ej. *de reſtitutione in integrum* Heidelberg. 1672. 4. recuſ. in *Satyris*.

Ej. *de ſterilitate muliebri* ib. 1673. 4.

Ej. *de abortu* ib. 1674. 4.

Ej. *de febre militum diætetica die graſſirende hizige Krankheit* ib. 1674. 4. He.

Ej. *de lupanaribus ex principiis medicis improbatis* ib. 1674. Jen. 1695. 12. & in *Satyris*.

Ej. *de ſtudiorum noxa* diſſ. Heidelb. 1675. 4. Jen. 1697. 12. & in *Satyris*.

Ej. *de ſuffocatione hypochondriaca ſ. hyſterica* Heidelb. 1673. 12. Pl.

Ej. *de gallica planchette*, *& ejus noxa medica* ib. 1676. 4. & in *Satyris*

Ej. *de alapis ſ. colaphis* ib. 1676. 4. & in *Satyris*.

Ej. *tr. philologico medicus de cornutis* ib. 1678. 4. jocoſum opuſculum.

Ej. *medicus monſtroſus* ib. 1678. 4. *. Quæ artes ad verum medicum requirantur: etiam Anatome. Noſodochia Italica laudat.

Ej. *de verrucis* ib. 1678. 4.

Ej. *de hyalophagis* ib. 1678. 4. He.

Ej. *phthiriaſi morbo pediculari, quo nonulli imperatores, reges, aliique illuſtres viri ac feminæ miſere interierunt* ib. 1678. 4. Pl.

Ej. *de aſellis ſ. millepedibus* ib. 1679. 4.

Ej. *hectices natura & curatio* ib. 1679. 4. Pl.

Ej. *de mola* ib. 1680. 4. Menz.

Ej. *diſputationes privato publicæ ſeptem* ib. 1679. 1680.

Ej. *demens idea ſ. de mania* 1680. 4.

Ej. *agoniſmata phyſico medica undecim* Heidelberg 1681. 4.

De *præjudicatis opinionibus*.

Et n. 4. *maxillæ inferioris immobilitas cum rigore ſæpe lethalis.*

N. 5. *de venæ ſectione.*

Ej. *caſus viri colica laborantis* Heidelberg 1681. 4.

Ej. *de carbunculo* ib. 1682.

Ej. *de riſu ſardonio* ib. 1683. 4. *.

Ej. *de atrophia* ib. 1683. 4. *.

Ej. *de morbis gravidarum* ib. 1684. 4.

Ej. *de Nakir arabum*, ib. 1684. 4. *. Tumor flatulentus ambulans, idem cum morbo die lopende varen.

Ej. *lapicidinæ microcoſmi prælud ium* Heidelberg 1685. 4.

Ej. *lapicidina microcoſmi in capite* 1688. 4. *.

Ej. *lapicidina microcoſmi in thorace* ib. 1688. 4. *.

Ej. *de empyemate ex pleuritide* ib. 1685. 4. *.

Ej. *de coryza* ib, 1685. 4. *.

Ej. *caſus dyſuriæ ad ſtranguriam vergentis reſolutus* ib. 1686. 4. *.

Ej. *de calumniis in medicos & medicinam* ib. 1686.

Ej. *medicus deſinit ubi phyſicus incipit* ib. 1686.

Ej. *de ortu & progreſſu univerſitatis in Germania antiquiſſimæ Heidelbergenſis* ib. 1687. 4. Conring.

Ej. *de hydrope aſcite* ib. 1690. 4. *.

Ej. *ſiphilidis natura & cura* ib. 1690. 4.

Ej. *de medicis philologis epiſtola* Wittemb. 1691.

Ej. *de theriaca cæleſti* ib. 1691. 4.

Ej. *de variolis* ib. 1692. 4. Pl.

Ej. *de hydrope* ib. 1693. 4.

Ej. *de morbo Ennii poetæ, ſive podagra ex vino* ib. 1694. 4. Pl.

Ej. *de ψαμμισμω* ib. 1695. 4.

Ej. *ſatyræ medicæ viginti & diſſ. ſex edente filio* Georgio Friderico Lipſ. 1722. 8. *.

Sec. 2. 1673. 4. *de venæ ſectione.* Praxis ſine theoria.

3. *de variis purgandi rationibus & purgandi modis* 1674.

6. *de menſtruo ſanguine in mulieribus citius & tardius imo nunquam præſente* 1674.

8. *varia de methodo medendi, de anguillarum uſu medico* 1675.

9. *de vaticiniis ægrorum* 1675. 4.

10. *de linguis peregrinis ab ægris & rudibus prolatis* 1675.

14. *de terra lemnia* 1676.

17. *de rachitide Anglorum* 1676.

18. *quamdiu dormiendum* 1681.

Ej. in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IV. V. *obſ.* 101. In urſo ſteatoma pylorum comprimens, hinc ventriculus maxime diſtentus.

Dec. II. *ann.* I. *obſ.* 25. ab ovis barbi piſcis anxietas, vomitus, dejectiones copioſæ, lipothymiæ, non ſine periculo.

Obſ. 27. In arthritide uſtio fomite in temporibus facta, felici eventu.

Ann. III. *obſ.* 11. menſes ſuppreſſi, inde ſanguis per alvum, digitos; malum ortum a nimia excaleſcentia.

Obſ. 12. In virgine varices ſponte rupti, ſanguinis libra amiſſa, felici tamen eventu.

Obſ. 110. in hydrope coma vigil funeſtum.

Obſ. 111. alius hydrops cum quartana febre, ſanatus terebinthinæ ſpiritu.

Obſ. 201. ex febre maligna amblyopia hactenus curata.

Ann. V. *obſ.* 231. Tænia cum aſcaridibus in unius anni infante.

Obſ. 222. ex terrore ſuppreſſa lochia, inde funeſta phrenitis.

Obſ. 224. teterrima oculi convulſio, catarrhus ſuffocativus, mors ipſa, a ſcabie repreſſa.

Obſ. 225. cum legitima purgatio 30 menſibus defeciſſet, tandem cachexia, apoplexia, mors.

Obſ. 226. ſtruma felici audacia exciſa.

Ann. VI. *obſ.* 80. Cum embryone quinquaginta dierum per abortum rejectæ duæ molæ, adipe factæ membranoſo. Cum gravi partu egeſta mola ſeptem librarum ſteatomati ſimilis.

Obſ.

Obſ. 193. Poſt nares obſtructas, & dolores inſignes, ſanguis de naribus, & pus, & oſſicula, inde lethargus. Cranium foramine patens, per quod ſanies ex cerebro in nares deceſſit, ſimilis circa cerebellum ſanies erat.

Obſ. 194. Cum hydrope pectoris tres in hepate abſceſſus curati.

Ann. IX. *obſ.* 200. Puerpera frigida pota incidit in delirium cum febre funeſta & convulſione.

Dec. III. *ann.* IV. *obſ.* 1. Varii morbi ex variolis nati, abſceſſus, ſcirrhi, tabes, raucitas, uvulæ eroſio.

Obſ. 2. vermiculi & cum lotio & cum alvi fæcibus egreſſi.

Obſ. 3. Olfactus abolitus. A gratis odoribus cephalalgia.

Obſ. 5. Hæmorrhoides manantes in octenni puero.

Obſ. 6. Draſticum medicamentum ad menſes ſuppreſſos datum, funeſto eventu: alia exempla: inde natus hydrops.

Ann. V. VI. *obſ.* 172. poſt paralyſin & alia mala ex ulcere digiti hydrargyrus crudus manavit.

Obſ. 173. in ſene munditiei ſtudioſo phthiriaſis ante mortem.

Obſ. 175. anorexia, dyſpepſia, vomitus, tumor epigaſtrii, tabes, ventriculus inflammatus, inter utrumque oſtium tumor glanduloſus, & ſcirrhoſus.

Epiſtolæ ad SCHELHAMMERUM in *collectione* prodierunt.

Edidit a. 1688. ETTMULLERI opera, & ZACCHIÆ *quæſtiones medicas* cum obſervationibus.

MULLENII progr. in funere G. FRANCI exſtat in *Pippingi appendice ad memor. Theol.* B. BUR.

Catalogus variorum tractatuum programmatum & diſputationum ſub G. FRANCI præſidio defenſarum Dreſden 1692. 8.

§. DCCLXXXVIII. VARII.

FRIDERICUS LOSS Heidelbergenſis, Dorceſtriæ in Anglia medicinam fecit. Ej. *obſervationum medicinalium* L. IV. Londin. 1672. 8. *. MAYERNII amicus, non ineruditus, non quidem TULPIO æqualis, ejus tamen ſtudium imitatus eſt. Sincerus, minime mortes eorum diſſimulavit, quorum curam geſſerat, & quorum corpora incidit. Multas utiles adnotationes ei debemus. Cancer faciei hydrargyro & ſalivatione excitata ſanatus: opium in febre quartana ante paroxyſmum datum: funeſto eventu, a colica artus contracti, reſtituti balneo aquæ dulcis: hydrops rhamno ſuperatus. Scrophulas curatas tactu ſeptimi filii minus probat.

probat. Camphora veneream potentiam exſtinxiſſe videtur. A terebinthina hydatides, & alias vermiculi per lotium expulſi. Calculus claudens meatus a proſtata in urethram productos, inde ſterilitas. Cum ſanguine rejecta maſſa membranea fœtido & atro ſanguine plena. In tabido pulmo obductus gypſeis tuberculis, ſanguis ex ore, naribus, utero, lotio, cum nimium diſſolutus eſſet: malum ſuperatum refrigerantibus & adſtringentibus. Vertigo per narium hæmorrhagiam ſublata. Vermiculi & crines cum lotio. Qui arſenicum ſumſerat, oleo, lacte, lenientibus morti ereptus, miſeram tamen vitam duxit. Tumor uteri, ſcirrhus, hydrargyro, gummi ammoniaco bryonia diſſolutus. Inteſtinum duodenum poſt multos dolores a verme perforatum. Duo calculi a femina redditi, ſed ut lotium porro non poſſet continere. Globulus plumbeus, quo homo percuſſus fuerat, multo poſt tempore vomitu rejectus.

Ej. *conſiliorum ſ. de morborum curationibus liber poſthumus* Londin. 1684. 8. *. Diverſum opus a priori morbos continet, qui frequentius occurrunt. Plerumque ſuam opinionem dicit, nihil ultra, abſque eventu. Inteſtinum a verme terete eroſum. Ad ſaburram ventriculi, vitriolum album commendatur & mechoacanna. Tertianam febrem abſque cortice peruviano curat. Vermiculi criniti atrovireſcentes per lotium editi.

Animadverſiones in Lossii *medicinales obſervationes* prodierunt Londen 1674. 8. Osb.

§. DCCLXXXIX. J. Conr. Brunner.

Dieſſenhofenſis, celebris inciſor, Archiater Palatinus, & dictus de Brunn L. B. de Hammerstein, in ſuis *phyſiologicis de glandulis duodeni* cogitatis Frf. 1715. 4. * paſſim aliqua practica admiſcet. De iis, quæ coctionem ciborum morantur, ut animi triſtes affectus, acres meditationes. Amarorum adverſus podagram poteſtas, corticis peruviani in hæmoptoe. Morbi glandularum duodeni obſtructarum, inde dyſpepſia, quam oleo & tepida data tollit. Struma pylori; Ab œſophagi ulcere perpetuus vomitus, ſanatus lactis aſinini potu. In funeſta diarrhœa glandulæ duodeni in cancroſam naturam degeneraverunt. Ad obſtructiones & humorum acrimoniam laudat lenia diluentia & aquoſa.

Porro Ej. *de methodo tuto & facile luis venereæ curandæ experimentis & obſervationibus confirmata Scaphus.* 1739. 4. *. prodiit edente J. Jacobo filio. In principio ſalivationem repudiat, novam curandi rationem dudum non ignotam laudat, non tamen ſatis hactenus definitam, quam ipſe feliciter exercuit Mercurium dulcem dabat ad grana in diem tria, cum decocta lignorum, in qua hydrargyrus infuſus: felici in eo inque aliis exemplis. Hanc novam curandi rationem candide aperit, cum doſibus & cautionibus formuliſque. Infantes minori doſi perinde curat. Vis aquæ in qua decoctus hydrargyrus. Hiſtoriæ ſanatorum numeroſæ, & morborum utique abſque ſalivatione ſuperatorum, cum ephemeridibus.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* VI. *obſ.* 195. Cum puerpera dyſenteria laboraret & catulos mammis admoveret, ſuxerunt & perierunt diarrhœa correpti: quartus demum catulus, cum femina convaleſceret, nihil paſſus eſt. Infans a dyſenteria matris, quam ſuxerat, convulſione excitata enectus eſt.

Dec. II. *ann.* VIII. *obſ.* 100. Diarium feminæ hydropicæ, cum per paracenteſin, aqua de abdomine per intervalla & parvis doſibus educeretur, mors denique vitari non potuit. Viſcera abdominis dura, non tamen ſcirrhoſa. Suctrix feminas lue venerea inquinavit.

Id. E. N. C. III. *ann.* I. *obſ.* 152. Hydrocephali aliquot exempla: oſſa cranii longiſſime diſtantia; famelicus infans, vagiebat, lac amabat: pericranium cum dura membrana coaluerat. Cerebrum tenuiſſimum, aqua turgens, non coagulabili. Aqua in vertebrarum caveam continuata, inde ſpina bifida, cum paralyſi crurum: tumor ligatus, reſectus, in eo aqua, inde eventus funeſtus. Caput tumidum aperto tumore concidit.

Obſ. 153. in apoplectico pia mater aqua turgens, cerebrum firmum, ventriculi aqua pleni, ſic infundibulum, & in cavea vertebrarum aqua.

Obſ. 154. in apoplectico dexter ventriculus cerebri ſanguine ſeroſo plenus, & in thalamo optico intus grumus, denique ſanguis in quarto ventriculo.

Ann. II. *obſ.* 223. equus ob velocem curſum moribundus, venæ ſectione levatus.

Obſ. 224. Convulſiones, digiti ſphacelati. Ab eſu ſecalis corniculati.

Ej. in C. III. IV. *obſ.* 73. In anxietate ſpiritus deficiens vena inciſa rediit. Sic venæ ſectione ſingulo menſe repetita tetanus cordis ſublatus. In paroxyſmo, ut puto, hyſterico, vena aperta continuo calorem reddidit.

Obſ. 93. Cani lithargyrus in os intruſus: tormina inde, titubatio, mors ipſa. Omnia viſcera abdominis rubra.

Ann. V. VI. *obſ.* 294. In puero poſt multa mala lumbricorum magnus numerus per os & anum redditus: deinde cochleæ vivæ, ſcarabæi, forficulæ, erucæ, papiliones, millepedes, viva omnia. Ita ille non parum emunctæ naris homo.

Ann. VII. VIII. *obſ.* 206. febris miliaris maligna, alba, manente diuturna omnium oblivione. Aliud exemplum, ubi alba purpura rubræ ſupervenit eventu funeſto.

Obſ. 207. Acerrimus dolor iſchiadicus a concepto frigore periodice redeuns.

Cent. I. II. *obſ.* 69. Amauroſis. Circa nervos opticos cerebrum in tabum converſum.

Cent. X. *obſ.* I. Poſt febrem puſtulæ cutaneæ, inde urina turbida, mucoſa, tum

tum ſanguis de auribus, inde dolor pedis, porro manus, demum coryza, iterumque pedis dolor. Longa ſeries metaſtaſium.

Obſ. 3. in apoplectico grumi ſanguinis in dextro cerebri hemiſphærio.

Ej. diſp. *de panaceis* Heidelb. 1686. 4.

Ej. *de affectione hypochondriaca* ib. 1688. 4. He.

Ej. *de pleuripneumonia epidemica Philipsburgi graſſante* ib. 1689. 4. Sch.

In l. *de pancreate* Amſterd. 1683. 8.*. experimenta aliqua habet, vivis in animalibus capta, in quibus venenorum effectus adnotavit. Cocculos etiam ad drachmas duas datos canem vix læſiſſe, vomicæ drachmam unam vero enecaſſe.

In Electore Palatino inciſo pleura a muſculis intercoſtalibus avulſa, in corde polypus, in veſicula fellea calculus 90 granorum. Ap. Klaunig.

DCCXC. L. Ant. Portius.

Lucas Antonius Portius Neapolitanus, aliquamdiu Profeſſor Romanus, deinde caſtrenſis in Germania medicus, iterum in patria Profeſſor, matheſeos & phyſices ſtudioſus.

Ej. Erasistratus *ſ. de ſanguinis miſſione* Rom. 1672. Venet. 1683. 12 Bun. Dialogi forma oſtendere conatur, rariſſime venæ ſectioni locum eſſe: Galenum frequenter ſanguinem miſiſſe, quod Romani cruentis ſpectaculis adſueti eſſent. Sanguinem vitioſum ab ea miſſione non corrigi, & quod de ſanguine in vaſis reliquum ſit, nihilo melius eſſe novo. Plethoram aut nullam dari aut raro; vires vero animalis in ſanguine eſſe, & in vaſorum plenitudine, hinc per ſanguinis miſſionem minui. Sed neque adverſus rarefactionem ſanguinis miſſionem valere. In II. diſſ. inflammationem vetare miſſionem ſanguinis. Eo in malo ſanguinem emendatione egere, & eum quidem ſanguinem, qui in parte ſit adfecta. In pleuritide miſſionem S. non requiri, cujus peſſimum ſymptoma ſit virium dejectio. Venæ ſectionem neque a parte inflammata revellere, neque effuſum ſanguinem in vaſa revocare. Sed neque menſes hoc auxilio cieri. IV. Quos Galenus velit a neglecta venæ ſectione interiiſſe, eos ab aliis cauſis interemtos fuiſſe. Tabidos mori, utcunque venam ſecueris. In angina ne Hippocratem quidem ſanguinem miſiſſe. Criſes ea miſſione impediri, & peripneumonicis noceri. Nullum eſſe morbum, qui certo vena ſecta curetur vel levetur. Ipſos Galenicos huic ſuo præſidio parum confidere. Sed neque productas a Willisio hiſtorias utilitatem miſſionis ſanguinis demonſtrare. Ipſum Willisium, cum in peripneumonia ſanguinem ſibi ſæpius miſiſſet, tamen periiſſe.

Contra hunc librum ſcripſit Petrus Aguenza *de ſanguinis miſſione L. IV. contra* Erasistrati Portiani *dialogos* Madrit 8. Reſpondit pro Portio J. Alizzanus in *defenſione trutinæ medicæ* Musitani.

Ej. *Apologia* Galeni. Galenum conſtanter monuiſſe, ne in cacochymia

ſanguinis

ſanguis mittatur, neque in pueris, neque niſi in plethora, inque raris nonnullis caſibus, ut in lapſu ab alto.

Ej. *Paraphraſis in* HIPPOCRATIS *l. de veteri medicina* Rom. 1681. 12. FALC. alii 1683. R. 1691.

Ej. *diſſertationes variæ* Venet. 1683.

I. *de medicinæ difficultate artibuſque quibus bonus medicus indiget.* Suffumigium cinnabarinum laudat, quod omnes novi medici feliciter adminiſtrent.

II. *de aere animalia enecante, qui rarefactionem in eorum humoribus excitare ineptus eſt.* De crypta canina & de mephitidibus.

Ej. *de militis in caſtris tuenda valetudine* Wien 1685. Neapoli 1728. 8. Haag. 1739. 8. *. Anglice Lond. 1747. 8. Gallice vertente EIDOUS Pariſ. 1744. 12. In præfatione laudat ſtrictam incluſionem ægrotorum peſtilentiæ tempore, qua ipſe FERDINANDUS M. D. hoc malum ſuppreſſerit. Veſtales etiam virgines ſe diligenti clauſura a peſtilentia immunes præſtitiſſe. Germanos, rectius quam Italos, noſſe ſe contra frigora tueri. Dyſenterias aliquas, non omnes, contagium habere, ne caſtrenſes quidem, in obſidione Budenſi natas. In ipſo, digno opere docet, militem in urbe melius valere, quam in caſtris. Cauſam morborum caſtrenſium, & potiſſimum Hungaricorum, eſſe in aëre paludoſo inconſtante, inque malis aquis. Ut ſibi hactenus miles cavere poſſit, calidos cibos potumque aquæ frigidæ ſuadet; laudat munditiem corporis; cibum corrigit; aquas emendat coctu, colando per arenas, ſelectu aquæ danubialis per propriam machinam inſtituto. Coquere vetat, injiciendo ferri limaturam corrigit, & pini fructibus. Porro ut ab inſolatione caveatur. De noxis aëris humidi, frigidi, nebuloſi, unde febres, dyſenteriæ, caveri excluſo nocturno aëre. Putredo arcenda mundatione, defoſſis cadaveribus. Sigillatim, ut morbus quiſque avertatur; dyſenteria, contra quam aromatica & mentham laudat, febris intermittens, quæ piperis uſu & zingiberis tollatur.

Ej. *opuſcula & fragmenta varia* Napoli 1701. Quæ ranam ſe in ventre gerere credebat, & ſubinde ſe audire coaxantem, ei in cadavere inciſo ſcirrhus pyloro circumnaſcebatur.

Ej. *de tumoribus præter naturam.*

Ej. *medicæ conſiderationes variæ.* Femina epilepſiæ obnoxia viſa ſibi ſpeculum ante oculos habere, ut ſe ipſam videret. Dolores imaginarii in artubus detruncatis. Mulier, quæ ſe gravidam putabat; lien erat immenſæ molis. Præfatio de febre hectica dignoſcenda, cum qua putrida febris conjungatur. Significatio vocis *putredo*. *Peſtis* apud GALENUM. Varia in GALENUM inconſtantem, aut ſuarum rerum parum certum. Febris eſt vitioſus cordis motus. Febres, quæ circuitus obſervant, ſedem habent in parte ſolida.

ſolida. Febres periodicæ. A labore febris, ab animi adfectu, a ſolis ardore. Calor naturalis GALENI non eſt calor, qualem vulgo eo nomine deſignamus. Vitia coctionis ciborum, Abſceſſus internus. Ut ab ægroto eodem poſſit & calor percipi & frigus.

In *lettere e diſcorſi academici* aliqua huc faciunt. Ut poſſit homo mala avertere, quæ ab animi adfectionibus oriuntur. De reſpiratione artificioſa. Epiſtola *de neceſſitate aerem ſemper novum reſpirandi* Napoli 1698. in *collectione ſecunda epiſtolarum* BULIFONI *racolta IV.*

Lexicon poſthumum nepos J. MOSCA noluit edere.

Opera omnia conjuncta Neapoli 1736. 4. 2 vol. *.

Vitam viri ſcripſit nepos JOSEPHUS MOSCA Napoli 1765. 8. *. Multos codices MS. citat ineditos; Inter eos *dell idea d'un buon medico*, recuſus cum vita PORTII. Facilis Neapoli ad Cathedras concurrendi ratio.

§. DCCXCI. VARII ad a. 1672.

THOMAS BURNET medici Edinburgenſis, *Hippocrates contractus in quo* HIPPOCRATIS *opera omnia in brevem epitomen reducta debentur* Edinburg 1685. 8*. Venet. 1751. 8. 1733. 4. Viennæ 1737. 8. Straſburg 1765. 8. Commodum compendium, adjectis ſubinde DURETI & FOESII notis, & aliis affinibus HIPPOCRATIS locis ad ſua capita reductis. Nullum ſpuriorum operum a genuinis diſcrimen fecit.

EJ. *theſaurus medicinæ & practicæ ex præſtantiſſimorum medicorum obſervationibus collectus* Londen 1672. 4. 1673. 4. L. 1685. 12. 1743. 8. Porro Genev. 1697. 12. 1698. 4. Venet. 1687. 12. 1694. 12. Gallice Genev. 1676. 12. cum adjectis DAN. PUERARII *obſervationibus* FALC. Lion 1694. & 1687. 12. 1733. 8. Morbi 410. cum cauſis, ſignis, cum curatione, medicamentis. Nautam poſt multa mala demum polypos ramoſos de pulmone exſcreaſſe. Neronianam in utroque brachio venæ ſectionem periculo plenam eſſe. Denuo homines ruminantes.

CHRISTIANUS MARGGRAV, Profeſſor Leidenſis.

EJ. *prodromus medicinæ practicæ dogmaticæ & rationalis ſuperſtructa circulari ſanguinis motui ac hypotheſi Helmontianæ & Sylviani facile medendi pleriſque affectibus ex acido & alcali methodo* Leiden 1672. 4. L. paulo alium titulum habet.

EJ. *materia medica contracta continens ſimplicia & compoſita medicamenta officinalia* ib. 1674. 4 L. 1716. 4. *. & Amſterd. 1682. 4. L. Claſſes ſecundum ſcopum medici & formam medicamenti ſimplicis 1. 2. Encheireſes pharmaceuticæ. S. IV. formæ medicamentorum, diæta. S IV. medicamenta compoſita interna & externa. In univerſum formularum, & ſatis compoſitarum, magnus numerus. Medicamentorum

mentorum qualitates in quinque claſſes diviſæ, ut adſtringendi, vi ſimplici purgandi: deinde effectus compoſitorum ad viſcerum peculiaria mala; alexipharmacæ vires ſimplicium, cum indice virium medicatarum, etiam cum hiſtoriis. Ita ante AETIUM negat nucem moſchatam cognitam fuiſſe. Compoſitionum & formularum leges & doſes, & officinalium compoſitionum. Anno 1664. ſe in ſæva peſti Leidenſi unice aceto theriaci ſuam valetudinem integram conſervaſſe. Chemica aliqua. In eadem peſte, quando vomendi conatus urgebat, vino feliciter uſus eſt. Laudanum opiatum maximi facit: robuſto homini ejus grana tria dat.

EJ. *opera medica duobus libris conprehenſa. I. morborum naturas & cauſas inquirit. II. medicamentorum ſimplicium præſtantiorum vires, nec non compoſitorum compoſitionem, uſum, & doſin detegens* Amſterd. 1682. 1715. BUR.

EJ. *prodromus medicinæ practicæ & vere rationalis* Leid. 1674 1685. 4. Auctior TR.

EJ. *ignorantia* MORTII *detecta* Leid. 1687. 8. chemici argumenti.

BENJAM. BROECKHUYSEN *Oeconomia corporis animalis, ſ. cogitationes ſuccinctæ de mente corpore & utriuſque conjunctione* Noviomag. 1672. 8. *. Amſterd. 1683. 4. CARTESIO totus adictus, materiæ ſubtili poros formanti, ſucci pancreatici cum bile fervori. Ad practicam artis partem pertinent ſex res non naturales. Morbi ventriculi. Menſes vomitu rejecti, propria ex adnotatione. Morbi inteſtinorum. Febres eſſe a materie heterogenea ſanguini admiſta, a poris ab iis alienis, qui ſunt in ſanguine. Poetica allegoria morborum ſpirituum. (Hanc memini mihi puero quatuordecim annorum, CARTESIANUM præceptorem nacto, ita diſplicuiſſe, ut nunquam cum CARTESIO poſſem reconciliari, indignante magiſtro, qui demonſtrationes elementorum & figurarum CARTESII petenti putabat ſufficere, quod phænomena apte per eas hypotheſes explicarentur).

EJ. *rationes philoſophico medicæ theoretico practicæ* Leid. 1687. 4. Haag. 1688. 4.

JOACHIMI JUNGII, viri acutiſſimi ingenii, *poſthuma hiſtoria vermium e MS. ſchedis auctoris a* J. VAGETIO *eruta* Hamburg. 1691. 4.

J. DAVID PORTZII *vini rhenani, inprimis baccaracenſis, anatomia chymica* Heidelb. 1672. 12. L.

EJ. *bacchus enucleatus, h. e. examen vini rhenani ejuſque tartari ſpiritus, aceti &c.* Leuward. 1673. 12. *. Muſti vinique præparatio botanica œconomica & chemica. Aqua vitæ MATTHIOLI in ulcerum malignorum curatione feliciter adhibita. De tartari præparatis; aceti analyſis.

EJ. *demonſtratio medico chirurgica de tumoribus & ſpeciatim de pædarthrocace* Leuward. 1679. 12. L. Anglice Lond. 1706. 8. Latine Neapoli etiam 1727. 4. cum MUYSIO. Theoria acida.

GUILIELM. CLEMENTIS *prognoſis ſive methodus generalis* Avenion 1672. 12. TR. Exſtitit antiquior GUILIELMUS CLEMENS.

TIBERII

TIBERII FARINÆ *ortus & occaſus morborum epidemicorum* Rom. 1672. 12. TR.

EJ. *della podagra* Rom. 1672. 12.

DIDACUS MATARATIUS *de febribus peticularibus malignis contagioſis quæ a. 1672. per univerſum Trinacriæ regnum debacchatæ fuere medica relatio problematicis controverſiis locupletata* Mazaria 1672. 4. quæ editio nunquam ad finem perducta fuit, MONGITORE.

GUILIELMI MAGISTRATII *iſagoge therapeutica de peſtis ſævitia ejuſque curatione* Venet. 1672. 8. L. Francf. 1672. 8.

CAROLI CLARAMONTII *de aere locis & aquis Angliæ deque morbis Angliæ vernaculis diſſ. nec non obſervationes medicæ Cambrobritannicæ* Lond. 1672. 12.

J. MICH. SCHWIMMER *de academicis omnium facultatum profeſſoribus & ſtudioſis* Jen. 1672. 4.

EJ. *curioſitates ex phyſica ſecretiori diſſertationibus* XIV *enucleatæ* Jen. 1672. 4.

EJ *phyſicaliſche Ergötzlichkeiten* Erford. 1701. 8. Frf. Leipz. 1716. 8. *. Superſtitioſus & credulus homo, agit de plica polonica: lycanthropis: nævis & fetubus retentis & petrefactis.

EJ. *phyſicaliſche Himmelsbetrachtung* Frf. Leipz. 1716. 8. *. de influxu ſiderum in morbos & eorum mutationes, & mortes.

Regulæ rhytmico medicæ de conſervanda valetudine Tubing. 1672. 8.

BENEDICTI BACQUERE *ſalvator ſenum* Colon. 1672. 8. alii 1673. 8.

EJ. *Senum medicus præſcribens obſervanda, ut ſine magna moleſtia ſenectas protrahatur* Colon. 1673. 8.

AMBROSII WOLTER a LIEBENFELD phyſici Glazenſis *pyrotechnicum opuſculum, ſ. de fonticulorum ſ. cauteriorum utilitate* Breslau 1672. 8. *. Medici magis quam chirurgici eſt argumenti.

J. LANGII *ratio ſcribanica ſ. ſuccincta deductio, cur arthritis, podagra, chiragra atque alii calculoſi adfectus, qui originem a ſale ſ. tartaro habent, ex fundamento ſanari poſſint* Hamburg 1672. 12. RIV. niſi LANGIUS editor potius ſit quam auctor.

Catalogus & valor medicamentorum ſimplicium & compoſitorum in officinis Hafnienſibus proſtantium Hafn. 1672. 4. RIV.

NICOLAI

Nicolai Antonii *Bibliotheca Hiſpanica nova* Rom. 1672. fol 2 vol. B. Gott Legi librum, quo vix careas, etſi in medicis mihi videtur ſæpe potius Lindenium exſcripſiſſe.

Ej. *Bibliotheca Hiſpanica vetus* Rom. 1696. fol. 2 vol.

§. DCCXCII. Aliarum Linguarum Nuperarum.

Bernardinus Genga M. D. & Chirurgus Mandolfi natus (*a*) in ducatu Urbinenſi; Ej. *anatomia chirurgica, cioe Iſtoria anatomica dell' oſſi — ed un brive trattato della — circulazione del ſangue, con rifleſſioni patologiche e chirurgiche* Rom. 1672. 8. Gunz. Bologn. 1687. 8. *. Erecti vir ingenii, neque auctoritati facile ceſſurus. Chirurgicas hiſtorias & curationes plurimas habet, pathologicas aliquas. Cur ſtatura ſenum minuatur? ob exſiccata ligamenta inter vertebras poſita. Vomitus & cardialgia a mucrone cartilaginis enſiformis introrſum flexo. Parotides criticæ & ſymptomaticæ. Fiſtulæ ani utilitas, quam conveniat non curare. Paralyſis ab ejuſmodi fiſtula levata, & hydrocephalus. Balneorum utilitas. In bubone venereo chirurgus non culpari debet, etiam quando tumore inciſo nil niſi ſanguis prodit. Aorta abdominalis tota oſſea.

Ej. *in* Hippocratis *aphoriſmos ad chirurgiam ſpectantes commentaria* Rom. 1694. 8. *. Latine & Italice Bonon. 1692. 8. 1717. 8. 1727 8. Hiſpanice Madrid. 1744. 8. vertente Andrea Garcia Vasquez, Heister. Etſi ſola chirurgica promittit ſe interpretaturum, intercurrunt tamen & medica, eaque plurima, tantum ut amet ad aphoriſmos, ipſos quidem medicos, adnotationes addere chirurgicas.

Robert Talbor Pyroiatrus, celebris ob curatum cortice chinæ chinæ Ludovicum XIV, quæ felicitas & auctori ſummo emolumento fuit, & ipſius corticis uſum fecit frequentiorem, cum plurimi medici novo auxilio hactenus reniterentur. Empiricos tuetur, a quibus multa diſcantur, exemplo opii in pleuritide efficacis, & in calculo utilis. Nolles certas conſtellationes requiri, quibus dominantibus Verbaſcum & Quinquefolium utilius carpantur. Intermittentis febris paroxyſmum poſſe, reſecto vinculo, retardari, aut omnino ſupprimi. Cauſam earum febrium eſſe pituitam viſcidam, qualem conglobatam vidit vomitu reddi. Quartanam diutius protractam lieni indureſcendi cauſam eſſe. Modum adhibendi corticis non liquide aperit. Incipit a Riverii amaro febrifugo, quod & ſurſum alvum cieat & deorſum: & ante paroxyſmum debeat exhiberi. Deinde adverſus quartanam arcanum ait dari tetrapharmacum, cujus duo medicamenta ſint domeſticæ plantæ, duo exoticæ. Tertio paroxyſmo ſpleneticum medicamentum deberi. Reliquam curationem abſolvit ſpleneticis & antiſcorbuticis. Corticem peruvianum vehementer nocere, niſi ex arte præparatus fuerit. Convulſionem ab eo auxilio in Eſſexia

(a) *B. Chir.* I. p. 406. 407.

Eſſexia natam. De febribus acutis in quibus calida dabat. Nunc demum didicimus TALBORIUM corticem peruvianum ex vino dediſſe.

THOMAS SHIRLEY *philoſophical eſſay declaring the probable cauſes and cure of the greater world in order to find out the cauſes and cure of the ſtones in the kidney and bladder of man* 1672. 8. Hypotheſes: aquam per ſuos odores fermentativos in lapidem cogi.

JOHN JOSSELYN *New Englandes rarities diſcovered with the remedies uſed by the natives to cure their diſeaſes wounds and ſores* Lond. 1672. 12. *. Phthiſin curari teſtudinum carnibus, pterygion calcinata teſta penis marini.

EJ. *a account of two voyages to new England* Lond. 1674. 12. *. Itinera duo a. 1638 & 1639. Nobilis vir, curioſus, qui etiam medicinam ſubinde faceret, cæterum ſuperſtitioſus & credulus. Hiſtoria naturalis regionis Maſſachuſet, plantarum, aromatum, morborum etiam endemiorum diviſio. Dyſenteria ibi frequens eſt, tum angina & tonſillarum inflammatio, pleuritis, calculus, iſchias. Dentes incolis mature delabi. Exempla enormium vermium. In corde puellæ duo oſſicula: ea hirſutos vermes reddiderat.

HIERONYMO DE AYALA *principios de cirurgia utiles, provechoſos para que pueden aprovecher a los principiantes* Madrid. 1672. *& dos tratados uno del feto humano per* FRANCISCO NUNNEZ; *y otro de las infermidades de los rinnones per & lit.* JAN. FRAGOSO ib. 1724. 4. C. de V.

GUIL. HUGHES *the american phyſician* Lond. 1672. 12. ad plantas medicas adque chocolatam.

EDWARD BOLNEST *rational way of preparing animales, vegetables and minerales for phyſical uſe* ib. 1672. 12. ſed puto multo antiquius opus eſſe.

GUIL. COWPER *catalogue of the chymical works written in Engliſh* ib. 1672. 8. 1675. 8. CARRERE.

ANT. EYSEL *apologema over de menſcheliken watern* Amſterd. 1672. 8. Uromantæ ut videtur.

EJ. *nieuwe geneeskonſt of mantiſſa medicaminum* ib. 1673. 8. TR.

FRANCOIS ANDRE' medici Cadomenſis, *entretiens ſur l'alcali & l'acide* Pariſ. 1672. 12. 1680. 12. BUR. Italice vertente STEPH. BACHETTI in *Galer. di Minerva* T. I. 1696. Latine in *Zod. Med. Gall.* T. IV. V. *diſceptationes de acido & alcali quibus variæ adduntur objectiones a* R. BOYLE *contra hac principia adlatæ.*

Alius eſt & diverſus Auctor *de St.* ANDRE' *reflexions nouvelles ſur les cauſes des maladies & de leurs ſymptomes* Pariſ 1688. 8. vel 1687. quem dicemus.

ABRAHAM BAUDA chirurgi Sedanenſis, *diſcours curieux contre l'abus des ſaignées, qui prouve que la ſaignée n'eſt pas l'unique ni le plus aſſuré remède des pleureſies* Sedan 1672. 8. BUR.

Ej. *exemplum oſſium mollitorum* cum Sponio citabimus.

Jacob Girard *des* Bergeries, quem tetigimus.

Ej. *la médecine domeſtique contenant le gouvernement de la ſanté* Genev. 1672. 8. Liege 1690. 12. B. Thomas.

Ej. *l'apoticaire, le chirurgien, le médecin charitable avec une harangue de la goutte á Meſſieurs ſes Hôtes* Genev. 1673. 8. *. Ita lego, ſed hanc editionem coram habeo, & video auctoris nomen inſertum, Jacobi Constant, cum quo dicam.

Ej. codicem MS. vel *manuale medicum anamneſticum in proprios uſus collectum*, nitidum totius medicæ compendium a 1672. manuſcriptum poſſideo.

Galateau *lettre ſur la mort du Marquis de Rabot* Bourdeaux 1672. 12. Falc.

Et *lettre de M. d'*Albert *ſur la mort de M. le Marquis de* Rabot Bourdeaux 1672. 12. d'Etr.

Ej. Galateau *diſſ. ſur la digeſtion de l'eſtomac & touchant l'humeur acide* Paris 1676. 12. Contra triumviratum Sylvianum & acidum humorem ventriculi.

Jean Michault *le barbier moderne, ou les fleurs d'*Hippocrate, *ou le remede a toutes les maladies par le ſeul ſecours de la main charitable* Paris 1672. 12. Convitia medicis dixit, ob quæ facultate ad ſenatum referente mulcta ei indicta eſt, & artis uſu interdictum.

Id. *extrait des regiſtres du parlement rendu le 5 Juillet* 1673. ib. excuſ. 1673. & cum Philippi Hecquet *brigandage de la chirurgie* ib. 1736. 12. *.

Ej. *les diſcours de Chirurgie pour l'explication des nouvelles machines pour les os & pour la verole lorſquelle fait des nœuds & des exoſtoſes & des anchyloſus aux jointures avec l'art de la guérir methodiquement par la ſeule aplication du mercure* ib. 1682. 12. Bun. 1672. 8. Astr. & 1691. 8. Circulator Astr.

Denis Puylon *ſtatuts de la faculté de médecine en l'univerſité de Paris avec les pièces juſtificatives de ſes privileges & des droits & ſoumiſſions à elle ſeule de par les apothicaires & chirurgiens* ib. 1672. 8. Bur.

C. Schwaben *Frauendienſt, oder viele Hülfsmittel für allerhand Krankheiten der Frauen, ſchwangern und andern edirt durch* M. Schwaben C. F. Erfurt 1672. liber puto antiquior.

Eundem puto eſſe l. Hausmittel für ſchwangere und gebährende, und für kleine Kinder 1672. 8. Tr.

Des Kapitels und Rahts zu Halberſtatt erneuerte Apothekerordnung und Tax Halberſtatt 1672. 4. Tr. 1697. 4. Tr.

Færordning for medicus og apotheger Hafn. 1672. 4. Tr. & *Catalogus & valor ſimplicium & compoſitorum in officinis Hafnienſibus proſtantium* Hafn. 1672. 4. Tr.

Georg

Georg Simon Winther *de re equaria tractatio nova complectens* P. III. Lat. Gall. Germ. Nurnb. 1672. fol. *. Germanicus titulus eſt *volkommener Roſsarzt* 1679. fol. 1678. fol Tr. 1685. 4. 1687. &c. Riv. 1691. 8. 1722. 8. 1746. 8.

Anweiſung zu den Arzneymitteln Francfurt 1672. 8.

§. DCCXCIII. R. W. Crause.

Rudolphus Wilhelmus Crause Prof. Jenenſis innumerabiles pene defendit diſputationes.

Ej. *de ſcorbuto* Jen. 1672. 4.

Ej. *mars ſalutaris morborum debellator* ib. 1672. 4. Boehm.

Ej. *de ictero flavo* 1672. 4. Riv.

Ej. *de palpitatione cordis* 1672. 4. He.

Ej. *de podagra* 1673. 4. *.

Ej. *de alvi fluxu ex* Hipp. *aphor.* 1, 5. 6. *ubi dicitur ructus acidus in diuturnis inteſtinorum levitatibus, qui prius non erat, bonus.* 1674. 4. Tr.

Ej. *de adſtrictione* 1674. 4. Riv.

Ej. *de frigidis* 1674. 4. He.

Ej. *de roſa* 1674 4. He.

Ej. *de febribus catarrhalibus* 1675. 4. *.

Ej. *de fonticulis* 1675. 4. He.

Ej. *de cachexia* 1677. 4. He. *.

Ej. *de ſpaſmo cynico* 1677. 4. He.

Ej. *de febre quartana intermittente* 1678. 4.

Ej. *de angina* 1678. 4. *.

Ej. *de ſphacelo* 1678. 4. *.

Ej. *de tuſſi* 1678. 4. *.

Ej. *de medicina univerſali* 1679. 4. *.

Ej. *de cachexia ſcorbutica* 1680. 4. He.

Ej. *theſes medicæ variæ ſex* 1681. 4. He.

Ej. *de odontalgia* 1681. 4. *.

Ej. *de tabe* 1681. 4. Pl.

Ej. *de pleuritide* Jen. 1681. 4. Pl.

Ej. *de hypercatharſi* ib. 1681. 4. Pl.

Ej. *de lochiis naturaliter, & præternaturaliter ſuppreſſis* 1682. 4. *.

Ej. *de aſthmate* 1683. 4. He.

Ej. *de atrophia* 1683. 4. He.

Ej. *de febre petechiali* 1683. 4. He.

Ej. *de incubo* 1683. 4. He.

Ej. *de cordis palpitatione* 1684. 4. He.

Ej. *de inteſtinis eorumque morbis ac ſymptomatibus cognoſcendis & curandis* Reſpondit vir ſummus G. E. Stahl 1684. 4. *.

Ej. *de lumbricis* 1685. 4. *.

Ej. *de delirio in genere* 1686. 4. *.

Ej. *de iſchuria* 1686. 4. *.

Ej. *de gonorrhœa ſimplici* 1686. 4. *.

Ej. *de contractura* 1687. 4. *.

Ej. *de influxu aſtrorum* 1687. 4. *.

Ej. *de efficaci intuitu panni rubri ſ. kermeſini in morbillis & variolis* 1687. 4.

Ej. *de morbillis* 1687. 4. *.

Ej. *de ſtrumis* 1687. 4. *.

Ej. *de contagio* 1687. 4. He.

Ej. *de morbis ſpirituum in genere* 1688. 4. *.

Ej. *de morbis mammarum* 1689. 4. *.

Ej. *de apoplexia* 1689. 4. Menz.

Ej. *de pleuritide* 1689. 4. Riv.

Ej. *de ægro chylificatione læſa hypochondriaca laborante* 1689. 4.

Ej. *de ulceribus uteri* 1690. 4. He.

Ej. *de vertigine* 1690. 4. He.

Ej. *poſitionum medicarum decades* IV. 1691. 4. *.

Ej. *de nymphomania* 1691. 4. He.

Ej. *de diabete* 1692. 4. He.

Ej. *de vomitu hypochondriaco* Jen. 1692. 4. Menz.

Ej. *de febre tertiana intermittente* ib. 1692. 4. Pl.

Fj. *de febre quartana intermittente* 1693. 4. He.

Ej. *progr. de intemperantia* 1693. 4. *.

Ej. *de dyſenteria* 1693. 4. *.

Ej. *de tinnitu aurium* 1694. 4. He.

Ej. *de ſcirrho lienis* 1694. 4. *.

Ej. *de fulmine tactis* 1694. 4. He.

Ej. *de febre hectica* 1695. 4. Pl.

Ej. *æger bulimicus* 1695. 4. *. Fames perpetua, & nullum tamen a cibo ſumto levamen.

Ej. *de uſu & natura ſternutatoriorum* 1695. 4.

Ej. *de hirudinibus* 1695. 4. *.

Ej. *de anorexia* 1696. 4. He.

Ej. *de memoria ejuſque remediorum natura uſu & abuſu* 1696. 4. He.

Ej. *opiſthotono* 1696. 4. He.

Ej. *de calendario valetudinariorum perpetuo* 1697. 4. I. & II.

Ej. *dc abortu* 1697. 4. He.

Ej. *de potu frigido* 1697. 4. Pl.

Ej. *de efficaci influxu aſtrorum in corpus humanum* 1697. 4. Lehm.

Ej. *de varis* 1697. 4. *.

Ej. *an & quando aurora vel muſis ita quoque ſanitati amica ſit* 1697. 4. Lehm.

Ej. *de difficultate in ſtudio medico hodie incognita* 1697. 4. He.

Ej. *de matheſi medico neceſſaria* 1697. 4. He.

Ej. *de appetitu ventriculi depravato in pica & malacia* 1698. 4. He.

Ej. *de carminativis* 1699. 4. *.

Ej. *de meteoris microcoſmi* 1699. 4. He.

Ej. *progr. de fatis medicinæ* 1700. 4. alii 1709.

Ej. *de phthiſi ſ. exulceratione pulmonum cum febre hectica* 1700. 4.

Ej. *theſes medicæ inaugurales* 1700. 4. He.

Ej. *de incantatis* Jen. 1701. 4. He.

Ej. *de ſynergiis naturæ in curatione neceſſariis* ib. 1702. 4. He.

Ej. *de ærumnoſa ſexus muliebris conditione* 1702. 4. He.

Ej. *de aphonia* 1702. 4. He.

Ej. *progr. commendans ſtudium inquirendi facultates medicamentorum* 1702. 4. He.

Ej. *de iis quæ ad* ευσχημωσυνην *medici requiruntur* 1702. 4. He.

Ej. *de regulis antimonii eorumque præparatione & uſu* 1403. 4.

Ej. *de menſtruis difficilibus* 1704. 4.

Ej. *de philtris* 1004. 4. *.

Ej. *de morbo caſtrenſi* 1704. 4.

Ej. *de reſtitutione in vitam ſuffocatorum laqueo vel in aqua* 1705. 4. *.

Ej. *de ardore ſtomachi* 1705. 4. He.

Ej. *de arteriotomia* 1704. 4. *.

Ej. *de podagra* 1705. 4. Haenel.

Ej. *theſes medicæ inaugurales* 1706. 4. He.

Ej. *theſes medicæ inaugurales* 1707. 4. He.

Ej. *de dyſenteria* 1708. 4. He.

Ej. *de occaſione* 1709. 4. He.

Ej. *de neceſſariis medici practici requiſitis* 1709. 4. He.

Ej. *de febribus recidivis* 1709. 4. He.

Ej. *de morbis nocturnis & nocturnis morborum exacerbationibus* 1709. 4 Menz.

Ej. *de curioſitate in medicina laudanda* 1709. 4. Pl.

Ej. *de fatis medicinæ* 1709. 4. Pl.

Ej. *de turba medicorum* 1709. 4. *.

Ej. *de difficultate in ſtudio medico incognita* 1709. 4. *.

Ej. *de paſſione hyſterica ſtrangulatoria* 1710. 4. He.

Ej. *de cœliaca* 1710. 4. He.

Ej. *de hæmorrhoidibus cæcis* 1710. 4. He.

Fj. *de ſemeiotica* 1711. 4. Pl.

Ej. *theſes medicæ inaugur.* 1711. 4. He.

Ej. *de ſpectris montanis cauſis morbificis* 1712. 4. He.

Ej. *de aeris verni & æſtivi ſalubritate* Jen. 1712. 4. Lehm.

Ej. *de contagio* ib. 1712. 4. He.

Ej. *de epilepſia* 1712. 4. He.

Ej. *de medico artifice* 1712. 4. He.

Ej. *de methodo curandi locali* 1712. 4. He.

Ej. *de ſiti immoderata* 1713. 4. He.

Ej. *exempla quædam ex obſervatis in nupera peſte Hamburgenſi* 1714. 4. He.

§. DCCXCIV. Disputationes.

J. Pantelii *poſitiones medico felici ad praxin exercendam neceſſariæ* Leid. 1672. 4. *. alius Pantelius dicetur a. 1699.

M. Carceus *de fluxu hepatico* ib. 1672. 4.

Ej. *index motus medicæ ſ. indicamentorum a* F. *de le* Boe. Sylvio *laudatorum* Leid. 1671. 12.

J. Frid. Almacher *de morbis caſtrenſibus* ib. 1672. 4. *.

J. Berricov *de peſte* ib. 1672. 4. *.

Ern. Barnstorf *de catarrho* ib. 1672. 4. Pl.

Georg Herm. Schuller *de cephalalgia* ib. 1672. 4. *.

Sigism. Gabr. Otto *de ictero flavo* ib. 1672. 4. *.

J. Bartholomæus *de empyemate* ib. 1672. 4.

Et L. I. Bartholomæus *de lochiis* ib. 1672. 4.

J. Druyvaert *neceſſariæ quæſtiones laconice propoſitæ & ſolutæ* ib. 1672. 4.

Theod. Croone *de vertigine* ib. 1672. 4. Pl.

J. v. Hiemenbergh *de cholera* ib. 1672. 4.

Robert Trotter *de lethargo* ib. 1672. 4. *.

Didrich Kannengiesser *de epilepſia* ib. 1672. 4. *.

Petri Hotton *celebris botanici poſitiones quædam medicæ* ib. 1672. 4. *. Ejus epiſt. inter Schelhammerianas, & aliqua de acmella lithontriptica in *Tranſ. Phil.* n. 268.

Georg Vlietarpius *de dolore colico* ib. 1672. 4. *.

Everard v. Workum *variæ quæſtiones medicæ* ib. 1672. 4. *.

Abrah. de Reus *de bulimo & appetitu canino* ib. 1673. 4. *.

Cyp.

CYP. REGN. ab OOSTRYK *de calculo veſicæ* Utrecht 1672. 4.

J. BIESTER *de epilepſia* Utrecht 1672. 4.

J. CONR. JOHRENIUS Profeſſor Rintelienſis, deinde Francofurtenſis ad Viadr.

Ej. *de apoplexia* Gieſſ. 1672. 4. *.

Ej. HARTMANNI *praxis chymiatrica* Roſtoch 1676. 8. alii Rinteln 1676. 8. & Hallæ 1678. TR.

Ej. *de adfectione hypochondriaca* Rinteln 1678. 4. *. In tabidis pulmones pleni tuberculis tartareis.

Ej. *de volatili & fixo ſanitatis humanæ conſervatore deſtructore & reſtauratore* ib. 1678. 4. HE. Separat HEFTER, omiſſo nomine JOH.

Ej. *de lithiaſi* 1678. 4. HE.

Ej. *de epilepſia* Fr. Viadr. 1700. 4. RIV.

Ej. *de viſu integro & corrupto, in ſpecie de gutta ſerena* Fr. Viadr. 1701.

Ej. *de Chriſto medico* ib. 170 . 4. HE.

Ej. *de morbis biblicis* 1704. RIV.

Ej. *de arthritide vaga ſcorbutica & hujus occaſione de terra medicinali Freyenwaldenſi* 1706. 4. PL.

Ej. *de lue venerea* 1706. 4.

Ej. *de adfectu hypochondriaco* 1706. 4. PL.

Ej. *de reſtitutione hæmatologiæ medicæ peccantis in integrum* 1706. 4. HE.

Ej. *de morbis biblicis* 1708. 4. HE.

Ej. *de querquera veterum* 1710. 4. HE.

Ej. *idolum muliebre in paſſione hyſterica elevatum & excuſſum* Jen. 1712. 4.

Ej. *de dyſenteria* Jen. 1713. 4.

Ej. *Apollo* λοιμώδης *in peſte* Jen. 1713. 4.

Ej. *theſes de medicinæ progreſſu* 1713. 4. *.

Ej. *de paſſione iliaca* 1714. 4.

Ej. *de Philiſtæorum plaga I. Sam. V. 6.* 1713. 4. PL.

Ej. *de mentagra* Fr. Viadr. 1668. 4. HAENEL verum non poteſt noſtri eſſe, qui 1672. demum gradum doctoris meruit. De nuperis cæterum morbis quærit, qui ad mentagram referuntur.

Alius fuerit CONR. JOHRENIUS, cujus diſſ. a. 1740. LANGENHEMIUS recudit.

In E. N. C. *Dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 169. dens cartilagineus.

Obſ. 230. dentes coaliti, imprudenter ſeparati.

Obſ.

Obſ. 271. hæmorrhagia ex fonticulo ab abuſu elixirii proprietatis alcalini. Elogium exſtat in E. N. C. *Dec.* II.

CHRISTOPH URSINUS *de apoplexia* Fr. Viadr. 1672. 4. BURCK.

A. HEILAND *de alopecia & ophiaſi* ib. 1672. 4. HAEN.

BALTHAS. BEBEL *de bis mortuis* Jen. 1672. 4.

GOTTFR. SIGM. BIRNBAUM *de ſterilitate* Lipſ. 1672. 4.

J. USLEBER *de ſterilitate utriuſque ſexus* Altdorf. 1672. 4. *.

J. SEVERUS IOHN *de menſtruis immodicis* ib. 1672. 4. *.

MARTIN HURTE *de ſecundinarum poſt partum excernendarum retentione* Altd. 1672. 4. PL.

J. GEORG ROSÆ *de ligatione vulgo neſtelknüpfen* Heidelb. 1672. 4. *.

J. HENR. LAVATERI *de* εντερoπεριστολη, *ſ. inteſtinorum compreſſione* Baſil. 1672. 4. *. Colon in ſcrotum elapſum pugno æquale.

J. GEORG MANGOLD *de epilepſia* Baſil. 1672. 4. *.

EJ. *de catalepſi* ib. 1673. 4. LEU.

SALOM. HOTTINGER διατυπωσις *reliquiarum poſt quartanam diſcutiendarum* ib. 1672. 4. *.

EJ. *de pane ejus natura uſu legitimo & noxio abuſu* Tigur. 1696. 8.

EJ. *de vino I. ſiſtens ejus cauſam efficientem materiam & naturam vitium uvarum atque muſti* ib. 1707. 8.

EJ. *de lacte* ib. 1704. 4.

DAV. RONGWITZ *valetudo homo homini* Baſil. 1672. 8. HE.

J. RUBINI *jatrographia* Baſil. 1672. 4. *.

HENRIC. MARTINI *carus apoplexia terminatus* Baſil. 1672. 4. *.

JAC. FORBERGER *theſes medicæ de apoplexia* Prag. 1672. fol. MENZ.

J. OERTEL *de teneſmo* Argent. 1672. 4. *.

WILH. CHRISTIAN KUEFFER *de lacte* Argent. 1672. 4. *. deque ejus vitiis.

PHIL. HARDOUIN DE S. JACQUES & PETR. OZON *E. morbis oppugnandis ſtibium* Pariſ. 1672.

CL. QUIQUEBOEUF & FR. BAZIN *E. diabeti lac aſininum* ib. 1672.

CL. DE QUANTEAL & CAR. DALLE *E. in febribus malignis ante pepaſmum purgatio* ib. 1672.

PHILIP. MORISSET & PET. OZON *E. lac tabidis* Pariſ. 1672.

HERM. DE LAUNAY & PETR. YON *E. panis ſatietas omnium peſſima* Pariſ. 1672.

FRANC. PIJART & NIC. DE JOUVANET *E. medicina dogmatica præſtantior* Pariſ. 1672.

§. DCCXCV. DIARIA ANNI 1672.

In *Phil. Tranſ.* n. 83. de lacu non longe a Gedano diſſito, in quo viride quid reperiatur, ex quo aqua vim lethalem concipiat.

N. 87. THOMAS PLATT de experimentis nuperioribus Florentiæ factis, quibus ad REDI ſententiam confirmatur, viperæ morſum abſque ira, & a morte animalis, omnibus animalibus mortem inferre, exhauſto vero ſucco venenato, noxa carere.

Apud BIRCHIUM T. III. canis cachecticus a frequenti in ſpiritu vini lotione.

BURGHILL de ſalubritate aëris Maroccani. In collibus ſanos vivere, cæterum dentes amittere a ſucco acri dactylorum.

LUCAS SCHROEK pater, Medicus Auguſtanus.

Dec. I. *ann.* III. E. N. C. *obſ.* 76. Petechiæ cum urina ſanguinea funeſtæ.

Obſ. 77. balſamum peruvianum in dyſenteria ſalutare.

Ann. IV. V. *obſ.* 167. Pluſculæ hiſtoriæ prægrandium calculorum equinorum.

Ann. VI. VII. *obſ.* 229. balneum quod fit decocto pulvere coriario. Eo ſubito ſanata dira arthritis.

Ann IX. X. *obſ.* 89. Aphonia in juvene non plane apoplectica, ſublata.

Obſ. 90. calculus per alvum globoſus, deinde alii rotundi.

Obſ. 91. pulſus deficiens biduo ante mortem.

Obſ. 162. Gemellorum alter ante quatuor menſes mortuus.

Obſ. 163. a fœtu mortuo uterus gangræna infectus.

Dec. II. *ann.* III. 18. Cum in femina ex ſymptomatibus lapis promitteretur, calculi loco tumor durus ſupra os pubis repertus eſt, glanduloſus, cuti adhærens. In veſica humor purulentus, & glandulæ duræ, quarum una mole ſuperavit, fila, arenulæ.

In E. N. C. *Ann.* III. *obſ.* 9. FRANCISCUS BOUCHARD medicus Veſuntinus, Mercurio dulci ad X grana dato eruptio variolarum adjuta.

Obſ. 12. Fetus Dolanus ſedecim annis in matris utero retentus.

SIGISM.

Sigism. Grass *obſ.* 54. venæ varicoſæ ſponte ruptæ.

Obſ. 55. abſque malo inciſa vena in variolis malignis. —

Obſ. 56. & datus mercurius dulcis.

Obſ. 212. Iſchuria cum ſopore, prurigine, ſudore, demum cum epilepſia: ab eo tempore urinæ fluentum liberum fuit.

Ann. IV. V. *obſ.* 65. lac ex vulnere ſcarifatione inflicto, & 66, ex femoris tuberculo.

Obſ. 67. Hydropici ſerum ſanguinis nigrum, urina atra, & rubra urina ab eſu capreolinorum, ſi recte ſcripſi.

Obſ. 77. ingens capitis eryſipelas ſcarifando ſublatum.

Obſ. 166. apoplexiæ metus averſus ab hæmorrhagia uterina, in femina ſexagenaria.

E. N. C. *Ann.* III. *obſ.* 61. Melchioris Fribe calculus lamellatus, phaſeoli figura, ſub lingua extractus.

Obſ. 96. Volvulus ſuperatus globulo plumbeo hydrargyro illito.

Obſ. 99. Subito ſubnatus in ſano homine & maximus tumor, erat emphyſema, fotu ſuperatum.

Samuel Ledel clinicus Gorlicienſis, non ille incredulus.

Dec. I. *ann.* III. *obſ.* 83. Sudor perpetuus etiam a morte, in melancholico.

Obſ. 225. Alvi pertinax in femina gravida obſtructio, ſoluta duabus unciis cum ſemiſſe hydrargyri crudi.

Ann. IX. X. *obſ.* 144. ſubinde ſub lingua dolor & motus læſus; demum calculus non mimimus erupit.

Obſ. 146. canis, qui nuces vomicas & arſenicum abſque noxa tulit.

Obſ. 148. dolorifica urina a maſticatoriis, quæ cantharides recipiebant.

Dec. II. *ann.* II. *obſ.* 34. In ſcorbutico a motu corporis ſudor ſanguineus erupit.

Obſ. 38. proprio experimento confirmat, in dyſenteria utiliter pulverem oſſium humanorum dari.

Obſ. 29. a gryllo in aurem irrepente mors.

Obſ. 33. fetus veſiculis aqua plenis obſitus.

Obſ. 141. Struma cadaveris manu curata.

Ann. III. *obſ.* 98. empyema lacte caprillo curatum.

Obſ. 100. duplicatis catharticis ſuperata demum alvi conſtipatio.

Obſ. 101. in puero a viſo epileptici paroxyſmo epilepſia.

Obſ. 102. quæ furtim impraegnatæ abortiva ſumunt, ſæpe fine ſuo fruſtrantur, etiam quando ſummo cum ſuo periculo draſtica ſumſerunt.

Obſ. 145. aliquot viri ſubito interierunt, qui in cellam aromatibus plenam deſcenderant.

Dec. II. *ann.* IV. *obſ.* 18. A febre mali moris exſtinctus ad quintum diem a morte calebat.

Obſ. 19. hirudinum utilitas in hæmorrhoidibus dolentibus, melancholia hypochondriaca.

Obſ. 20. frigida compreſſa hæmorrhagia narium diuturna.

Ann. IV. *obſ.* 45. Lotium in pueri variolis retentum, facile lactis fotu liberatum.

Obſ. 50. cum puer in lixivium incidiſſet, vomitus, alvi fluxus, corporis tumor, mors.

Ann. VI. *obſ.* 24. Stomachi debilitas a nimio pulverum uſu, iis egeſtis ſublata.

Obſ. 25. aquam ligni fraxini in dyſenteria utilem fuiſſe.

Sic *obſ.* 66. ſcopo vulnerario.

Obſ. 28. cornu in ſcobem redactum ad podagram leniendam.

Obſ. 60. poſt febres intermittentes cum appetitu languente, utile ſphondylii decoctum.

Obſ. 61. fetus cum variolis natus.

Ann. VII. *obſ.* 41. vomitus perpetuus poſt aliquot menſes lethalis.

Obſ. 45. infans vulnerata ex matre ſanguinem loco lactis exſugit & periit.

Obſ. 51. tumor linguæ apertus multum pus fudit, bono eventu.

Ann. VIII. *obſ.* ex ictu in caput mutitas aliquot hebdomadum, ſanata.

Obſ. 30. magnus nummus dimidii floreni pondere deglutitus, & per anum feliciter redditus. Sic globulus figulinus, iſte in ventriculo moleſtus, per ſedem exiit.

Obſ. 85. ex cereviſiæ potu viſus obſcuratio: ex ſpiritu vero frumenti uberius ſumto cæcitas, epilepſia, mors.

Obſ. 86. menſes ex vulnere digiti manantes.

Ann.

Ann. IX. *obſ.* 2. Fabri ærarii juniores a vapore cupreo vomunt, quando teneriori ſunt habitu, alvove ſunt fluxa, quando robuſtiores.

Obſ. 5. Puella, quæ ab ipſa nativitate nulla rationis ſigna dedit, motum nullum exercuit.

Obſ. 6. magicis artibus poſſe corpus emaciari, ut contabeſcat.

Obſ. 8 infuſo in vino centaurio minori febris ſuperata.

Obſ. 36. poſt hemiplegiam cadaver toto triduo ſudaſſe.

Ann. X. *obſ.* 7. hydrops, gangræna ſpontanea pedis non infrequens, icterus, tympanites funeſtus. Alias hydrops ſanatus,

Obſ. 13. Radix eſulæ funeſto eventu propinata.

Obſ. 14. a mercurio dulci ad pene ſemuncem ſumto, hypercatharſis, mors.

Obſ. 15. maculæ petechiales in dyſenteria funeſtæ.

Obſ. 16. apoplexiæ ſuccedens epilepſia & mors.

Obſ. 101. purgante medicamento ſiccatum antiquum ulcus cruris.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 60. Dyſenteria mucoſa & cruenta benignior, in ea decoctum corticum quernorum utile.

Et *obſ.* 61. opium.

Obſ. 65. a veratro in vino aduſto infuſo vomitus & convulſiones. Sic cum in cereviſia infuſum eſſet.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 97 Melancholicus cereviſia ſanatus, in qua pulvis ex ſalibus fixis & nitro antimoniato.

Obſ. 98. vomitus ſtercoris funeſtus, quem noſter frigidæ potæ tribuit.

Obſ. gonagra profuſa ſanguinis jactura præter conſilium ſanata.

Et *obſ.* 10. fonticulos ſæpe inutiles, alias tamen in aſthmate ſeroſo utiles fuiſſe, & in apoplexia, ut omnino ſiccato fonticulo mors per redeuntem inſultum ſequeretur.

Ann. II. *obſ.* 42. In puero atrophico, tuſſiculoſo, quartana triplex: fruſtra dato cortice peruviano, diarrhœa & mors.

Obſ. 41. a lacte matris territæ in puero convulſiones, tormina, mors.

Obſ. 42. apoplexia, cum diuturna ſenſus motuſque ſuppreſſione, mitior tamen & facile ſanata.

Obſ. 45. a vapore cellæ vinariæ in Hungaria ſubita mors.

Obſ. 48. crudi cucumeres poſt novem menſes emetico expulſi.

Obſ. 49. Quartana china chinæ expugnata, ſed amat relabi.

Obſ. 132. cum hæmorrhagia narium compeſceretur, ſanguis ex angulo oculi fluxit.

Obſ. 133. poſtquam vermis de aure erepſerat, puella ab epilepſia tuta.

In *Ann.* II. *Dec.* III. app. vitam HAGEDORNII dedit.

Eodem *ann.* III. *obſ.* 75. ſero, ut videtur, malis cum ægri rebus, felici tamen eventu, vomitus tartaro emetico in dyſenteria motus.

Obſ. 16. poſt pleuritidem pus fætidum rejectum, ut decocto ex herbis & lignis æger ſanaretur.

Obſ. 17. veſicæ maximæ, etiam pugni mole, in manu, per febrem malignam erumpentes, bono eventu.

Obſ. 18. phthiſis ex nuce avellana in aſperam arteriam illapſa.

Obſ. 19. abſceſſus in axilla catharticis ſiccatus.

Obſ. 108. a cancris in multis mortalibus ventriculi dolor.

Et *obſ.* 109. ex uſu lactis febris.

Obſ. 110. neque arthritis diætæ lacteæ ceſſit.

Dec. III. *ann.* IV. *obſ.* 26. aſthma convulſivum volatilibus & antiſcorbuticis ſanatum.

Obſ. 49. defluxio ad fauces emplaſtro ſanata, veſicas trahente & cervici impoſito.

Obſ. 50. uſu rob ſorbi aucuparii (improbabili medicamento) menſes reſtituti.

Obſ. 52. vivus piſciculus deglutitus, a ſumto oleo tertio die vivus vomitu rejectus.

Obſ. 89. poſt variolas abſceſſus umbilici pus fundens, ſanatus ſumto mercurio dulci.

Obſ. 90. ex antiqua trabe, dum diſſecabatur, vapor exeuns, marito & uxori funeſtus.

Obſ. 91. Scorbuticus, ut putat noſter, adfectus, denique ſanatus hæmorrhoidibus fluentibus.

Ann. V. VI. *obſ.* 51. ob arthritidem ſudor ſpiritu vini motus, cum ignem cepiſſet, ægrotus ambuſtus, inde ſpaſmi &c.

Obſ. 52. viſus nocturnus, ut æger diei fulgorem abſque lacrumatione ferre non poſſet.

Obſ. 113. Hæmorrhagia feminæ puerperio proximæ, cum uteri oſtium

clauſum

clauſum eſſet. Nihil noſter dedit niſi cardiaca, bezoardica, cum adſtringentibus, eventu funeſto.

Obſ. 217. iſchuria in femina cum perpetuo vomitu; die undecimo ſumto grano unico cantharidum, & mors die decimo tertio, per epilepſiam.

Obſ. 218. aſcarides menſtruis intervallis moleſtæ.

Obſ. 219. ſenſus carnis bubulæ fætentis, denique emetico medicamento ſuperatus.

Obſ. 264. mutitas ſubitanea emetico ſanata.

Obſ. 265. Cephalæa ſublata ſanguine de naribus fluente.

Obſ. 266. arenulæ in ovo.

Ann. VII. VIII. *obſ.* 60. ter in menſe epidermis poſt pruriginem delapſa, non ita ungues nec capilli.

Obſ. 61. vermis vivus poſt magna ſymptomata vomitu redditus.

Obſ. 63 dulcis & nauſeabundus ante mortem feminæ odor.

Obſ. 89. ſudor a purgante motus.

Obſ. 90. Petechiæ funeſtæ poſt convulſiones, & deglutitio ſuppreſſa &c.

Obſ. 91. lingua ſola paralytica ſanata.

Obſ. 124. a terrore epilepſia & in ipſis uteri labiis convulſio.

Obſ. 127. ſingultus in febre theriaca cæleſti maligna ſuperatus.

Ann. IX. X. *obſ.* 32. pueris teneris epilepticis oleo majoranæ ſubventum.

Obſ. 33. pedum impotentia poſt variolas, tamen ſanata.

Obſ. 65. ſcabies melancholiam ſedaverat, ea ſiccata melancholia rediit.

Obſ. 67. ex ridiculo metu amentia.

Obſ. 6 . in hypochondriaco urina nigra, & in alio ſudor frontis cruentus.

Obſ. 115. tumor perpetuus pedis.

Obſ. 116. ab ulceribus pes ſponte delapſus.

Obſ. 198. etiam in octogenaria vena utiliter ſecta.

Cent. I. II. *obſ.* 48. menſes per labia fluentes.

Obſ. 72. pruritus ambulans cum puſtulis in ſcorbutico decocto trifolii fibrini ſanatus.

Christiani Rudnicii in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* III.

Obſ.

Obſ. 158. Alvus adſtricta prædura. A morte glandulæ abdominis omnes induratæ, cellulæ coli duris ſcybalis fartæ, lien cruſta cartilaginea obductus.

HENRICUS SAMPSON.

Dec. I. *ann.* III. *obſ.* 170. difficultas in deglutitione. Oeſophagus totus in cartilaginem mutatus, ut cavea vix ſetam porcinam tranſmitteret.

Obſ. 173. de eadem MARTHA TAYLOR aſita, de qua DURSTON. Nullum excrementi genus, ut nullus cibus.

D. MAICHANQUEZ ib. *obſ.* 174. Icterus. Ischuria, in urina arenulæ, calculi, ſanata ſuborto ſudore univerſi corporis.

CHRISTOPHORUS HARDER Scaphuſinus.

Obſ. 180. Aſcites, ut etiam in pectore aqua eſſet, cum ſcirrho meſenterii, ovarii, & aliiis in meſenterio ſcirrhis.

ANDREAS CNOEFFEL, ut puto junior, & ab ANDREA diverſus quem diximus in L. IX.

Obſ. 205. febris peculiaris alterius brachii, frigus, inde calor.

Obſ. 206. in hydropico agmen novem calculorum felleorum ſibi coaptatorum

Obſ. 208. Urina ſuppreſſa ſibi per umbilicum viam aperuit.

Obſ. 209. clyſter in iliaco per os rejectus, funeſto eventu.

Obſ. 210. ardor ſtomachi nitri doſi ſublatus.

E. N. C. *Dec.* II. *ann.* IV. *obſ.* 53. Urina craſſa in qua multum ſabuli, & quæ menubus tanquam filamenta neceſſe erat de matula eximere. Sanat ſpiritu vitrioli.

Obſ. 57. in vidua hydropica lien calculis plenus, in rene dextro calculus pelvim replens, uterus totus cartilagineus.

Obſ. 58. Poſt febrem petechialem, hydrops, icterus niger, tamen ut ſanari poſſet.

Obſ. 60. gangræna infantis ſpiritu acido ſeparata. Ad variolarum vitandas foveas lotio ex ſaccharo ſaturni.

Obſ. 62 Bis a vipera in brachio demorſus facile ſanatus, ſudore moto, in Marchia Brandenburgica. Alius tamen in femore demorſus, cum nullo præſidio ſe muniiſſet, utique periit.

Obſ. 63. dolor pleuriticus ſed vagus, per univerſum corpus oberrans in uſque pedes, calidis linteis cedens.

Obſ. 64 poſt iſchuriam ren dexter pene lapideus, & via ad pelvim clauſa.

Obſ. 65. in puella quinquenni lapis in utero.

Ann.

Ann. VI. VII. *obſ.* 82. graviſſimæ otalgiæ exempla, etiam lethalis.

Obſ. 83. Arthritis, raro exemplo etiam vitales muſculos invaſit, collum ſpiritum & vocem ſuppreſſit & deglutitionem, quo malo æger periit.

Obſ. 85. aer inſpiratus ore & nare conpreſſis, de aure exit, quæ obtuſe audiebat.

Senioris ut puto CNOEFFELII archiatri, *conſilium*, *prognoſis & curatio affectionum* VLADISLAO IV. *familiarium.* Integrum volumen, cum maximo numero medicamentorum, pro eo rege a CNOEFFELIO paratorum. Inter eos pulvis de helleboro ſtyriaco (certo ſub adſpectu collecto) & extractum hellebori ſolutivum (ex ſpiritu vini paratum). Sic per ſingulas formarum claſſes. Inter eos lapis artificialis, lapidi *de Cobra* ſimilis; theriaca ſimplex ex viperarum carne & floribus ſulfuris. Sed etiam arcana varia theriaca cum ſulfure vitrioli & auri: balſamus apoplecticus collegii Romani Jeſuitarum, alia. Phlegma vitrioli pro ſummo medicamento.

Ann. III. *obſ.* 267. TOBIAS CZASCHELIUS de abſceſſu hepatis in femina gravida per convulſionem ſubito lethali.

JACOB BREYNE Gedanenſis.

Dec. I. *ann.* III. *obſ.* 320. Muſco pulmonario vulgari cum cereviſia cocto icterus diuturnus ſuperatus.

CHRISTOPHORI ROESLER medici Lignicienſis *obſervationes ſelectiores* cum ſcholiis GODOFREDI CHRISTIANI WINKLER, auctoris ex filia nepotis.

Obſ. 301. aſpera arteria excoriata, ſuppurata, unde tabes.

Obſ. 302. a vermium maialium uſu (ob metum hydrophobiæ) urina ſanguinea.

Obſ. 307. calculi in venis meſaraicis, improbabilis hiſtoria.

Obſ. 312. vermis ſub cute perambulans, denique eductus.

Obſ. 313. in ſcorbutico, cui cephalæa moleſta erat, egeſtus ſanguis viſcidus, ita ſublatus dolor.

Obſ. 318. tertio a morte die fetus de gravida femina exiit.

Obſ. 322. caput conſtanter ad alteram partem flexum.

Obſ. 329. calculus de articulo exit.

Obſ. 330. & de crure vermis.

Obſ. 332. Tortura oris ſanata.

Obſ. 333. deglutitis (in aſperam arteriam) nucleis, ſputum purulentum, demum tabes, ſanata nucleis rejectis.

Obſ. 334. in brachio paralytico pulſus deletus.

Obſ. abſceſſus per umbilicum plurimo pure liberatus.

Obſ. 339. hydrops ſanatus ulceribus in cruribus ſubortis.

§. DCCXCVI. Acta Hafniensia.

Thomam Bartholinum ea collegiſſe diximus, hic autem maluimus recenſere, cum triginta prius annis Thomam dixerimus, quo tempore aliqui auctores *Actorum Hafnienſium* nondum nati erant. Prodierunt autem *Acta medica & Philoſophica Hafnienſia* pro annis 1671 & 1672. vol. I. Hafniæ 1673. 4. *.

J. Henr. Brechtfeld.

Obſ. 99. Anheloſa cum tuſſi ſicca, rejecit calculum ſatis grandem, & convaluit.

Obſ. 100. & de ano calculus ovi columbini mole egeſtus, extus cryſtalli ſimilis.

Obſ. 103. hydrops tubæ dextræ, paracenteſi curatus.

Obſ. 104. Cruribus hydropicis ſcarifatis gangræna lethalis.

Obſ. 105. In viro hæmoptyſis fluidi ſanguinis periodica, innoxia.

Obſ. 108. ab eryſipelate ζωςης dicto, funeſta & gangræna.

Obſ. 109. a variolis os & gula coaleſcunt.

In T. II. n. 14. In phthiſica vetula inciſa flatus in pulmone & abſceſſus pure plenus. Sic in rene cum ſibilo, tamen abſque calculo. In falce cerebri viſcida materies.

N. 15. In phthiſico pulmo duriuſculus, parvis ſteatomatibus & tuberculis purulentis obſitus.

N. 16. In hydropica cum aqua in pectore fœtida, quæ pleuram & diaphragma adroſerat, pulmonis membrana craſſior, pus in pulmone. In glandulis colli materies pultacea, quaſi gypſea.

N. 17. In vetula a diarrhœa peremta, gypſea & viſcida materies in tumorem collecta, omento adnata: in pericardio flatus, tenue inteſtinum fibris cum colo cumque rene cohærens

Ann. III. IV. *obſ.* 71. Tænia de infante bimulo egeſta.

Obſ. 72. Acuum deglutitarum itinera: qualis per umbilicum prodiit.

Ann. V. *obſ.* 114. Subitanea hydrophobia per rabiem lethalis; corpus tabefactum,

factum, hepar pene gangrænoſum; ventriculi tunica interior corrupta, œſophagus quaſi clauſus. Cauſa morbi non nota.

Matthias Jacobæus.

Obſ. 113. a ſalium volatilium uſu frequens, & pene funeſta, ſanguinis per nares jactura.

Obſ. 114. a fumo ſeminis hyoſcyami excuſſi de dentibus vivi vermiculi, ſed inde vertigo, ſtupor & imbecillitas ſuborti.

Obſ. 117. Saga ex odore morituros divinans.

Obſ. 118. a nimio uſu ſpiritus frumenti femina combuſta.

Obſ. 119. deglutitio difficilis, cruſta de œſophago per anum decedente ſanata.

Ann. V. *obſ.* 115. a pilulis quibuſdam cephalicis tumor capitis & ſuffocatio.

Obſ. 116. aqua coſmetica ex ſublimato hydrargyro deglutita: inde vomitus, convulſiones, febris, tamen ut ægra ſervari poſſet.

Obſ. 119. ad hydropem ſcorbuticum ſalutaris vis chalybis.

Obſ. 128. calculoſæ, ut putabatur, feminæ oleum quoddam ab agyrta propinatur: dolor cum lotio reddendo immanis, calculus in cadavere nullus, veſica glabra.

Obſ. 121. ab utero gravido adeo vehementer conpreſſa cervix veſicæ, ut urina ſupprimeretur, & veſica funeſta gangræna corrumperetur.

Obſ. 122. hæmorrhagia narium invicta, demum ſopita, cum oſſiculum de naribus deceſſiſſet.

Obſ. 130. lapidem bezoar verum cum ſpiritu nitri vehementer fervere. Non ita alium calculum.

Obſ. 131. Variolæ, inde gingivarum & labii ſuperioris gangræna funeſta.

Obſ. 132. a gangræna male ſuppreſſa dyſenteria. Ab enormi doſi colocynthidis ad fugandam dyſenteriam exhibita, tormina crudeliſſima & dyſenteria.

Nicolaus Stenonis Filius.

Act. Hafn. Ann. I. *obſ.* 131. Vituli hydrocephalici inciſio, inde caput ſimile canini capitis, in cerebro quatuor aquæ libræ.

§. DCCXCVII.

CASPAR BARTHOLINUS THOMÆ F., CASPARI N.

Vir acuti ingenii, qui demum ad magnos honores, & locum honoratum in regio miniſterio emerſit.

In *Act. Hafn. Vol.* I. *obſ.* 139. Inedia & lacrumæ ſanguinæ fraudulentæ.

In *Vol.* III. *obſ.* 56. In homine verminoſo pulmones purulenti, vermes omnino nulli.

EJ. *exercitationes miſcellaneæ varii generis* Leid. 1675. 8.*. Utcunque huc faciunt, In I. de variolarum cauſa agitur: in III. de uſtione bregmatis, hiſtorice potius quam medice. In VII. de ſtyptici liquoris uſu interno, cujus nempe arcani vis in ſanguine reprimendo efficax coram rege experimentis confirmata fuerit. Carnis fruſta confervere, ſi cum ſymphyti radice coxeris. Liquores ejuſmodi varii. REDI experimenta.

In *tr. de ovariis mulierum* Amſterd. 1675. 12. *. HIERONYMI BARBATI contra noſtrum inutilia ratiocinia refutantur.

In libello *de unicornu*, quem noſter recuderat Amſterd. 1678. 8. *. morboſa cornua deſcribuntur.

Liber *de puerperio veterum expoſitio* Rom. 1677. 12. *. cum *epiſtola* THOMÆ patris *de puerperio veterum* recuſus, argumenti potius eſt philologici.

Diſputationes utique potius juvenum ſunt opus, qui reſpondentium partes defenderunt, ut *de aphonia* Hafn. 1684. 4.

EJ. *de cruditate ventriculi, ſ. fermentatione alimentorum læſa* Hafn. 1685. 4. PL.

EJ. *de pleuritide & peripneumonia* Hafn. 1700. 4. *. R. J. de BUCHWALD.

EJ. *de eſſere Arabum* Hafn. 1703.

§. DCCXCVIII. BINNINGER. DECKER.

J. NICOLAUS BINNINGER, ex ſchola Italica & Gallica, paulum credulus & ſuperſtitioſus, neque pleniſſimas daturus morborum hiſtorias, inciſiones tamen corporum morboſorum utiles paſſim interſperſit, tum clinicas alias.

EJ. *obſervationum & curationum medicinalium Centuriæ* V. Montisbeligard 1673. 8. *. Argent. 1676. 8 L. Urinæ cruſta ſupernatans arenoſa. Lumbrici de umbilico erumpentes. Calculus acui circumnatus. Cornea tunica ab ictu diſrupta, reconciliata. Cucurbitula ſicca ſub mamma admota ex HIPPOCRATIS conſilio, nimios menſes repreſſit. Lienis, ut putat dolor & tumor, clyſtere pur-

purgante diſcuſſus. Ulcere ſub mammis enato ſuppreſſi menſes redditi. Mors ex nimia ingurgitatione pedum vitulinorum. Hydrocephalus, ut putat, in homine quadragenario, ſubito natus, tumor nempe maximus faciei & colli, pellucida aqua plenus, poſt cephalæam, purgata alvo ſanatus. In puerpera aura a pede abſcedens dolorem faciebat univerſi corporis, deinde cardialgiam, febrem, convulſiones. Sic ab aura ejuſmodi atrox tibiæ dolor, ſphacelus, amputatione facta, & in altero latere tibia ſphacelata reſecta, mors. A nucleis ceraſorum in colo inteſtino collectis, gangræna inteſtini, & mors poſt triennium. Herpes zona, diaphoreſi ſanatus. In calculoſo ſtylus per urethram in ipſum renem pertingebat, nulla interpoſita veſica. Plurimus in pectore adeps cum ſpirandi difficultate. A paronychia inciſa, æſtus in cordis regione periodicus, & cephalæa ſuperata. Empyema pro aſcite hydrope habitum. Ex lapſu in caput abſque vulnere, ut videtur, tumidiſſimum abdomen, eductis flatubus ſubſedit. Ab acidulis Swalbacenſibus ipſe in debilitatem, ſanguinis ſputum, dyſenteriam incidit. A ſecundis retentis ſeptimo die mors, tumidiſſimo abdomine, fœtore cadaveroſo. Acidæ pituitæ ſenſus, dimidii capitis paralyſis, riſus ſardonius (ore ad latus diſtracto). Hyſtericus dirus adfectus, tumores demum vagi abdominis, tabes. Vaſa ſpermatica, ut noſtro videtur, ſubcæruleo ſemine repleta, teſtes, tubæ, vaſa deferentia, veſiculæ ſeminales (quid?) tumebant, inque iis ſemen, cujus pars aut ſebi aut ſteatomatis ſimilior erat, ad ſeſquilibram Diarrhœa ſpontanea malum hypochondriacum ſuſtulit Aquæ longe ante partum manantes, partus infelix. Typica narium hæmorrhagia. Cadaveribus aqua fontis venenati infecta, cephalææ febreſque per totum pagum. Vere ut credit obſeſſi.

FRIDERICUS DECKERS Leidenſis Profeſſor, medicus & chirurgus. Ej. *exercitationes practicæ circa medendi methodum* Leid. 1673. 8. TREW. 1694. 4. *. Neapoli 1726. 4 hic ad ANGELO de MARTINO animadverſionibus auctæ. Ordo operis ſequitur claſſes auxiliorum, errhina, ſuffimenta maſticatoria, vomitoria, purgantia, clyſteres, ſudorifera, diuretica. Cujuſque claſſis ſingulæ ſpecies, formulæ, deinde morbi in genere in quibus proſint, indicantia, vetantia, & ſingularia exempla, in quibus iis remediis noſter bono cum ſucceſſu uſus eſt. Ecce exempla. In phthiſi vomitu præter rem moto, ſanguinis ſputum In hæmoptoe balſamum Locatelli & infuſum ſolani dulcamaræ bono effectu propinata; ejus balſami ſcriptio, terebinthina, balſamus peruvianus, ſulfur, cera, parum certe ventriculo apta. In febre quotidiana continua die ſexto ſcrotum inflammatum & vomitus: iſte laudano repreſſus cum aromatibus, illud in pure plenum abſceſſum abiit. In ſcroto intus cruſta calcaria cranio ſimilis ſubnata, minutatim demum forcipe extracta. Pueris emetica non convenire (imo facillime ferunt). Indicari ab oculorum madore potiones tepide ſumendæ. Nimius vomitus opio in aromaticis ſoluto citiſſime reprimitur. Mercurius vitæ in quartana febre alvum movet, non vomitum. Hic noſter ſalem dedit ammoniacum. Purgantia per ſuos gradus. Quæ fructuum horæorum abuſui adſtringentia ſuperbiberat, a doloribus fere in furorem acta, clyſteribus lacteis cum diaſcordio, tum pilulis

ex opio & rheo ſanata. Electarium DECKERI antidyſentericum, totum adſtringens; ſirupus diacolocynthidon SYLVII, oleum febrifugum ex antimonio crudo cum ſalis ammoniaci ſublimati floribus colliqueſcentibus, guttis tribus ad octo ſumtis, Ex refrigeratione graviſſima tuſſis cum anxietate, hinc quartana & anaſarca, morbus diureticis ſanatus, ex ſambuco cum ſale ammoniaco. Quartana, hydrops, decocto purgante valde compoſito & epithemate ſuperantur. Inter indicantia catharſeos ſuccus pancreaticus acidior. Epilepſia annua laudano ſ. cum ſale ammoniaco & purgantibus pilulis ſanata. Injectiones in angina ſalutares. Aſthma ex pleuritide ſuperſtes, curatum alvo ducta. Quartanam ſevera diæta nonnunquam ſanari. Frequens in quartana recidiva, niſi corticis febrifugi uſui diarrhœa ſucceſſiſſet. Quare noſter ante nuperos conſtanter & bono ſucceſſu purgantia cortici adjecit, ipſam jalapæ reſinam. Radice etiam ſerpentariæ ejus effectus adjutus. In febre continua, quæ multis malis ſucceſſerat, *pedra del porco* infuſa ante paroxyſmum, inde ſudor, alvi libertas, ſanitas. Cortex febrifugus in cereviſia adhibitus. Plura neceſſe eſt omittere.

EJ. *praxis Barbettiana cum notis & obſervationibus* FRIDERICI DECKERI Leid. 1669. 12. Amſterd. 1678. 12. *. Germanice, vertente P. Iw. Francof. 1693. 8. Ad morbos a capite ad calcem, ſua conſilia noſter addidit, & parallelos aliorum ſcriptorum locos. In epilepſia, ſed extra paroxyſmum, opii uſus utilis. Epilepſia aromaticis, ſed valde compoſitis curata, & apoplexia, ſed levior, ſalivatione. In hoc malo reſinam colocynthidis commendat & extractum hellebori nigri. In lethargo turbith minerale naribus inflatum, inde plurimum cum pauco ſanguine pus eductum, eventu optimo. In angina mireris gargariſma adſtringens & acre cum ſale ammoniaco adhibitum. In cancro & ſcrophulis amalgama ex hydrargyro & plumbo. Ad ſtrumam emplaſtrum de ranis cum mercurio, galbanum, ſaccharum ſaturni, ſal volatilis ammoniacus, mira miſcela. Anevryſma imprudenter apertum funeſto eventu. JACOBUM HADDEN probare videtur, qui pleuritidem omnem abſque venæ ſectione docuit curari. Ipſe juveni cum difficili reſpiratione & levi dolore aromatica cum theriaca, opio & ſpiritu ſalis ammoniaci dedit, & ſimilia pleuritico, acute febricitanti, qui merito periit. Phthiſicis gummi arabicum cum croco, flore ſulphuris & decocto ceparum. Cum febris ex acido & viſcido naſcatur, Noſter adtenuantia dat, & acida cum ſalibus fixis & volatilibus miſta, ipſos ſpiritus minerales, potiſſimum tamen quoties plus eſt frigoris quam caloris. Febres tamen addit, ſe ſanaſſe vomitu mercurio vitæ moto, tum purgante medicamento & hauſtu ſudorifero. Plura omitto.

§. DCCXCIX. VARII.

JACOBUS CONSTANT, quem ſæpe vocant de REBEQUE, ex familia nobili, ad ſummos in exercitibus Belgicis honores evecta, clinicus, botanices ſtudioſus.

EJ. eſt *le chirurgien charitable* Lauſanne 1673. 8. *. Lyon 1731. 8. quo opere etiam lepra, & morbi alii cutanei & lues venerea continentur. Venerei

mali

mali quatuor facit gradus; humores decoctis variis ſolet præparare: tunc lignorum decoctum dare, & ſudorem ciere ad dies uſque quinquaginta: & demum in deſperato caſu ad unguentum mercuriale venire, atque ſalivam movere. Formulæ. Herbæ vulnerariæ helveticæ, quas nimis parce componit, ex ſola pervinca, artemiſia & virga aurea.

Ej. *le médecin charitable* Genev. 1673. 8. Podagra lacte curata.

Ej. *l'apoticaire charitable* ib. 1673. 8. *.

Ej. *prodromus medicinæ helvetiorum* ib. 1677. 8. *.

Ej. *atrium medicinæ helvetiorum* ib. 1691. 12. *. Pharmacopœa ſive medicamenta officinalia, & quæ inde parantur, compoſita, etiam chemica. Denique obſervationes medicæ 131, morborum paſſim occurrentium. Vetula poſt varia mala, etiam anaſarcam, ad firmam valetudinem redeuns, nonagenariam ætatem ſuperavit, denique hydropica interiit, cruribus ruptis, aqua manantibus, ſed in gangrænam verſis. Decocta ſudorifera in febribus pituitoſis temperamentis prodeſſe, calidis nocere. Paralyſis alterius lateris venæ ſectione ſuperata. In febre pueri intenſiſſima cum difficili ſpiritu, vomitus motus, optimo effectu. Cum in profundo ſopore pueri vix pulſus perciperetur, clyſteribus expergefactus eſt: cumque medicus purgans medicamentum daturus eſſet, inexſpectatas vidit variolas erumpere. Morbilli cum convulſionum metu & deliriis eruperunt, refutatis a noſtro calidis. In femina gravida quarto morbillorum die vena inciſa, repetita ob anginam ſanguinis miſſione. Maniacus hirudinibus ad venas hæmorrhoidales admotis, datis refrigerantibus, convaluit. A ſecunda retenta magna ſymptomata & mortis metus, depulſus validis cardiacis, ejecta ſecunda. Lumbrici croco metallorum de alvo exturbati. Homo ſanus ex metu veneficii in cordis palpitationes, & arteriarum pulſationes incidit, & hirudinibus ad anum admotis ſanatus eſt. Aſthma curatum clyſtere acri, emetico vino, illito adipe caponis.

Ej. *eſſai de la pharmacopée des Suiſſes, en laquelle on fait voir, que les médicamens, qui naiſſent en Suiſſe ſont ſuffiſants pour compoſer la pharmacopée entière, & pour la guériſon de toutes les maladies.* Eſt idem opus latine verſum & auctum Bern. 1709. 12. Præter plantarum cenſum ſpontanearum & hortenſium, virium populariter receptarum indicem habet. & aquas etiam medicatas Helvetiæ, non abſque propria adnotatione, ut tamen aliqua nimia ſint, & in patria non viſa.

Lemeryi *chemiam* latine reddidit Genev. 1681. 12. L.

An diverſa, *la médecine domeſtique contenant le gouvernement de la ſanté* Genev. 1677. 8.

Sigismundi Koenig Bernatis, *Bibliothecam medicam* Lion 1673. 12. video citari.

Ej. *λιθογενεσιας humanæ ſpecimen binis epiſtolis ad ſocietatem Britannicam exhibitum*

hibitum Bern. 1689. 12. *. & in Phil. Tranſ. n. III. 181. tum Wien 1686. 12. ut lego. Virgo paupercula immenſam vim lapidum per vomitum perque anum expulit, quorum analyſin & ipſe FRIDERICUS SLARE ſuſcepit. Nullus præter ſpiritum nitri liquor iis calculis ſolvendis ſuffecit. Igne ſubjecti quos evomuerat, prodiit aliquantum ſalis volatilis cum ſpiritu & phlegmate, terræ plurimum, ſalis fixi vix quidquam. Qui ex veſica prodierunt, ii plus habebant volatilis naturæ cum ſubacido phlegmate, ſpiritu forti urinoſo, & modica ſalis fixi portione. In ſtranguricſo viro renes mole aucti, calculis pleni, & lapilli ex tonſillis exciſi. Epiſtolæ doctorum virorum. Sanaſſe ſe, qui per inteſtinum calculum & gypſum excreverat. Periiſſe, qui de pulmone calculos rejecerat. *Prodromus arthriticis meliora augurans* ſubjectus eſt.

IDEM in *Phil. Tranſ.* n. 157. dedit compendium deſtinati de calculis operis. In n. 181. calculos recenſet, in variis corporis humani partibus repertos, & analyſin vid. *Bibl. Chir.* I. p. 453.

GERHARDI FELTMANN J. C. tr. *de cadavere inſpiciendo ac varia de funeribus, ſepulturis, venenis; cruentationibus* Gröning 1673. 4. *. Etſi non eſt medici opus, omnino tamen meretur innoteſcere; docti enim viri eſt, cujus acutum fuit ingenium. Multa quidem alia & ad jura principum pertinent, atque privatorum, aliqua etiam ad nos. Studioſorum corpora a magiſtratu academico inſpiciantur. Judex debet intereſſe inciſioni cadaveris, & medicum dare, non reus. Sufficient duo medici, denique unicus. Quid judici agendum, quando medici a ſe diſſident. Nondum eo ævo de tranſmiſſione actorum cogitabatur. Medicus eſt doctor, tonſor homo vilis. Medici cum chirurgis vocandi, neque ob voces CAROLO V. elapſas excludendi. Si medici deſint, poſſunt chirurgi ſufficere (ut de vulnere referant). Jurati referre debent. Contra inculpationem rei, ex fluxu ſanguinis de cadavere; eum poſſe innocentiſſimo homine præſente locum habere, & viciſſim nullum prodire, vero homicida præſente. Neglecta tempeſtiva inciſione cadavera debere effodi.

EJ. *jus georgicum de incluſione animalium, aliiſque rei agrariæ argumentis* Colon. 1736. 4.

EJ. *de dea podagra l. ſingularis* Brem. 1693. 8.

J. DIETRICH *de doctorum dignitate nobilitate privilegiis præeminentia* Salzburg 1673. 12.

CHRISTIAN HOFMANN *de ſtrumis, ubi omnia ad ejus affectus theoriam atque praxin pertinentia exhibentur* Caſſel. 1673. 4.

JOHANNES SCHEFFER, cujus poſteri ad ſummos honores evecti ſunt, *laponia illuſtrata* Francof. 1673. 4. *. Morbi endemici, laborant in oculis ob fumum, cujus ſunt patientiſſimi. Longævos tamen eſſe. Frigori reſiſtere veſicis.

JOH.

JOH. COUSIN *novum aſthma, novis ſignis, novam cauſam arguentibus, detectum* Pariſ. 1673. FALC.

ISAACI SCHOOK *Centuriæ duæ rariorum problematum hiſt. medico phyſicorum* Groning. 1673. GUNZ.

JOH. BASCARINI *diſpenſationum medicomoralium canones duodecim* Ferrar. 1673. 16. CARR.

An huc J. B. PACICHELLI *Cheiroliturgia ſ. de varia ac multiplici manus adminiſtratione* Cöllen. 1673. B. THOM.

CLAUDIUS MARTELLUS ad JANUM LEONICENUM *de nupera metamorphoſi* ÆSCULAPII & APOLLINIS Leid. 1673. 8. B. THOM.

Exorciſmus medicus in cauſa SCHMUZIANA 1673. 8. B. THOM.

Nobiliſſimorum medicamentorum biga Stutgard. 1673. 12.

§. DCCC. NICOLAUS DE BLEGNY.

Chirurgus herniarius, idem medicinæ Doctor, homo ambitioſus, irrequietus, qui ordinem equeſtrem conatus ſit conſtituere, cujus ſe magiſtrum faceret & præſidem, ob eam potiſſimum culpam in exilium actus, novarum rerum ſtudioſus & propagator. Multa ſcripſit.

L'art de guérir les maladies veneriennes expliqué par les principes de la nature & de la mecanique Paris 1673. 12. 2 Vol. *ſuite des obſſ.* 1677. 12. FALC. 1683. 8. la Haye 1683. 8. Amſterdam 1696. 8. 3 Vol. 12. Anglice 1687. 8. 1707. 8. OSB. Latine in *Zod. Med. Gall. Anat.* Morbum antiquitus notum fuiſſe, etiam Moſi. Nimia venere abſque contagio contrahi. Symptomata quæ vocat lues particulares. Uſum adſtringentium auxiliorum in gonorrhœa improbat. Criſes luis venereæ, nempe bubo, vomitus, ſedes, urina, ſalivatio. Ligna quibus ea lues impugnatur. Corticem ligni guajaci nimis calidum eſſe & acrem: radix Saſſafras, quam noſter præfert. Hydrargyrus: ejus formulæ ad internum uſum & ad externum: illum reformidat. Inunctionis modus & ratio. Ulcera per ſalivationem exorta non morbi eſſe effectum, ſed hydrargyri, & pariter ſanis hominibus moleſta eſſe, qui hydrargyrum in ſanguinem reciperet. Funeſti eventus ſalivationis. Medicum ea poſſe carere, & decocta ſudorifera atque diuretica ſufficere. Exempla ejuſmodi curationum producit, modum vero curandi non indicat.

EJ. *remède Anglois pour la guériſon des fievres publié par ordre du Roi* Pariſ. 1672. 12. in titulo, verum annum puto eſſe 1682. 12. Lion 1680. 12. *. Bruxellis eodem anno, Germanice Genev. 1683. 12. Prima pars remedii corticis eſt in pulverem redacti, in vino rubro macerati, frequenter motitando

& admiſcendo. Ea infuſio fortior febrem curat. Altera infuſio fit pulvere primæ infuſionis miſto cum dimidia doſi novi corticis, & pariter in vino macerato. Hanc dat Archiater (DAQUIN) febre jam ſuppreſſa, & prima infuſione per ſex dies ſumta. Tertia fit pulvere ſecundæ infuſionis ſimpliciter in vino infuſo, quam adhibere jubet D. poſtquam octiduo ſecunda infuſio data fuit, deinde omittere & poſt 15 dies iterare. Eſſentia fit pulvere corticis in ſpiritu vini infuſo per 15 dies, agitando quotidie. Hac eſſentia adjecta primæ infuſioni, ejus efficacia augetur. Si neque hæc corticis forma ſuffecerit, electarii ſpecie ſumitur pulvis cum ſirupo limonum aut cydoniorum miſtus. Si alvus ſicca fuerit, vinum purgans, hic præſcriptum, additur infuſioni corticis. Aqua & ptiſana debere abſtineri. TALBOTUM, nam hoc ei viro nomen facit, nimis brevi tempore corticem infudiſſe, non ſatis hoc remedium depuraſſe, ejus uſum male ad febres continuas tranſtuliſſe. Aliud electarium, cortice cum pulvere centaurii minoris & cum theriaca ſubacto. Opii levis hiſtoria, quo DAQUIN in febribus utebatur.

EJ. *Hiſtoire anatomique d'un enfant, qui a demeuré vingt-cinq ans dans le ventre de ſa mere* Paris 1679. 12. *. alii 1678. 12. ſed verus annus eſt 1679. Fetus idem toloſanus, de quo F. BAYLE. Ex utero ulceroſo, prope tubas perrupto, fetus in ventrem elapſus fuerat. Obductus erat cruſta dura, pene cartilaginea, ad pollicem craſſa, ſed ad ignem fuſili. Se ipſum, cum uterus inanis eſſet, de dilatata tuba FALLOPII plurimum ſanguinem eduxiſſe.

EJ. (litteris deſignati N. D. B. chirurgi jurati Paris) *les nouvelles decouvertes ſur toutes les parties de la médecine* Paris 1679. 12.*. Initium eſt a Januario menſa 1679. Medicamentum compoſitum ex cortice peruviano cum corticis fraxini tantundem in ſpiritu vini macerato, cum ſpiritus ſalis ſub quadruplo; ejus guttas viginti ad hæmorrhagias ex vino rubro dat. Exemplum fetus compreſſi & eliſi In ſtudioſo viro vomitus adſumtorum quorumcunque, & tabes: pylorus extus gypſea dura materie cinctus, tum duodenum, ut pylorus anguſtiſſimo foramine pateret (*a*). Penna deglutita & abſque incommodo in ventriculo retenta. Epilepſiæ pathologia, eſſe a ſero ſub cranio effuſo: remedium ex duobus helleboris ſuſpectum. Omnino caruncula ſin urethra dari, in exemplo. Vermes hirſuti ex abſceſſu inteſtini cum alimentis prodierunt, ulcus tamen facile ſe claudi paſſum eſt. Vermis hirſutus cum lotio exiit. Vomica pulmonis ex uſu cathartici ſcreando rejecta. Medicorum *Pedariorum* ſchola in viginti aphoriſmos digeſta, ſatyra in vulgarem ejus ævi medicinam. Partus difficilis venæ ſectione expeditus.

BLONDIN fetus retenta oſſa per apertum cauſtico abſceſſum extracta.

Fabella a D. D. EMERI communicata, de arenulis oculo injectis, quæ in calculos

calculos abierint; redit in *Journal des Savans* a. 1679. a. II. & de iisdem agit de S. ROMAN.

IDEM D. EMERI de curatione ſympathetica minitantis gangrænæ pedis, cum contuſus fuiſſet.

Anno ſequente 1680. titulum diarii B. mutavit, ut eſſet *le temple d'Eſculape ou le dépoſitaire des nouvelles découvertes en médecine* T. II. 12. *. Omnia ſimilia.

Aphoriſmi, in quibus compendioſa medicinam faciendi methodus continetur. Satyra.

Verumontanum tumidum, materia ſpermatica ſuis in vaſis petrefacta, & ejaculatoria plena lapillis ſubrotundis præduris.

Arcanum febrifugum BLEGNYI promiſſum.

Ad peſtem avertendam inciſio in inguine, quam turunda apertam teneas.

Poſt iſchuriam veſica minima, ren minor, alter duplo major.

De dentium morbis.

Anonymi de ortu & progreſſu medicinæ diſſ.

De hydrargyri effectibus turbatis, & actione per alvum.

Anonymus de aquis mineralibus.

In pleuritico pleura livida, pulmones ſanguine infarti.

Denuo alius titulus *Journal des nouvelles découvertes* T. III. Paris 1681. 12. *. Sal ſulfuris ad omnes morbos pectoris utile.

Retenta urina, inde iſchuria, veſica intumeſcens lotio fruſtra cathetere exhauſto, cum veſicæ tonus non redderetur; paulatim tamen ſanitas reſtituta, poſtquam catheter in veſica relictus fuerat.

In colica nephritica aqua ſtillatitia ſedi vermicularis potens eſſe remedium. Puellus tabidus, in quo pulmo partim ulceroſus, partim ſcirrhoſus.

Hæc Diaria THEOPHILUS BONNET latine vertit, & *zodiacum medico gallicum* dixit, *ſ. miſcellanea medicophyſica gallica* T. I. pro a. 1679. Genev. 1679. 4. *. cui adjectæ ſunt *obſervationes de lue venerea*, de quibus editor aliqua leviora reſecuit: & T. II. pro a. 1680. Genev. 1681. 4. *. cum JACOBI SPON & MONGINOT *obſervationibus de febribus & febrifugis*, & RAVELLY *de ventris fluxibus*. T. III. pro anno 1681. Germanice prodierunt vertente J. L. M. C. Hamburg. 1680. 8. 5 vol. Belgice vertit S. BLANCAARD, quem dicemus Amſterd. 1680. 8. inde Germanice Lipſ. 1690. 8.

EJ. *la doctrine des rapports en chirurgie, fondée ſur les maximes & l'uſage*

Lyon 1684. 12. *. Aliis auctoris opuſculis hoc melius videtur. Perite I. modum docet, quo a medicis & chirurgis de rebus ad legem pertinentibus reſpondetur. Qui reſpondent, nominantur ab archiatrorum comite, bini in quaque civitate, alias tamen judices eos nominat. Pariſiis matronas juratas eſſe conſtitutas, quæ de jure reſpondeant, ubi de congreſſu agitur. Cum iis medicos non conferre, quæ ignaræ ſint, & a. 1665. bis feminas gravidas eſſe negaverint, quæ ſupplicio adfectæ utique fetum utero geſtaſſe repertæ ſunt, qui crudelis error etiam mihi ex inciſo cadavere aliquando revelatus eſt. In parte II. reſponſorum exempla ſunt: ſunt autem fere reſponſa de probabili vita, & de periculo læſi hominis. Aliæ ſunt quæſtiones de virginitate, de ſignis ſtupratæ virginis, ex hymene rupto adgnoſcendæ; de ſuffocatis, ſubmerſis, ſuſpenſis, quibus utriſque ante os ſpuma ſit, de veneno ad experimentum in animale factum. Chirurgi hic etiam de paralyſi, de cæcitate, de impotentia reſpondent, & de vulneribus ſoli. In æſtimationibus & diſpenſationibus medici concurrunt.

Mercure Savant, quem BLEGNY cum D. GAUTIER ſuſcepit edere Amſterd. 1684. brevis ævi fuit.

EJ. *le bon uſage du thé du caffé & du chocolat pour la préſervation & la guériſon de maladies* Lyon 1688. 12.

EJ. *ſecrets concernants la beauté & la ſanté* Paris 1689. 8. 2 vol. 1698. BUR.

§. DCCCI. ALII.

ELIE BEYNON *ſuite du Samaritain charitable, medicamens approuvés, deſcription circonſtanciée des maladies, leurs cauſes, ſignes & moyens de les guérir traduit par* LOUIS FRANC. Genev. 1673. 8. *. prodiit. Formulæ undique collectæ, nullo ſelectu, Germanice Francf. 1682. 12. Nurnberg 1738. 8. 1752. 8. Sed ille ſamaritanus antiquior liber eſt.

La harangue de la goute à tous ſes hôtes Genev. 1673. 8. *. Jocoſa morbi apologia, & curationes ſingulares.

J. BOUCHER BEAUVAL *traité de la populaire bilieuſe de Poitou* la Rochelle 1673. 8. FALC.

ROBERT GODFREY *various inſuries and abuſes in chymical and galenical phyſik committed both by the phyſicians and apothicaries detected by* R. G. London. 1673. 8. BUR. 1674.

ALMOND *engliſh horſeman and farrier* Lond. 1673. 8.

JOHN. ARCHER *any man its own doctor with an herbal* Lond. 1673. 8.

L. S. προφυλακτικον *or ſome conſiderations on a notable expedient to root aut the french pox from the engliſh nation* Lond. 1673. 12. ASTR.

JOHN.

John Rai, celebris botanici, opera botanica non repeto.

In *obſervations topographical, moral and phyſiological made in a journey through part of the low countries, Germany, Italy and France* Lond. 1673. 8. *. plura huc faciunt ad ſtatum academiarum, hortos medicos, theatra anatomica, rariorum collectiones, thermas, aquas minerales.

In ejus *collection of engliſh words* Lond. 1674. 8. lego varia ad vires medicatas & medicam materiem facere.

Cornelius v. Solingen medicus, chirurgus & obſtetrix.

Ej. *embryulcia ofte afhaalinge eenes dooden vrugts door de hand eenes heelmeſters* Hag. 1673. 12. *. Cauſæ partus difficilis a plethora, a fœtidis odoribus, ab alvo conſtipata, ab hydrope partium genitalium. Signa fetus mortui. De retenta ſecunda.

Ej. *ampt en plicht der vroedvrouwen* Amſterd. 1684. 4. Molæ. Symptomata varia prægnantium, vomitus, dorſi dolores, tuſſis; Hydrops uteri. Vinculum, quo belgæ ſolent uti ad ſuſtentandum ab enixu abdomen. Morbi aliqui infantum. Adnotationes. Molæ aliquæ; hæmorrhagia, uteri ſcirrhus, cancer. Veſica lotio ſupra modum diſtenta. Aetitis vires fabuloſæ. Lochia ſuppreſſa, revocata vena ſaphena inciſa, ſpongia in vaginam data. Placenta veſicaria. Induratio fæcum inteſtinum rectum claudens, ſoluta clyſteribus ex lotio factis. Pennæ quaſi ſtruthiocameli ſanguine plenæ egeſtæ.

Ej. *manuale operatien* &c. Amſterd. 1684. 4. *. Medicamenta aliqua. Arthritidis curatio. Spaſmus cynicus. Scrofulæ.

Opera omnia Amſterd. 1698. 4. *.

Franc. Ignat. Thiermaier *conſultationum & ſcholiorum medicorum* L. IV. Munchen 1673. 8.

Ej. *kurzer Unterricht in beſorglichen und gefährlichen Seuchen neu aufgelegt* ib. 1713 8.

Lauream appollinarem lego jam a. 1651. Monſpelii adquiſiviſſe.

Adrian Nasser's *koſtbarer Schaz der Geſundheit darinnen allerhand ausgeleſene Arzneyen ausgetheilt werden* T. I. Nurnberg 1683. 8.

Gaspar Cardosa de Siqueira *parte de ſegredas de naturaleca tuvadas de regras filoſoficas* Lisbon 1673. 12.

Georgii Genova chirurgi *oſpitale publico di varii mali ed eſperimentati ſecreti* Belogn. 1673. 12.

Astolfus Columbani *modo di adoperar la tazza purgativa perpetua* Aquila 1673.

J. B. Ferrari *tr. utile per guarir cavalli, bovi, vacche* &c. Bologna 1673. 12.

§. DCCCII. DISPUTATIONES.

J. SCHOUTEN *de ſcorbuto* Leid. 1673. 4.

PETRI HOPPESTEIN *de cholera* ib. 1673. 4.

GODOFR V. ALPHEN *de pleuritide* ib. 1673. 4.

J. AB HOOLWERF *de aſthmate* ib. 1673. 4.

C. VASMORUS *de ſanguine ejuſque læſione in phthiſi* ib. 1673. 4.

J. a. KLIEFTENBURG *de ictero flavo* ib. 1673. 4. *.

G. LOVELL *de febre delira ſ. delirio* ib. 1673. 4.

JOH. CHR. BAUTZMANN *de peſte* ib. 1673. 4. *.

DAVID MARTINI *natura acidi & alcali genuinarum ſanitatis & morbi cauſarum* ib. 1673. 4.

J. WERCKHORST *de phthiſi* ib. 1673. 4.

C. v. der LINDEN *de plethora* ib. 1673. 4.

J. FRID. VAN CAPPELN *de ſcorbutica ſanguinis intemperie* ib. 1673. 4.

ALBERT MOEHRING *de animi pathematibus* ib. 1673. 4.

HERMAN HEINEKEN *de hydrope aſcite* Franecker 1673. 4.

GE. FRID. HUCK *de obſtructione fiſtulæ inteſtinalis* ib. 1673. 4. *. Vermes aliquoties cauſæ obſtructorum inteſtinorum.

J. CHRISTOPH HERT *de catarrho ſuffocativo* Gieſſ. 1673. 4.

J. OTTO HORSTIUS *de fetu abortivo icterico* Gieſſ. 1673. 4.

D. KELNER *de empyemate* Helmſt. 1673. 4. HAEN.

J. LUDW. HUXHOLZ *de fontanellis* Marburg. 1673. 4.

J. FR. REINHARD & CRAUSE *theranthropiſmus fictus* Witteb. 1673. 4.

SIM. FRID. FRENZEL *de cadaveribus humanis ad præſentiam homicidæ cruentatis* Witteb. 1673. 4. HEE.

EJ. *de cauſis corporum cruentorum ſuperioribus non modo annis ſed elapſo cum maxime in Miſnia viciniſque oris conſpicuorum* Witteb. 1673. 8. HEF.

JAC. FRID. MULLER *Lycanthropia ſ. de transmutatione in lupos* Lipſ. 1673. 4. HEF.

J. FRISCHMUTH *programma in funere* G. ROLFINK Jen. 1673. 4.

Frider. Bechmann *de termino vitæ humanæ* Jen. 1673. 4. He.

Eberh. Erkels *de febre quartana intermittente* Baſel 1673. 4. Pl.

J. Georg Poetter Præſide Petro Möller *de ventoſitate ſpinæ* Regiomont 1673. 4. *. Hiſtoria morbi & inciſi cadaveris. Medulla putrilaginoſa in oſſibus, perioſteum incraſſatum, tibia mole aucta, ſpina eminens & acutiſſima, fibula exoſtoſibus efflorefcens.

Georg Reitmeyer *de lumbricis* Altdorf. 1673. 4.

Benjamin Niesius *de elephantiaſi ſ. lepra Arabum* Argent. 1673. 4. *.

Ej. *defenſio medica neceſſaria de affectione hypochondriaca* Francof. 1674. 4.

Ej. *continuatio nec non ad* J. Valentini *ſcriptum reſponſio* ib. 1674. 4.

J. Casp. Sparr *de lue venerea diſſ. duæ* Argentor. 1673. 4. *.

Marc. Laur. Donner *de apoplexia* ib. 1673. 4. *.

J. Boecler *de vomitu* ib. 1673. 4. *. alius a nuperis ejuſdem nominis Boecleris.

Claudii Raynault *quatuor quæſtiones cardinales.* Inter eas eſt cui titulum fecit *non ſolis ſudoriferis curari poteſt lues venerea* Monſpel. 1673. 4. Astr.

Petr. Yon & Germ. Preaux *E. ſenecta plena malis* Pariſ. 1673.

Ant. de. S. Yon & Petr. Daquin *E. præcox canities vitæ longioris argumentum* ib. 1673.

Cl. Quiqueboeuf & Nic. Pelletier *E. utilis a ſpontaneis alimonia* ib.

Franc. Piiart & Ren. Chauvele *E. ex animi pathematis ſanitas* ib. 1673.

Raymund Finot & Nic. de Jouvancy *E. fructus vino temperati ſalubriores* ib. 1673.

Rob. Raoult & Franc. Afforty *E. ſenibus meri potio inſalubris* Pariſ. 1673.

Math. Thuillier & Petr. Daquin *E. decedit aliquid ſanitati a diuturniori ſomno* ib. 1673.

Lud. Gayant & Petr. Daquin *Non E. arthritidis origo ſemper ab internis* ib.

Franc. Vezon & Ren. le Conte *E. recte medetur, qui hæmorrhoides venæ ſectione antevertit* ib. 1673.

Cl. Puylon & Germ. Preaux *Non E. catharſis in balneo* 1673.

Petr. Yveien & Nic. Raveau *E. ſanguis utilius mittitur primo quam medio graviditatis tempore* ib. 1673.

RAYMOND VASLET & MARC. ANT. HELLOT *Non E. cardiaca purgantibus commiſcenda* Pariſ. 1673.

§. DCCCIII. DIARIA AD ANNUM 1674.

In Vol. IX. PHIL. TRANS. n. 96. fruſta quaſi ſebi ab homine debilis ſtomachi rejecta.

ACTA HAFNIENSIA *Vol.* II. *ad a.* 1673.

OLIGER JACOBÆUS THOMÆ BARTHOLINI gener *obſ.* 45. de cyſtide piloſa intra muſculum coxæ bubulæ reperta.

Ann. III. *obſ.* 64. Peritonæum totum inteſtinis adhæreſcens, inteſtina inter ſe coalita, tuberculis adſperſa. In ventriculo fœtidum ulcus, inde perpetuus vomitus. Lien putridus; hepar ſcirrhoſum, in veſicula fellea lapilli.

Ann. V. *obſ.* 99. de veſicula venenifera ſcorpionis.

Obſ. 103. Infans abſque oſſibus, ut omnes artus huc illuc pro arbitrio flecteret.

Obſ. 104. cornu enorme ex palpebra enatum.

Obſ. 105. Aſellus vivus cum lotio ejectus.

Obſ. 106. ren canis totus abſumtus.

Obſ. 107. de polyphago ferrum & alia devorante, & cultros atque novaculas. Fæces alvi nigricabant, clavis ferrea die nono nigerrima deceſſit. Bufonem etiam devoravit integrum, non ſine magnis doloribus.

EJ. *oratio in obitum* T. BARTHOLINI Hafn. 1681. 4.*.

EJ. *compendium inſtitutionum medicarum* Hafn. 1688. 1694. 8. HEF. breviſſimum, non tamen contemnendum.

EJ. diſpp. *de natura & uſu ſalium volatilium* ib. 1695. 4. HEF.

EJ. *de febre lipyria* ib. 1695. 4. HEF.

EJ. *de vermibus & inſectis* R. JAC. WINSLOW ib. 1696. 4. HEF.

EJ. *vita J. Trevoux* 1701. Oct.

In E. N. C. Vol. IV. *ad annos* 1673. & 1674.

ANTONIUS DE POZZIS.

Obſ. 29. Febricula lenta octennis; omentum fœtidiſſimum: in pancreate adduræ glandulæ; ren alter maximus, in eo ingens calculus; ſub rene magnus abſceſſus, abſque femoris ſtupore; pulmones corrupti. Nunquam de renibus, aut de aliqua urinæ vitio conqueſtus fuerat.

Obſ.

Obſ. 30 Lien enormis molis, inteſtina tribus ulnis non longiora.

Obſ. 31. Aqua plurima in pectore, abdomine, hepar ſcirrhoſum. Ab eo dolor ventriculi. Cor bubulo majus pulmones eliſerat.

Obſ. 34. in epileptico magnum os in falce duræ membranæ, acutum, meningem fodiens, inflammans.

Obſ. 35. in alio homine calvaria interior ſeceſſerat, & verſus cerebrum tumebat.

Obſ. 36. poſt febrem ardentem libra aquæ in cerebri vertriculis.

Obſ. Mania ſanata eruca hirſuta per ſternutationem expulſa.

Obſ. 38. Fundus ventriculi a vermibus perforatus, ulcus duris labiis cinctum: per id foramen cibi exibant.

Obſ. 40. poſt cordis palpitationes, cor magnum, in eo unciæ ſanguinis grumoſi ſedecim.

Obſ. 41. Inter muſculos & peritonæum ſanguinis libræ octoginta effuſæ: in tuba altera ſeſqui libra viſcidi humoris.

Justus Cortnum.

Ann. VI. V. *obſ.* 141. Infans brachio paralytico ob tumorem nervos comprimentem; eo diſcuſſo ſanatus.

Ej. *de morbo attonito* Lipſ. 1677. 4. tum Hildesheim 1685. 4. cum tit. J. C. M. D. *utilis & curioſa apoplexiam curandi methodus.*

Frid. Lachmund.

Obſ. 173. Ex ore Jacobi Lachmund patris. In Braſilia ulcus militibus in recto inteſtino naſcebatur, paronychiæ ſimile, quod limone in inteſtinum inſerto ſanabant.

Obſ. 174. idem ſolita fere ratione de verme ſubcutaneo, vena medinenſi, & ejus curatione refert.

Obſ. 175. pluſcula oſſicula de pulmone rejecta.

Obſ. 178. de homine, cui ſingulis menſibus in auribus, naſo, digitis pedum manuumve gangræna oboriebatur.

Obſ. 180. cornu ex pede feminæ natum.

Martini Bernhardi a Berniz Archiatri regis Poloniæ.

In *appendice* eſt *faſciculus medicamentorum podagricorum ab* Uladislao IV. *adhibitorum.* Varia arcana, quorum aliqua Rex multo auro redemit, ut

duas Angelicas cum hyſſopo. Eo auxilio cum Rex adjutus fuiſſet, alia vice nihil profectum eſt. Adjectæ curationes variæ hominum arthriticorum.

Ej. *duo faſciculi remediorum* Lipſ. 1676. 1677. 4. Carr.

§. DCCCIV. Guilielmus Cole.

Guilielmus Cole Jatromathematicus & hypotheſium inventor.

Ej. *de ſecretione animali cogitata* Oxon. 1677. 8. *. Genev. 1696. 4. *. potius phyſiologici eſt argumenti: ſecretiones tamen præter naturam proprio capite dicit.

Ej. *novæ hypotheſeos ad explicanda febrium intermittentium ſymptomata hypotypoſis* Lond. 1694. 8. *. Genev. 1696. 4. *. Amſterd. 1698. 8. Fieri a ſucco nerveo depravato per admiſtas particulas heterogeneas, aut a quacunque alia ratione. Ita acrimoniam naſci in corporis humani receptaculis, ſive intervallis ultimis fibrarum: ab ea lancinationem, rigorem, & demum, quando acres particulæ in ſanguinem penetraverunt, æſtum oriri. Corticis peruviani efficaciam adverſus eas febres ſpecificam eſſe.

Ej. *eſſay concerning to the late frequence of apoplexies* Lond. 1689. 8. 1693. 8.

Ej. *conſilium aetiologicum de caſu quodam epileptico, quo reſpondetur epiſtolæ* Thomæ Hobart M. D. *Adnexa diſquiſitione de perſpirationis inſenſibilis materia & peragendæ ratione* Lond. 1702. 8. *. Inſcripſit æger epilepticus in exemplum quod legi, ſe a Coleo non quidem integre ſanatum, tamen levatum eſſe. Hobartus in epiſtola conſilium pro epileptico petit, noſter reſpondet, varia commendat, etiam viſcum. Epilepſiæ ſedem in cerebro eſſe, motuum hyſtericorum in nervis. Ut ſudor & diarrhœa perſpirationis vices & defectum ſuppleant.

In *Phil. Tranſ.* n. 173. de falſa feminæ graviditate, cum nauſea, vomitu, doloribus, mammis turgeſcentibus.

N. 173. Femina ad hæmorrhagias inclinans, indulgebat jejunii: piæ matris vaſa turgidiſſima, in cerebro ingens ſanguinis grumus. Apoplexia.

N. 174. Paroxyſmus hyſtericus cortice peruviano ſublatus. Alius morbus convulſivus per octo dierum intervalla redeuns, cum ſomnolentia & delirio.

§. DCCCV. Varii.

Justus Schrader ex familia medica laude celebri natus, ex ſchola batava prodiit, & edidit Amſterd. 1674. 12. *. *quatuor decades obſervationum anatomico medicarum*, quarum pleræque ſunt cadaverum inciſiones a J. v. Hoorne, & F. Sylvio,

Sylvio, H Meibom, Fr. Ruysch adminiſtratæ. Poſt febrem continuam, dolorem ſiniſtri (non dextri) hypochondrii & vomitus, in hepate abſceſſus maturo pure plenus. In vetula delira, cui alvus conſtipata, inteſtina inflammata, ſphaceloſa, eroſa, ut fæces in abdomen elaberentur. In fellis veſicula calculi 17. Aqua ſatis copioſa in cerebri ventriculis, & inter meninges. In viri cadavere inteſtina eroſa, in glandula pineali calculi. Pulmo inflammatus, glandulæ ad pulmonem gypſo plenæ. Poſt mœrorem in homine paupere humor in abdomine amariſſimus; inteſtina certis locis valde flatu diſtenta, alibi conſtricta; veſicula fellis aere plena. In alio, qui ſpiritui frumenti nimium indulſerat, abſceſſus in meſenterio, cujus pus in calculum concreverat; pulmo dexter pure circumfluo tectus. Poſt febrem catarrhalem malignam, nihil valde morboſum in cadavere repertum. Poſt ſævos abdominis dolores, & excretos ſanguinis grumos, inteſtina fætidiſſimo pure madida, & connata. Hernia ſpinalis. In aſthmatico puero nihil vitioſi, præter hepar diaphragmati firmiter adnatum. Poſt difficilem reſpirationem & animi deliquia tres in corde polypi. In ebrio in ipſa crapula pereunte ſpiritus frumenti odor in cerebri ventriculis perceptus. In canis abdomine prælongus vermis. Caput viri plurimis tumoribus cyſticis obſeſſum, ſebo factis. Infans in lucem editus cum ſarcomate de fronte prodeunte. Poſt cephalæam & pus per aures, nares & oculum emiſſum, cavernulæ oſſium auditus & ſphenoidei pure plenæ. Poſt natationem in puero ſpina ventoſa ſubnata, multa oſſa exeſa, muſculi conſumti. In aſthmatico, cui in pectore dolor moleſtus erat, cum tuſſi, & difficili ſpiritu, vomitus niger. In hydropico multum ſanguinis puri de alvo deceſſit. Poſt emplaſtrum mercuriale tibiæ admotum, tertio inde menſe ſalivatio moleſtiſſima. Medicus ob ſalſas defluxiones laudani 15 grana in diem ſumens. Collyrium ex infuſione croci metallorum alvum ſolvit.

G. Harveii etiam medicas adnotationes ex opere *de generatione* excerptas una edidit.

J. Munniks diſſ. *de urinis earumque inſpectione* Utrecht 1674. 12. *. 1687. 8. Breve compendium ſignorum, qualia a veteribus recepimus. Monet tamen, infantibus urinam lacteam eſſe, pueris turbidam, junioribus ſubauream, verſus ſenectutem magis albam.

Ej. *Chirurgia ad praxin hodiernam accomodata* ib. 1689. 4. *. 1715. 4. Habet capita medica ſolita, de inflammatione, morbis cutaneis, hydrocephalo. Subinde, rarius equidem, ſuas proprias obſervationes interſpergit. Ita de gangræna, quæ criſis eſt febris malignæ: ita in medico, cum ex ejuſmodi febre convaleſcere videretur, crus alterum paucos intra dies emortuum eſt. Multas formulas interponit.

Uromanticus caſtratus ſ. tract. de urinis earumque inſpectione caſtigatus Utrecht 1697. 4. An in Munniks ſcriptum?

Tentamen medicum de natura, cauſis, temporibus, differentiis, ſignis, medela variolarum in gratiam tyronum Lond. 1673. 12. alii 1674. 12. Leid. 1673. 12. L.

Antidotarium Bononienſe Bonon. 1674. 4.

De Caux *varia philoſophica & medica* Rouen 1674. 12. Falc.

J. V. S. H. H. D. M. P. P. *anatomia monſtri Francofurtenſis* 1674. *per abortionem rejecti* Heidelb. 1674. Pro Franco adverſus Niesium: qui de ſuffocatione hypochondriaca Francum refutaverat.

Matthæi de Lleras *clavis totius medicinæ VIII. dentibus acutiſſimis fabrefacta arcana expediens per VIII. ll. methodi* Galeni Saragoſſa . . . 4 Lion. 1674. fol.

Ej. *manus medica dextra olim jam typis Cæſarauguſtæ in* 4 *publicata quinque digitos continens. I. de febribus. II. de ſanguinis miſſione. III. de purgatione. IV. de criſibus & diebus decretoriis. V. de pulſu & urina* Lion. 1674. fol. Seg. cum priori.

Jacob Barner chemici Helmontiani, *Prodromus* Sennerti *novi* Aug. Vind. 1674. 4. Nunquam prodiit.

Ej. *prodromus Vindiciarum contra* David *van der* Becke ib. 1674. 4.

Ej. *chymia philoſophica* Nurnb. 1689. 4. cum artificioſa medicamentorum abſque igne præparatione.

J. Kraft *microtechne methodo dialectica* Francf. 1674. 12. ſi huc facit.

J. Bapt. Orivaz y de Monreal Valentinus *propugnaculum Hippocraticæ & Galenicæ Doctrinæ de febrium putridarum in principiis per purgationem & ſanguinis miſſionem curatione cum diſp. de antipodophlebotomia contra* Casparum Caldera *hiſpalenſem* Lion. 1674. 4.

Ej. *teatro de la verdad y otros manifeſtos del conocimiento de la enfermidad de la cividad de Oribuela* 1674. Saragoſſa 1679. 4. C. de Vila.

Philippi Trombetti *apologia contra una lettera del S.* Stanislao Oreati *ſopra la cognizione e curatione della paſſione hypochondriaca* Genova 1674. 12. alii 1676. 12. v. Beughem.

Petri Gallanda *vita* Petri Castellani ſtudio Stephani Baluze prodiit Paris 1674. 8. Falc.

Lud. Wolzogen *oratio funebris in deceſſum* Nic. Tulpii Amſterdam 1674. fol.

David *van der* Becke Mindani ex chemica ſecta, *experimenta & meditationes circa naturalium rerum principia* Hamburg 1674. 8. *. & auctius mutato titulo, ut nunc audiat *amœnitates phyſicæ* Hamburg 1703. 8. *. Etſi ad alium ſcopum hæc ſcripta ſint, continent tamen pathologica, etiam practica. Acidum

morborum

morborum cauſam facit, ipſius eryſipelatis, calculi, pleuritidis. In calcinatis plantis non ſupereſſe eaſdem vires, quæ ſunt in integris, & rutæ ſalem, in exemplo, præter rem in apoplexia adhiberi, tanquam cephalicum; ignem enim peculiares plantarum vires deſtruere. In acore, qui ſit ignis, rerum latere principia, ab eo coagulationem eſſe. Nullos in corpore humano dari ſales alcalinos, & bilem, quæ alcalina ſit, defectu acidi prædominari, & febres ardentes facere. Italos vim ignis in compeſcendis ulceribus recte noſſe, germanos male ignorare. Nitrum omnium ſalium principium eſt, & univerſalis medicina. Oleoſis ubſtinendum in dyſenteria, in ulceribus. Putredo eſt ab acido, & pus eſt ſanguis balſamico alcali deſtitutus, & ab acido corruptus: putrescentia etiam acidum ſpirant. Iis plumbum medetur.

EJ. *de procidentia uteri* Hamburg 1683. 8. *. ad chirurgiam pertinet.

RICH. BROWN *medica muſica* Lond. 1674. 8.

MATH. ZIMMERMAN *ſuburbanum medicum* Einſidlen 1674. 12.

ADELBERTI TYLKOWSKY *diſq. phyſica oſtenti duorum puerorum, quorum alter eſt capite gigantis Wilnæ ſpectatus* Oliva 1674. 12. *. nempe hydrocephalus.

PAULI DE MINIS & ANTONII VINCENTII MAJOLI *galeniſtarum hypotheſis adverſus recentiorum placita confirmatio* Bonon. 1674. A. N. C. *Dec.* II. *ann.* 9. *app.* Contra fermenta & theoriam mechanicam.

EJ. *medicum igne non cultro neceſſario anatomicum eſſe* Venet. 1678. vel. 1679. 4. & in E. N. C.

J. a CHOKIER *de ſenectute* Leodii 1674. 4.

Orationes de fame & ſiti Tubing. 1674. 8. BOECL.

JOH. MALPETOFT *prælectionum tertia de origine & progreſſu artis medicæ* Bonon. 1674.

JOH. WILLISII *de memoria naturali fovenda libellus* in collect. *de arte memoriæ* Lipſ. 1674. 8. B. BUN.

HENRICI MARTINI *medicina ſanguinis ſtyptica* Brig. 1674. 4.

§. DCCCVI. VARII NUPERI.

PAULI (alias SYLVII) BOCCONE Siculi, inde monachi, botanici & rariorum in Sicilia & Corſica collectoris, aliqua ſunt opuſcula.

Recherches d'obſervations naturelles Amſterd. 1674. 12. *. De lapide Bezoar minerali medicato, aut certe vulgo adhibito, adverſus febres potiſſimum malignas, & pleuritides, cum medicorum teſtimoniis: de aliis terris medicatis.

Ej. *oſſervazioni naturali ove ſi contengono materie medico fiſiche e di botanica* Bologna 1684. 12. *. Medicamenta aliqua. In peſte Genuenſi a. 1636. veſicatoria homines omnes tutos præſtitiſſe, qui eo auxilio ſe muniiſſent; ea potiora eſſe, quæ a flammula Jovis vim ſuam habent, non a cantharidibus; ſed etiam in malo curando conducere. In ægroto ſingulam puſtulam vermem planum continuiſſe; malum ſanatum eſſe inuncto hydrargyro. Aliæ ſcriptiones alexipharmacorum, emollientium, aliorumve adverſus peſtem remediorum. Ante nuperos de anulis ferreris ad crampum & vertiginem utilibus. Medicamenta ſympathetica varia, vana, laudata. Medicamenta empirica & popularia. Sideritis arvenſis glabra albo flore adverſus atrophiam infantilem. Ad ſcrophulas emplaſtrum ex radice cyclaminis in oleo cocta. De acido & terris atque lapidibus, qui acidum frangunt. De antimonii uſu & medicamentis ex eo præparatis. Mephitides & vapores venenati de terra ſulfurea ſurgentes, in Umbria etiam aves neci dant. Poſt uſum *petræ bezoardicæ mineralis* epidermis decedens. Cæterum pleraque in ſequente opere repetuntur.

Ej. *muſeo di fiſica e di eſperienze medicinali raggionamenti ſecundo li principii di moderni* Venez. 1697. 4. *. Poſt terræ motum ſiculum ſubnati morbi, etiam ani fiſtulæ, & ſpinæ ventoſæ. Terræ alcalinæ medicinales variæ, in Italia inventæ, quas putat balſami vires habere: morbi, in quibus auxilio fuerint, ſigillatim: etiam ad morbum hypochondriacum facere, & ad urinam cruentam. Ludovicus Testi ejuſmodi terram circa Regium reperit; fabuloſa alia omitto. De terra Bairenſi & pulvere *di chiaramonte* ſiculo, utraque in febre ardente & alias ſalutari. Iterum de petra bezoardica minerali lamellata, in febre peſtilente utiliter propinata. De celebri illa terra Lucerina (di Nocera) De fungo (Cynomorio) ſanguinem comprimente. De manna calabrina ſponte ſtillante, & altera ex inciſione manante. A duabus mannæ unciis quinquaginta ſedes & funeſtus eventus. De tarantula corſicana, cujus morſus venenum habet: ei theriacam opponunt, & ſudores cient, vel cucurbitulam ſedi demorſæ adfigunt. De tarantula apula ſaltatrice, quam fabulam popularem duoſque modulos expugnando veneno deſtinatos noſter repetit. Exempla aranei Corſicani & ſardi truculente mordentis. Variæ plantæ, quæ huic malo reſiſtunt. Chamædryos infuſæ potens vis ad rheumatiſmos. Morbus in Sicilia ex terrore naſcens, de icteri nigri adfinitate, febriſve aut diarrhœæ. Volvulus certis temporum intervallis redeuns. Febrium periodi: earum curatio, ſic flatuum, vermium. Canem, qui a vipera demorſus intumeſcebat, præcipitem ſe in aquam dediſſe, ſic convaluiſſe.

Ej. *curioſe Anmerkungen* Lipz. 1694. 12. *. Ex muſæo experimentali phyſico decerpta. De alcali vegetabili *ſanatodos*, quo demorſa a cane rabido animalia curantur, tum febres & colica. De Roſæ eglanteriæ ſpongia (Bedeguar). Centaurio minori, aliis ſcriptionibus. Phthiſis ſanata. Stramonium etiam ſues inebriat. A radice tithymali epithymi fructu ſubita mors. Cæterum mutata ſunt nomina Cl. virorum, ad quos hæ epiſtolæ dantur, quæ numero ſunt XXXIV.

Ej.

Ej. *italiäniſche erfahrne Arzneyquellen in lib. güldner Arzneyſchaz* Edidit Em. Koenig Baſil. 1704. 8. cum aliis

Boirel *obſervations ſur les maladies veneriennes* Paris 1674. 12. Astr. Falc.

Ej. nova editio cui acceſſerunt obſ. *ſur la verole & la panacée mercurielle* Paris 1711.

Thibault *cours de chymie augmenté du febrifuge de* Sylvius *d'un excellent emetique &c.* Paris 1674. 8. Bur.

P. Guide Med. Monſp. *obſervat. anatomiques faites ſur pluſieurs animaux au ſortir de la machine pneumatique* Paris 1674. 12. *. In anatomicis dixi. Symptomata recenſet, quæ ab aëre exhauſto in animalibus ſe extulerunt. Tumor potiſſimum univerſi corporis. Sanguis ex auribus erumpens. Spuma aſperam arteriam replens. Varia impedimenta reſpirationis, eorumque remedia, venæ ſectio, emeticum.

Ej. *traité de la nature du mal vénérien* ib. 1676. 12.

Ej. *expériences, ſur la vertu du vin rouge pour guérir la rétention d'urine, avec quelques obſervations ſur le quinquina* Lond. 1684. 12.

Sercy *inſtructions pour élever toute ſorte d'oiſeaux & traité ſur les maladies des chiens.*

Georg. Basil. Wittig *von Fürtreflichkeit beyder Giftarzneyen der theriaca Andromachi und mithridatii* Damocratis Nurnberg 1670. 12. B. Thom. 1675. 12. Will.

J. G. Riemschneider *Bedenken von Viehſeuchen* Quedlimb. 1674. 4. Tr.

Fienus *redivivus oder Aryneybuch die Blähungen und Windkrankheiten zu curiren* Stutgard 1674. 12. *.

Josephi del Papa medici Florentini, Redi diſcipuli.

Ej. l. *intorno alla natura del caldo e del freddo* Firenze 1674. 8. magis phyſicus.

Ej. diſſ. *de noxio vi vernicis indici* Phil. Tranſ. n. 234.

Ej. *conſulti medici* Rom. 1733. 4. 2 Vol.

Ej. *trattati vari fatti in diverſe occaſioni* Firenze 1734. 4. *. De vi venenata vernicis chinenſis. In pullis illitum ulcera feciſſe. Nonnullis hominibus a tractato vernice faciem & manus intumuiſſe cum pruritu & inflammatione. Cum pulli cuti vernix illita fuiſſet, ulcera fecit. De vaporum morbificorum in caput ex inteſtinis adſcenſu. Flatus in caput non poſſe adſcendere, cæterum per nervos cauſam morborum ſurſum poſſe migrare. Contagia fieri particulis ſubtiliſſimis de corpore inficiente exhalantibus. Non poſſe ſecure pronuntiari, certas merces contagium

contagium nunquam perferre, & eorum corporum cenſum a mercatoribus nimium augeri. Rivus, qui in Hetruria lapidea cruſta immerſa corpora obducit, ſtatuaſque, nova marmorea, ejuſdem formæ, vagina includit. De aqua ſalubri, quæ Infanti (CAROLI III) poſſit bibenda curari. Lucerinam ſatis probat. Vina ſalubria. Conſilium ad variolas hujus principis. Conſilia nupera, poſt ea quæ Romæ prodierunt. In temperamento calido & ſicco ſuadet potionem aquæ nucerinæ (Nocera). Sarſaparillæ decoctum ad gonorrhœam cum copioſo potu ejuſdem aquæ nucerinæ. Aſthma convulſivum: etiam hic redit aqua nucerina; victus mitis & vegetabilis. In tuſſi convulſiva adoleſcentis eadem utendum aqua, cum jure carnium tenui, venæ ſectione; pæoniæ radice. Ad vertiginem cum frequente & contumaci tuſſi decoctum radicis Chinæ, & aqua nucerina, & pæoniæ radix.

EJ. *de præcipuis humoribus, qui humano in corpore reperiuntur* Leid. 1736. 8. *. Aliqua pathologica habet admiſta.

§. DCCCVII. DISPUTATIONES.

GOTTFR. SIGM. BIRNBAUM *de dyſenteria* Leid. 1674. 4. *. Pariſiis ab aqua ſapone corrupta oriri.

NICOL. RUYTER *de paralyſi* ib. 1674. 4. *.

ADRIAN DONKER *de pleuritide* ib. 1674. 4. *.

GEORG. OPHOVEN *de rabie canum* ib. 1674. 4.

J. TATUM *de febribus* ib. 1674. 4.

GISBERT. VAN TOL *de gonorrhœa virulenta* ib. 1674. 4. *.

ADRIAN V. RUYMEN *de empyemate* ib. 1674. 4. *.

ARNOLD DE LANNOY *de mania* ib. 1674. 4. *.

JACOB D'OUTRELEAU *de pleuritide* ib. 1674. 4. *.

J. MOEBIUS *de aſthmate* ib. 1674. 4. *.

G. T. RADEMACHER *de arthritide vaga ſcorbutica* ib. 1674. 4.

U. KERMAN *de empyemate* ib. 1674. 4. niſi male legi.

HERMAN BRUYNSTEEN *de inflammatione* ib. 1674. 4. *.

LAURENT. V. GAASBEK *poſitiones ex univerſa medicina deſumtæ* ib. 1674. 4. *.

J. FRID. GIESELER *de calculo veſicæ* ib. 1674. 4. *. Arteria lienalis tophacea, & coronariæ lapideſcenti acerous lapideus circumnatus; calculi veſiculæ felleæ

felleæ ad minimum 120. per alvum egeſti. In femina ulcus renis plurimum puris quotidie fundens.

PHILIPP FERDIN. *van der* VEEKEN *de angina* ib. 1674. 4. *.

GEORG. ARCHIBALD *de catarrhis* ib. 1674. 4. *.

ABRAH. KINKHUYSEN *de chyloſi* ib. 1674. 4. *.

J. SALOM. HATTENBACH *theſes medicæ ex univerſa arte deprompta* Helmſtatt 1674. 4. *.

HERM. THEOD. TEICHMEYER avi uxoris meæ, *de hydrope aſcite* Erford. 1674. 4. *.

EJ. memorabilis relatio *de fetu tubario* nunc non eſt ad manus.

GOTTFR. THEOD. RADEMACHER *& arthritide vaga ſcorbutica* Jen. 1674. 4. RIV.

GOTTFR. BEYER *problemata circa arteriotomen* Jen. 1674. 4. *.

EJ. *erotematum medicorum de peſte Decades* IV. ib. 1674. 4. RIV.

EJ. *de hemicrania* ib. 1674. 4. RIV.

HENR. RUMPEL *de inedia quorumdam hominum diuturna* Lipſ. 1674. 4. *.

PANCRAT. WOLF *de ictero* Altdorf. 1674. 4. PL.

EJ. HIPPOCRATIS *regulæ de febrium criſibus per abſceſſus, eryſipelata &c.* Hall. 1705. 4. RIV.

EJ. HIPPOCRATIS *cautela exemplo Halicarnaſſenſis ſuper venæ ſectione intempeſtiva in phrenitide & delirio febrili* Hall. 1706. 4. *.

EJ. *Hippocratica* προεξευκινησις *declarans orgaſmum purgantia in febribus acutis intempeſtive urgentem* Hall. 1706. 4. TR.

EJ. *de inſomniis* Hall. 1707. 4. HAENEL.

EJ. *auri fulminantis defenſio, purgantis in febribus acutis propter orgaſmum tempeſtivi, tutiſſimi* Hall. 1707. 4. *.

EJ. diſp. *ſecundum Hippocratem opinionum medicorum inſomnia adnotantur* Hall. 1707. 4.

EJ. *Tractätgen vom Podagra* . . 1679. MENZ.

GOD. SAND Profeſſor Regiomontanus *de menocryphia* Regiomont 1674. 4. *.

EJ. *de fungo cerebri* ib. 1700. 4. *. & in noſtris *theſib.* chirurgicis utilis adnotatio.

Ej. *rarus ventriculi abſceſſus* ib. 1701. 4. *. puris octo in abſceſſu libræ, ventriculus lardoſus.

Ej. *de effetarum lactatione* ib. 1701. 4. cum exemplo.

Henr. Nicolai *de lienis obſtructione & reſeratione* Altdorf. 1674. 4. *.

Georg Sigism. Betz *de phthiſi* ib. 1674. 4. Pl.

Albertus Benoit medicus Bernenſis *de dyſenteria* Baſil. 1674. 4. Carrere.

Car. Christoph, Eisen *de comate ſomnolento* Baſil. 1679. 4.

Franc. Paris *de tribus conſiliis medicis* ib. 1670. 4. *.

Valentin Hübner *de Tarantiſmo* Argentor. 1674. 4. *.

Frid. Schilling *de approbatione medicorum* ib. 1674. 4. Pl.

Chr. Frid. Gruber *de ſtranguria* ib. 1674. 4. *.

Ludov. v. Hammen *curriculum medicum Monſpelienſe pro doctoratus gradu* Monſp. 1674. 4. Astr. Tertia quæſtio eſt. E. in curanda lue venerea hydrargyrum guajaco præferendum.

Gab. Dacquet & Ren. Chauvel *E. venus hyſtericarum medela* Pariſ. 1674.

Cl. Berger & Nic. de Jouvanci *E. calidiori impeditoque corpori non metallica ſed ſimplex aqua* ib. 1674.

Cl. Biendisant & Fr. Afforti *Non E. pleuritidi ſaphænæ ſectio* ib. 1674.

J. Cordelle & Cl. Marillier *E. cephaleæ venarum jugularium ſectio* ib. 1674.

Dom. de Farcy & Nic. Pelletier *E. paralyſi ſudorifera* ib. 1674.

J. Ferrand & Cl. Marillier *E. ad vitam bene ſalubriterque ducendam aqua vino præferenda* ib. 1674.

Car. Marteau *An E. ex morbo convaleſcentibus panis ſpuma cereviſiæ fermentatus ſalubris* ib. 1674.

Ant. le Moine & Germ. Preaux *E. jejunium quadrageſimæ ſanitati innoxium* ib. 1674.

Guid. Cresc. Fagon & Nic. Raveau *E. febricitantibus accomodatior diluti in aqua panis, quam carnis elixæ ſorbitio* ib. 1674.

J. de Bourges & Marc. Ant. Hellot *E. non ſtatim a cœna ſomnus* ib. 1674.

Ger. Preaux Jun. & J. B. Ren. Moreau *Non E. ex capillis certum de temperamento judicium* ib. 1674.

§. DCCCVIII.

§. DCCCVIII. Diaria ad A. 1675.

Ad Philos. Transactiones n. 101. Iohnston calculos in veſica bubula ducentos auri ad modum nitentes reperit. Ab aqua forti ſolvebantur.

Christoph. Sand margaritas eſſe animalis ova retenta nec egeſta.

N. 103. Joh Beal de utilitate ſalis communis in conſervanda ovium valetudine, curandiſque morbis. Antimonium crudum ea animalia ſaginat.

N. 106. Medicus anonymus de virgine, quam vulgo pro gravida habebant, quæ demum, cum obiiſſet, hydrope viſa eſt laborare in tunica celluloſa peritonæo circumjecta, quod idem mire craſſum erat.

N. 109. de infante trimeſtri, ſanguinem reddente per naſum, ſudorem capitis, poros manus, pedeſque.

§. DCCCIX. Varii ad A. 1675.

Philipp. Jacob Schoenfeld medici Ingolſtadienſis *de noſologica* Ingolſtatt 1675. 8. Boecl.

Ej. *Tractat von dem Kinderwehe Frais und Hinfallen nebſt eilf Regeln an die Hebammen* ib. 1675. 8. *.

Ej. *ſynopſis medica ſuper pharmacopœam auguſtanam pro præcipuis corporis humani adfectibus alphabetico ordine acc.* Hipp. *jusjurandum* ib. 1677. 8.

Ej. *Hiſtoriarum enarrationum & curationum cum annotationibus theorico practicis* L. I. Ratisbon. 1681. 8. *. Quinquaginta quatuor hiſtoriæ morborum & curationum. Dira arthritis duabus cucurbitulis ſuperata. Vehemens dolor ventriculi a verme erucæ non abſimili, hoc vomitu rejecto ſublatus. Mictio cruenta ſanata data terebinthina cum mollientibus & cicerum juſculo cocta. Variolæ retrogradæ (ut videtur) ſuborta anxietate, vomitu, & clyſtere laxante revocatæ. Senex impotens quotidie ſumtis decem cantharidum granis, ſanguinem mingebat, neque bene medicus terebinthinam ſymptomati oppoſuit. Febris tertiana gravis cum vomitu & alvi fluxu in paroxyſmo, venæ ſectione: alvo ducta, ſalibus mediis ſanata.

Thomæ Meermann v. Schönberg *conſultationes & reſponſiones medicæ ope* Francisci Ignatii Thiermayer *ex variis M. Sc. conquiſitæ, latine verſæ, adnotationibus & remediis auctæ* L. VIII. Ingolſtatt 1675. fol. Ej. propria conſilia, & undique collecta, etiam ex Italia.

Nicolai Franchimont a. Frankenfeld Prof. Med. Primar. *nexus Galeno Hippocraticus de paſſione hypochondriaca* Prag 1675. 4. Pl. alium titulum lego. *Theſes medicæ auctoritatibus Galeni & Hippocratis innixas* Prag 1675. 4.

Ej. *lithotomia medica ſ. tractatus lithontripticus de calculo renum & veſicæ* Prag 1685. 8. *. In chirurgicis diximus, ſed medici mere argumenti eſt. Nihil autem propriæ lucis argumento adfundit: credulus ligno nephritico egregiam adverſus calculum vim tribuit, etiam vitro trito, mille aliis abſque ullo experimento ſuo medicamentis. Credulus idem in deſtillando oleo vitrioli dulci ſerpentem in retorta apparere ſcribit.

J. Francisci Siclensis volumen *de rebus medicis, quæ ſunt in quotidiano uſu & quas debent perfecte callere medici & pharmacopæi* Venet. 1675.

Brevis ad materiam medicam in uſum philiatrorum manuductio Lipſ. 1675. 8.

§. DCCCX. J. Mauritius Hofmann.

Mauritii Fil., Profeſſor per multos annos Altdorfinus, plurimas diſputationes edidit. Olim per errorem ei patris aliqua ſcripta tribui, quæ non poterant noſtri eſſe, qui a. 1657. neque prius, natus ſit.

Ej. *de paroxyſmis frequentioribus & vehementioribus ſ. febrilibus, aſthmaticis, epilepticis, colicis & hyſtericis* Altdorf. 1675. 4. *.

Ej. & Ayrer *de differentiis alimentorum & medicamentorum* Altd. 1677. 4. *.

Ej. *de aëroteria ſ. microcoſmi æolia* 1680. 4.

Ej. & Cramer *æger aſthmate laborans* 1681.

Ej. *de carie oſſium* 1681. 4. *.

Ej. & Zollikofer *de dolore in genere* 1682. 4. *.

Ej. *linguæ ſtatus naturalis & præternaturalis* 1682.

Ej. & Kornmann *de anorexia* 1685. 4. *.

Ej. *de cuticula & cute* 1685. 4. *. cum earum morbis.

Ej. *de medicamentis martialibus* 1685. 4. *.

Ej. *de odoramentis & ſuffimentis* 1686. 4. *.

Ej. *de pericardio* 1690. 4. *. cum hiſtoria morboſa.

Ej. & Unzelmann *de ſalivatione mercuriali* 1692. 4. *.

Ej. *de aere morbifico* 1694. 4. He.

Ej & Melch. Conradi Cramer auctoris, *diluvium microcoſmi particulare de hydrocephalo* 1695. 4.

Ej. *ptarmographia phyſiologico pathologico therapeutica* 1710. 4. He.

Ej. *ſciagraphia methodi medendi primis deſignata lineis* 1713. 4. *.

Ex

Ex *diſputationibus* XX coaluerunt *diſquiſitionis corporis humani anatomico pathologicæ ſpecimina* XIII. Nurnberg. 1713. 4. *. Partes corporis humani deſcribit, deinde earum morbos exponit, collectis adnotationibus bonorum ſcriptorum uſus, etiam nonnullis ſuis, ad RIOLANI fere modum & MOLINETTI.

EJ. *ſyntagma pathologico therapeuticum ad* J. HARTMANNI *praxin chymiatricam cum adnexis proluſionibus de ſelectu remediorum* Norib. 1727. 4. Lipſ. 1728. 4.

EJ. διατυπωσις *praxeos chymiatricæ* HARTMANNI Lipſ. 1725. fol.

EJ. *Inſtitutiones medicæ* 4.

EJ. *acta laboratorii Altdorfienſis*, etſi plurima feterunt ad medicamentorum cognitionem, alias tamen dicentur.

Epiſtolæ aliquæ cum SCHELHAMMERIANIS.

Multa etiam habet in E. N. C.

ID. E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 26. A venæ ſectione ſynoviæ fluxus cum febre hectica, ſtypticis & plumbeis ſuppreſſus; ulcus, ut puto, vaſculi lymphatici.

Obſ. 27. Sudor ſub axillis a corporis exercitatione, accurate miniatus.

Ann. IV. *obſ.* 154. in puerpera magna & periculoſa uteri hæmorrhagia.

Ann. V. *obſ.* 207. Amnios humana hydatidibus plena.

Obſ. 208. Spina bifida, plena humore limpido coagulabili, aperta parvo oſtiolo, & feliciter ſanata, adſtringentibus impoſitis.

Obſ. 209. Puella ſugere impos, quod obſtetrix pollice reprimente umbilicum læſiſſet.

Obſ. 220. in meliceride ſupra aurem capillorum glomer.

Ann. VI. *obſ.* 164. partus repetitus hydatidum.

Obſ. 166. noctu vena cephalica manus rupta, cum inſigni hæmorrhagia, & poſt aliquot menſes ſanguinis per os & anum funeſta rejectio, manifeſtum plethoræ documentum.

Ann. VII. *obſ* 243. quantum video internis medicamentis ſanatus teſtis tumidus.

Obſ. 244. poſt dolorem ſub dextro hypochondrio calculi bilioſi per alvum egeſti.

Obſ. 246. cartilago primipararum oſſibus pubis interpoſita mollis & ſpongioſa.

Ann. VIII. *obſ.* 186 puer aquis merſus ſponte ad vitam rediit; cum ſubnatæ eſſent convulſiones, tamen reſtitutus.

Obſ. 188. Acini hepatis gallinacei lapidei.

E. N. C. *Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 139. Ex vociferatione vomitus ſanguineus ſanatus.

Ann. II. *obſ.* 207. Paralyſis ſcorbutica etiam cum ſenſu partim diminuto, partim ſublato, calidis & lignorum decocto ſanata.

Ann. III. *obſ.* In femina hyſterica convulſiones & varia mala demum ſuperata. Fæces alvi acidiſſimæ (melle uſa fuerat).

Obſ. 157. in viro ſcorbutico dolor brachii vehemens & mors apoplectica.

Obſ. 158. in femina hyſterica cephalæa vehemens, convulſiva, & tertio die invaleſcens, abſorbentibus medicamentis (ex hypotheſi) ſuperata.

Ann. IX. X. *obſ.* 58. In fulgurati cadavere nulla fere læſio adnotata.

Ann. 59. Ulcus inguinis ſanioſum, utero inſonte. Tumores in abdomine ſteatomatici & hydatici; in pectore hydrops.

Obſ. 60. decedentes per diarrhœam pelliculæ, quas noſter pro muco coacto habet.

Obſ. 176. Spina ventoſa, de qua oſſicula deciderunt, etiam femoris particulæ, tamen ut ambularet.

Cent. IV. *obſ.* 109. Pila in ventriculo damæ.

Obſ. 3, Placenta veſicularis multorum ſanguine decedens.

Cent. VI. *obſ.* 44. Peſſus cruſta lapidea obductus.

Obſ. 45. cum multi pili cum lotio emingerentur: calculus veſicæ pilis circumvolutus.

Obſ. 46. a quatuor baccis mezerei hypercatharſis.

Obſ. 47. Mola polypoſa cum ſanguine expulſa.

Cent. VIII. *obſ.* 27. in femina tabida mors ſubita. In rene abſceſſus, alius in aortæ ſede; in utero & in glandulis meſentericis ſcirrhi; ovarium purulentum.

Obſ. 28. ante arthritidis invaſionem dolorifica contractio muſculorum Pſoæ & iliaci interni.

Obſ. 29. a lapſu epilepſia funeſta, cum os frontis fiſſum eſſet.

Obſ. 31. in parotide tumor & ſcirrhoſus & œdematoſus,

Cent. X. *obſ.* 28. Amauroſis ex oculi vulnere ſanata.

Obſ.

Obſ. 32. ab infuſo pomi colocynthidis hypercatharſis.

Vol. I. *obſ.* 98. in hydropico ſcirrhus in pancreate & in hepate bullæ aquæ limpidie.

Obſ. 99. Iſchias emplaſtro ſubito ſublata.

Obſ. 100. Cachexia ſanata, etiam recidiva.

Obſ. 213. Hydrops in ipſo pulmone uberius deſcriptus.

Obſ. 214. Foveolas variolis ſuccedentes evitari aut deauratis, variolis aut plumbeo unguento illito.

Obſ. 99. Iſchias ſubito emplaſtro ſublato.

Obſ. 100. Cachexia ſanata, etiam cum recidiva rediiſſet.

Obſ. 213. Hydrops ipſius pulmonis uberius deſcriptus, tuſſis ſicca perpetua, anhelitus difficilis, gravitas, febris. abſque fluctuatione.

Obſ. 214. a linimento lithargyrato impedivi variolarum foveolas aut illito unguento plumbeo.

Ad prelum aliqua præparaverat. Notas ad monita Waldſchmidii, ſciagraphiam inſtitutionum medicarum, Pauli Barbette chirurgiam.

Vita viri reperitur in E. N. C. *Vol.* II.

§. DCCCXI. Urb. Hiaerne.

Urbanus Hiaerne Archiater Sueciæ & Provinciæ Præfectus *Landhöfding* chemicus. Idem apud Birch T. III. p. 5. agit de ſuſcitandis ſubmerſis. In Finnia poſt triduum ſubmerſos convaleſcere. Aquam omnino in pulmonem recipi periculum vero ſupereſſe, ne æger ſanguinem vomat, certo periturus. Magno labore hominem ſubmerſum in dolio convolvunt, ut aqua liberent. Convaleſcentes ſtupidos fere manere. Exemplum hominis poſt triduum ſub aquis tranſactum ſervati.

In E. N. C. *Ann.* IV. V. obſ. 166. Hydropicus ut putabatur, cui medicus quadraginta grana gummi guttæ dederat, a morte compertus eſt, enormi in meſenterio tumore laborare, glandulas ventriculi tumidiſſimas habere.

Idem a. 1683. Holmiæ 8. edidit *lilla wattu prôfware* ſive acidularum Sueciæ deſcriptiones, cum ſanationum teſtimoniis.

Ejuſd. de xylobalſami uſu & virtute Stockh. 1711. 8. 1720. 8. Arcanum balſami vendebat.

Ej. *analyſis lichenis islandici* Holm 1744.

Ej. epiſtolæ ad Schelhammerum.

Ej. *de aquis medicatis in Medeby*, primo in Suecia cognito fonte acidulo.

Earum

Earum utilitatem a. 1678. detexit, quas Regina potaverat, quibus etiam gibbus ſanatus ſit.

Ej. *brevis manuductio ad fontes medicatos, & aquas minerales ſolerter inveſtigandas, rite probandas, ex arte adplicandas* Holm. 1707. 12. *. In uſum Norvegiæ. Primus in Suecia chemiæ accuratiori ſe dedit, multum LISTERUM imitatus ſal calcareum & natrum in acidulis detexit. Aquas in ſeptentrione non minus bonas eſſe, quam in auſtralibus regionibus. Alii fontes Sueciæ, quos Noſter deſcripſit. Conditiones acidularum. Limpidas eſſe, loco provenire elato, inſecta non ferre, intra noctem non turbari, odore eſſe ſulfureo penetrante, valde leves, bullulas fundere, abſque noxa copioſe bibi, meliores eſſe, quæ lotium cient; quæ alvum deponunt, eas ſaporem & odorem facile mutare. Dari & ſubdulces lacteolas aquas: dari & elementis conſpicuis non divites, & tamen in medicando efficaces. Non diminui per æſtivos calores. Meliores eſſe, quæ cum gallis colorem faciunt purpureum; deteriores quæ nigrum, mere ferreæ. Reagentia, quæ vocantur, parum in vulgus eo ævo nota. Qui morbi, quibus ab elementis ſuperentur.

Acta Chemica holmienſia recuſa Holm. 1753. 8. *. cum notis WALLERII. Tomus I. in chemicis dicetur.

In *tentaminum chemicorum in laboratorio holmienſi peractorum* Tomo II. Holm. 1753. 8. *. Farmicarum acorem, deinde ſalem volatilem alcalinum, duoſque liquores intermedios deſcribit. Salem volatilem ab igne formari, neque prius adfuiſſe contendit. Vires laudat analepticas. Analyſes numeroſæ plantarum alias dicendæ, & de alcali fixo in corporibus præexiſtente. De acore univerſali aeri ſalubritatem præbente, unde Fahlunenſis aeris bonitas, & incolarum longævitas.

§. DCCCXII. LUCAS SCHROECK Filius.

LUC. SCHROECK jun. Præſes Academiæ N. Cur.

Ej. *de moſcho* diſputatio SCHENKIO præſide, noſtri ut puto, opus eſt.

Ej. *diſpenſatorii auguſtani vindicatio* Augſp. 1673. 4.

Ej. *pharmacopœa auguſtana reſtituta ſ. examen animadverſionum in pharmacopœam auguſtanam & mantiſſam* ZWELFERI Aug. Vind. 1675. 4.

Ej. *defenſio pharmacopœæ auguſtanæ adverſus* F. HOFMANNUM, PHILONEM NASTURTIUM & SCHMUZIUM Aug. Vind. 1675. 4.

Ej. *pharmacopœa auguſtana renovata* ib. 1684. fol. 1695. fol 1715. fol.

Ej. *memoria Welſchiana ſ. Hiſtoria vitæ* G. H. WELSCHII ib. 1678. 4. *.

Ej. *Hygieja auguſtana ſ. memoria ſecularis collegii medici auguſtani* Aug. Vind. 1682. 4. *. Nomina omnium, & de vita OCCONIORUM atque GASSERI.

Ej. *continuatio progreſſus Academiæ naturæ curioſorum* Nurnb. 1689. 4. *.

Ej. calculi equini E. N. C. *ann.* IV. V. *obſ.* 167.

Ann.

Ann. IX. X. *obſ.* 92. In ſene calculoſo, ut putabatur, nullus in gangrænoſa fellis veſicula calculus repertus, ſed ren alter totus conſumptus.

Obſ. 93. Homo a volvulo exſtinctus; pars inteſtini ilei gangrænoſa, valide ſupra ſtricturam dilatata.

Obſ. 165. bufo per ulcus excretus.

Dec. II. *ann.* II. *obſ.* 13. Ren & ureter urina turgidi, cum iſte ureter ad veſicam clauſus eſſet.

Dec. II. *ann.* III, *obſ.* 13. In ſarcocele ſuppurata oſſiculum multis eminentiis aſperum, eo extracto vulnus clauſum.

Obſ. 20. a catarrho hydrocele, cataplaſmatibus & catharticis ſanata.

Ann. IV. *obſ.* 173. Pila cortice lamellato lapideo, in cervicapra.

Obſ. 174. in capra podagra & exoſtoſes.

Obſ. 175. Raphani eſu ſanatum aſthma ſiccum, convulſivum.

Ann. V. *obſ.* 246. Amauroſis. A morte ventriculi cerebri plurimo limpido liquore repleti.

Obſ. 247. Purgante valido medicamento ejecta materia fætida, ſic amauroſis ſublata.

Ann. VI. *obſ.* 240. Urina retenta, die nono ſpiritus ſalis uſu liberata.

Obſ. 241. & die duodecimo ſale ſuccini cum cataplaſmatibus.

Ann. VIII. *obſ.* 232. Ex dyſuria tabidus: corpore exſangui: renes pure ebrii, veſica exulcerata, calculus, quem exſpectabant, nullus.

Obſ. 233. Saccus enormis lamellatus & hydatides variæ molis; uterus ſanus.

Ann. IX. *obſ.* 230. poſt immanes capitis dolores ſuturæ capitis diſceſſerunt. Malum tamen ſanatum eſt.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 165. Hydrops, fluxus hepaticus, mors. Veſicula fellea inanis, in hepate ſteatoma.

Obſ. 226. tumor enormis brachii.

Obſ. 227. Inciſio iſchuria defuncti: veſica lotio diſtenta, oſtium a calculo obturatum, tum a glandula proſtata duriori.

Ann. III. *obſ.* 188. In tabidæ pulmone tubercula & veſiculæ pus fundentes, ulcera, calculi.

In appendice adfert de morbis in Germania epidemicis a variis ſodalibus communicata VALENTINO, HARDERO, GAHRLIEP aliis. Breviter omnes.

Sic ad a. 4 epidemia catarrhalis, deinde eryſipelacea, & malæ variolæ.

Ib. *obſ.* 115. Caput enorme hydrocephalicum.

Obſ. 117. de miraculoſo BUTLERI lapide aliquæ hiſtoriæ. Qui eum vendiderit Pſeudo Helmontius. Vitriolicæ erat progeniei.

Obſ. 118. tabidus, cui vomica pure plena, ſimile quid in pericardio.

Ann. V. VI. *obſ.* 147. In colica convulſiva valde dolorifica cum alvo obſtructa, hydrargyro vivo ſex diebus continuis deglutito, demum alvus liberata, malum ſublatum.

Obſ. 299. ex alvi obſtructione longa, ſumptis fruſtra pilulis, mors, etſi alvus reſerata fuerat, dato hydrargyro & clyſteribus; eo enim malo recidivo æger periit. Colon in immenſum dilatatum, & in ileo ſcybala plurima, & una hydrargyrus. Denique tumor in recto inteſtino mortis cauſa.

In *appendice* conſtitutio epidemica Auguſtana. In variolis, contra noſtri ſpem, hæmorrhagia narium innocens. Febres intermittentes cortici peruviano ceſſuræ, etſi noſter doſes nimis exiguas nominat. Febres petechiales minus funeſtæ, quibus noſter theriacalia & antidotos opponebat. Inde conſtitutio anni 1698 Adjectæ Baſilienſis HARDERI perbrevis, G. CASIMIRI GAHRLIEP. S. S. ANHORN. CAR. RAYGER.

EJ. epidemiarum in Germania hiſtoria pro a. 1699. 1700. Angina notha hiberna, Febris hecticæ ſimilis. Æſtate petechiales multis hominibus funeſtæ. Sub autumnum diarrhoeæ, etiam occidentes. Initio 1700 aſthma infantibus funeſtum. Æſtate iterum febres petechiales, etiam cum vermibus. Una prodierunt C. GAHRLIEP. J. JAC. HARDER. RUD. JAC. CAMERAR. AMBR. STEGMAN epidemiæ.

In *Dec.* III. *ann.* 9. 10. Appendice iterum Conſtitutiones epidemicæ Auguſtanæ ad a. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. Dyſenteria facile cedens adſtringentibus, opio. A. 1701. Febris petechialis multos mortales occidit, icterus etiam frequens ſæviebat, tunc dyſenteriæ, qua & ipſe auctor laboravit.

§. DCCCXIII. VARII.

Neſcio quo reponam JOHANNIS LOCKE opera, medici, *Sydenhamii* amici, cujus etiam conſiliis GUILIELMUS III. (*a*) uſus ſit, non quidem valde clinici.

In ejus l. de educatione puerorum, ſæpiſſime recuſo, conſilia medica repe-riuntur

(a) *Phil. Tranſ.* n. 43. ſi recte lego.

riuntur ad CELSI fere ſaporem, ut dure naturam tractare doceat. Nuper recuſus eſt Lond. 1772. 8.

In *Phil. Tranſ.* n. 230. de cornubus etiam ad quatuor unciarum longitudine ex digitis productis: Alia concrementa cornu de dorſo manus. Radix unguis ſenſit, ungula animalis inſenſilis eſt.

GONZALO BUSTOS *de* OLMEDILLA *de monſtro horrible de la Græcia mortel enmigo del hombre* Lisboa 1675. 8. C. de V. Videtur in HIPPOCRATEM ſcriptum eſſe, barbaris auxilium negantem.

MICHEL TOGNI *raccolta delle ſingolari qualita del caffé* Venez. 1675. 12.*. Miras narrat ſui potus virtutes: in Turcia ob ejus potus frequentiorem uſum podagram, calculum & hydropem ignorari. Inſerta eſt DOMINICI MAGRI epiſtola anni 1667. Romæ edita a. 1671. cum epiſtola medici Raguſini.

EUGENII MICHETI *lexicon botanicum* Rom. 1675. 12. SEG. ob vires medicatas.

GUERIN *methode d'élever les enfans, ſelon les regles de la médecine, regime de vivre des veillards, & un traité de la goutte* Paris 1675. 8. BUR.

NOEL FALCONET longævi medici, *la methode de M. de Lucques ſur la maladie de Madame du Gué* Lyon 1675. 4.

EJ. *ſyſtême des fievres & des criſes ſelon la doctrine d'Hippocrate, des fébrifuges, des vapeurs, de la goutte, de la petite verole, de l'éducation des enfans, de l'abus de la bouillie* Paris 1723. 8. *. Grandævi ſenis labor, HIPPOCRATEM ardenter admirantis. In febribus deſpumatione aliqua heterogenei quid de ſanguine expelli. In febribus malignis in aere virus eſſe: mutato loco ſanatos, qui jam principia mali ſenſerant, capitiſque dolorem. Theoriam acidam ſecutus, hic ſales dat volatiles. Se hominem ſuſcitaſſe, quem jamjam erant ſepulturi. In gravidarum & puerperarum morbis venam pedis abſque ullo metu ſecat. De alendo infante, abſque pulte & abſque lacte atque nutrice. In morbillis ad liberandum pulmonem venam ſecat. In variolis fermentum eſſe, ut noſter ſatis Chinenſibus adſentiat, qui id fermentum in ultimis guttulis ſanguinis funiculi umbilicalis quærunt. Vidit, & ſæpe, variolas die 21 redeuntes. In magna febre venam ſecat, etiam in octenni puero; & undecies cum ſpiritus difficulter traheretur. Jus carnium dabat, cum parvo pulſu jus viperarum, ipſumque in deterrimo caſu ſalem viperinum. Anodyna rejicit. Contra variolarum inoculationem. In febribus intermittentibus primus in Gallia pater auctoris corticem dedit; in pertinacibus febribus & quartanis dat emeticum, ita recidivas am putat. In aſthmate venam ſecat, dat diluentia, viperarum jus, marrubium, jubet petum manducare. Quæ calculos quadrangulares ſputo reddebat. In peſte contagium non niſi ex proximo inficere, perveſtes, lanas; ſic phthiſin: per exempla. Contra vermiculorum theoriam. Pater in peſte viperis utebatur, non vero theriaca, ob opium admiſtum. Cauſas explicat

plicat ex HIPPOCRATE *de morbis*, neque tamen dies criticos perinde metuit, nam venam ſecat & purgat præſente orgaſmo: & in rege venam pedis ſecari juſſit. Malum hyſtericum eſſe a glandularum obſtructione, iſtiſque tumoribus reſectis ſæpe tolli.

SEIGNETTE fratres fuerunt, prior medicus Rupellenſis, alter pharmacopola. Hi cum ex ſoda mite medicamentum purgans præparaſſent, pluſculis libellis inventum aut propoſuerunt, aut defenderunt, neque enim revelarunt, etſi ſcriptio nunc vulgo nota eſt.

Les principales utilités & l'uſage le plus familier du véritable ſel polychreſte de M. M. SEIGNETTE Rochelle . . . . 4. *. Modus ut quiſque pro ætate a tenera retro infantia tuto eo medicamento utatur. Suum ſalem novum eſſe. Non eſſe ſalem vulgarem polychreſtum ex ſulfure paratum & fixo alcali. Analyſes ſui & ſpurii ſalis. Sui excellentiam Rupellæ vulgo notam eſſe.

La nature, les effets, & l'uſage du ſel alcali nitreux de M. SEIGNETTE *apothicaire* 4. *. Ejus doſis ad 18 grana definitur, ejus utendi modus. Ad indigeſtiones ventriculi, ad alia mala valere.

La nature, les effets & l'uſage du ſucre de mars de M. SEIGNETTE 4. *.

EJ. *le faux ſel polychreſte, les utilités de la poudre polychreſte du dit & apologie de ſon ſel polychreſte, par un médecin* la Rochelle 1675. 8. *.

NICOLAI LEMERY inter priores chymicæ ſectæ inſtauratores, tamen ut in pharmaceuticis fere ſe contineret & nimium admiſceret ratiocinii, & in paucis corporibus indagandis laboraret. Prima editio *du cours de Chymie* eſt Paris 1675. 8. aliæ 1677. 12. 1679. 12. 1682. 12. 1683. 12. 1690. 12. 1701. 8. Avign. 1751. 4. Bruxelles 1747. 8. Alias ſuo loco dicemus, & de BARONIANA ſeorſim agemus. Coram nobis eſt undecima Leid. 1716. 8. *. cum titulo *cours de Chymie, ou manière de faire les operations qui ſont en uſage en médecine*; Medicamentorum ergo præparandorum modum docet, doſes vireſque medicatas; has nimis liberaliter ornat. Monita ſua ad encheireſes adſpergit. Interſperſit adnotationes nonnullas proprias, ut muris a ſcorpio enecti, quem ipſum alius mus devoravit, nihil inde mali paſſus; Fraudes operarum: qui pro abſinthii ſale veneat, totum alium eſſe, exque alumine & nitro miſceri. Experimenta phoſphori, novi tunc quidem inventi.

EJ. *Dictionaire des drogues ſimples* Paris 1698. 4. 1714. 4. 1737. 4. cum acceſſionibus filii LUDOVICI & ANTONII *de* JUSSIEU & Roterdam. 1727. 4. *. Venet. 1751 fol. Germanice Leipz. 1721. fol. Medicamentorum ſimplicium deſcriptiones, doſes, vires medicatæ, vulgata fere omnia.

EJ. *pharmacopée univerſelle, contenant toutes les compoſitions de pharmacie qui ſont en uſage en médecine avec un lexicon pharmaceutique* Paris 1698. 4. 1748. 4. 1754. 4. *. 1759. 4. Haag 1763. 1764. 4. & Amſterd. 1716. 8. 1740. 8. 1729. 8.

Italice

Italice Venet. 1720. f. In principio generalia aliqua, lexicon vocabulorum in pharmacia uſitatorum. Inde vulgares pharmaceuticæ operationes ſecundum formas medicamentorum, encheireſes, exempla, præparationes inde medicatentorum ſimplicium celebrium, formulæ.

Ej. *traité de l'antimoine, contenant l'analyſe chymique &c.* Paris 1707. 4. *. Paulo laborioſius opus, quam vulgo eo ævo ſcribebatur, ut omnia antimonii menſtrua exponeret, doſes & encheireſes expenderet Medicamenteriam vim paſſim ad propria experimenta deſcribit. Eſſe tamen quibus crudum vomitum movet: aquam cum eo metallo decoctam nihil facere, cum acidulis tamen miſtum fermentum calefacere. Sulfur auratum ex blandiſſimis eſſe emeticis. Pilulæ antimoniales non purgant, niſi deorſum & fragmentum ſumtum plus facit, quam integra pilula.

Ej. in *hiſtoire de l'Acad. des Savans* 1701. de infante quinquemeſtri, perpetuo cæruleo ſudore lintea tingente.

Alius eſt medicus Hemeri Burdigalenſis, in *Zod. Gallico* ſæpe citatus, cujus eſt *Récueil de ſecrets & curioſités de la nature* Lego alium titulum *Récueil des plus beaux ſecrets de médecine pour la guériſon de toutes ſortes de maladies* Paris 1676. 12. 1713. 12. 2 vol. 1737. 12. 4 vol. 1741. 12. 4 vol. *B. Bot.* I. p. 580.

J. Charpentier *de l'état préſent de la chirurgie . . des abus qui ſe commettent dans la médecine* Paris 1675. 12.

Der ſorgfältige Medicus, oder Anweiſung wie ein jeder ſich ſelbſt nöthige Medicinmittel verſchreiben kann Oſnabrugg 1675. 4.

Sebastiani Aibini V. D. M. *Bericht und Handgrif wie man mit den Perſoſonen ſo in äuſſerſter Waſſersgefahr gerahten umgehen ſoll* . . . . 1675. 8. *. quæ ſecunda eſt editio. Ut aqua exprimatur, debere corpus hominis ſubmerſi alterne ita comprimi, ut reſpirationem imiteris. Convaleſcens ne in dorſum reclinetur. Vomitum cieri inſerto digito. Exempla aliquarum ſanationum.

Ordnung des collegii medici u. der Apotheker Strasburg 1675. fol.

Conſilium wegen der epidemiſch oder recht hizigen Fiebern 1675.

Kurzes Regiment u. Inſtruction wegen der in der Nachbarſchaft ſich ereignenden Seuche der rohten Ruhr M 1676. 8.

Henrici Cellarii *Bericht vom Scharbok* Halberſtätt 1675. 12. *. Calidus ſcorbutus datur & frigidus. Inter viſcera plurimum peccare lienem, tum pancreas, cujus ſuccus præter naturam acerbus reddatur. Medicamentum ex lumbricis ſæpe profuiſſe, ſed alias tamen nocuiſſe, cum ſudorem nimium cieat. Herbæ antiſcorbuticæ.

Ej. *von vermeinter Mutterbeſchwerung* ib. 1677. 12.

Peter Burger *candidatus chirurgiæ* Kœnigsberg 1674. 8. Hanover 1692. 8. aliquatenus huc facit.

J. Hubert's *corner ſtone towards building of a new college that is to ſay a new ſeat of phyſicians in London* Lond. 1675. 4. Hall.

. . . . Tryer *daughter of* Thomas O Doude *Vindication of the woman's phyſician being a vindication of* Thomas O Doude *phyſician and chemiſt againſt the calumnies of* Henry Stubbe Lond. 1675. 8.

Francisci *van* Sterrebeck *tonneel der campernaljen* Antwerp. 1675. 4. 1712. 4. *. Collectanea quidem, proprias tamen etiam hiſtorias habet infortuniorum ab uſu fungorum ortorum. Inde vomitus, diarrhœa, ſopor, & mortes, aut tarda convaleſcentia. Tres alii vehementiſſime ægrotaverant, ut tamen ſervari potuerunt. Paſſim alia ad plantas venenatas adnotat.

Ej. *horti cultura* Antw. 1682. 4. 1712. 4. *. in qua & aliæ arbores ſemper viventes tractantur. In botanicis dictus eſt. Indoctus omnino, qui Herodianum de imperatore Conrado ſcripſiſſe dicit.

§. DCCCXIV. Diaria ad a. 1675.

In *Phil. Tranſ.* n. 112. J. Swammerdam de volvulo ex rupto meſenterio, quod inteſtinum ileon ſtrangulabatur ad funiculi modum.

N. 117. Jessop de mephitide fodinarum metallicarum. Prima ſpecies mortales exſtinguit; altera grato odore eſt; tertia in lacunari cuniculi quaſi ſuſpenſa, ſi diſſiluerit foſſores enecat, quot quot in vicinia mali fuerint.

Bernhardus Below Suecus.

Obſ. 22. Herbæ vermicularis (Sedi acris) manipuli octo in cereviſiæ veteris libris octoginta coquantur, ut aqua ad dimidiam conſumtur, ejus decocti quotidie aut alternis diebus de duas quatuorve uncias, & vomitu excitato ſcorbutum ſuperabis. Multa exempla ſua adducit: ulcera etiam ſcorbutica extus admota eadem cereviſia ſanabat.

Obſ. 23. Cum dextrum latus paralyſis teneret, ſiniſtrum mira convulſione circum agebatur, quam noſter hactenus levavit.

Petrus Specht, pariter Regis Sueciæ medicus.

Obſ. 25. in ſubito mortuo pulmo alter conſumtus, pericardium, ſic enim voces obſcuras interpretor, ſanguine plenum (a rupto ut puto, corde manante).

Daniel Winkler medicus in Sileſia.

Obſ. 30. cum vomitu ſanguinis duas maſſas carneas expulſas fuiſſe hepatis ſimiles, quæ elutæ perſiſterent. Inde funeſtus hydrops.

Obſ. 34. Sanguis per urinam, deinde pus. Inde abſceſſus renis in lumbis erupit, is cum ad ſanitatem perductus fuiſſet, æger nihilominus interiit.

Obſ. 49. Menſibus ſuppreſſis ſanguinis vomitus ſucceſſit, ceſſavit idem, cum menſes reſtituti fuiſſent.

Obſ. 56. ſanguinis grumus, vermis ſimilis, per urinam.

Godofr Christian Wincler, & ipſe in Sileſia medicus.

Obſ. 90. Magna ad ſex libras hæmorrhagia ſanguinis de naribus manantis, cucurbitula ad hepatis ſedem admota ſuppreſſa, quod auxilium & alias noſter efficax expertus eſt, cum fruſtra vena incideretur.

Obſ. 92. Cum V. D. M. inter perorandum hæſitaret, vocem recuperabat antidoto & radicis ari, atque caſtorei momento ad linguam illito.

Obſ. 95. Sputum purulentum ſanguine tinctum cum febre colliquativa & ſpiritu difficili: tantum malum ſolis vulgatis pectoralibus herbis ſuperatum fuiſſe.

Obſ. 97. Alvus adſtricta ſoluta egeſta maſſa carnea renis ſimili.

Obſ. 100. a variolis ſpina ventoſa, ſanata ſumto lignorum decocto, ulceribus aqua calcis ablutis.

Obſ 103. fluor albus per adſtringentia ſuppreſſus, inde ſcrofulæ, tuſſis perulenta, febris hectica, mors.

Obſ. 106. Vulnus, inde abſceſſus hepatis, clauſo abſceſſu hydrops aſcites facile ſanatus.

Obſ. 108. Iterum a variolis pædarthrocace funeſta.

Obſ. 110. a febre maligna ſurditas, ſanata fumo tabaci & cucurbitulis pone aures adfixis.

Obſ. 111. Duæ maximæ petechiæ quaſi cauterio inuſtæ fuiſſent, & relicta eſchara; felici eventu. (In febre maligna idem vidi malum, ſed funeſtum).

Obſ. 112. Undecimo die iſchuria ſublata, prodeuntibus cum octo libris urinæ lapillis.

Obſ. 113. Morbus niger, cum maxima ſanguinis jactura ſæpe repetitus, cum jam hydrops videretur ſucceſſurus, feliciter ſanatus amarorum uſu.

Obſ. 114. Volvulus cum fæcum vomitu, prunorum putridorum libris ſex egeſtis ſolutus.

Christian Menzel, archiater Brandenburgicus, vir polymathos.

Ann.

Ann. VI. VII. *obſ.* 78. Sudor a rhei uſu flavo colore tinctus.

Ann. IX X. *obſ.* 181. Renes calculoſi, purulenti, & una fellea veſicula calculis plena, ſupra quingentos.

Obſ. 82. Caſei magna fruſta, cum non aliter poſſent, de ano digitis extracta.

Dec. II. *ann.* I. *obſ.* 32. Secundæ abſque noxa retentæ, poſt IX. menſem rejectæ, ad pellis modum ſiccatæ: melius adeo relinqui in utero, quam cum periculo evelli.

Obſ. 33. In cerebro damæ levis calculus tophaceus fabæ magnitudine.

Ann. II. *obſ.* 57. Ruſtico plurimos inde dolores patienti, vermes numeroſos de auribus extraxit vivos, cum in ulceroſas aures muſcæ ova depoſuiſſent.

Dec. II. *ann.* III. *obſ.* 14. In Marchia Brandenburgica femina crure altero monſtroſo, tumido, ut malabarici hominis pedem elephantinum ſuperaret, ſanata potu aquæ Freyenwaldenſis.

Obſ. 15. Senex 120 annorum, & alter ejuſdem ætatis, uterque anno ætatis 118 novos dentes protruſit, argumento hominem in univerſum longiori vitæ deſtinari.

Ann. IV. *obſ.* 62. Infanti catarrho ſuffocativo exſtincto pituita craſſiſſima aditum laryngis obſtruxerat.

Obſ. 163. in funeſta iſchuria urina fluxit & de naribus, & de ſecta vena. Renes calculis pleni.

Ann. V. *obſ.* 42. Dyſenteriæ ſtypticis ſuppreſſæ, ſucceſſit] ſphacelus pedis funeſtus.

Ann. VIII. *obſ.* 193. eryſipelas exulceratum.

Obſ. 197. ex uſu mytulorum convulſiones, & alia ſymptomata, ut tamen ſponte evaneſcerent. Vita viri exſtat in *Act. Berolin.* T. II.

J. Frid. Huldenreich.

Dec. II. *ann.* IV. V. *obſ.* 219. tumor in ſede hepatis cum vomitu aliiſque malis: hepar erat, quatuordecim librarum pondere, ulcuſculis ad triginta, qualia dum vivebat, per umbilicum pus fundebant. Caro renum tota conſumta.

Obſ. 220. atrociſſimi & ſubinde redeuntes abdominis dolores: vir qui ſe putaret ſerpentem egeſſiſſe, aliumque in corpore alere, poſt 34 annum hydrope exſtinctus. In veſicula fellea calculus rotundus quaſi pedatus.

Obſ. 221. innumerabiles in pulmone calculi.

J. Adolphus

J. Adolphus Kohn.

Obſ. 222. Caput fetus totis ſeptem annis in utero retentum, demum per particulas egeſtum.

Dec. II. *ann.* IX. X. *obſ.* 22. Mola inmenſa reſpirationem coercens viginti librarum, ſpiritu ſalis ammoniaci expulſa.

Obſ. 101. ex lapſu, quo lumbi contuſi fuerant, urinæ retinendæ poteſtas amiſſa; ſolamen in machina ab Hildani inventoſa.

Obſ. 102. urina ad diem 17 retenta; halitu jam urinoſo. In cadavere ren dexter minimus, inque eo grumus ſanguinis; vaſa ejus renis a materia cartilaginea arctata.

Dec. III. *ann.* IX. X. *obſ.* 76. Obſtructio hepatis & meſenterii pertinax, ut vires & ciborum coctio laborarent, cum intumeſcentia univerſi corporis, ſiccitate oris, ſiti, vomitu bilioſo, dolore hypochondrii. Hæc mala ſale volatili tartari ſuperata.

Obſ. 77. Infuſa in ſcabioſi hominis venam eſſentia lignorum diluta, ita magnum malum intra menſem ſanatum, inque alio ægroto; arthritis vero ſcorbutica ſpiritu lumbricorum cum eſſentia anodyna in venam dato.

Obſ. 78. In graviſſimis colicis doloribus, cum medicamenta omnia vomitu rejicerentur, mercurio crudo deglutito, ſuperpoto oleo alvus liberata, dolores ſedati; ſic *obſ.* 79. volvulus ab hernia natus.

Obſ. 80. Fulguratus, conſternatus, illæſus, cui puſtulæ acres de cute eruperant, cum æſtus intenſo ſenſu & aliis ſymptomatibus, ſenſim ſero tamen ſanatus.

J. Butzius.

Obſ. 223. In hydropica pene aſita nihil repertum, præter aquam in utroque ventre, & ventriculum craſſum, anguſtiſſimum.

Dec. III. *ann.* V. VI. *obſ.* 78. Tabes ſcorbutica funeſta. Vaſa meſenterii gypſea quaſi materia plena: hepar ſubputre, lien totus putris, idem perparvus, ſic cor & ventriculus, pulmoneſque, & iidem glutine circumdati.

Obſ. 81. ex mala tractatione pueri calculoſi paraphimoſis, cum gangrænæ metu.

Obſ. 82, Variolæ ſanguine loco puris plenæ, non lethales.

Obſ. 83. Mors repentina a nimia copia ſpiritus frumenti ingurgitata.

Ann. IX. X. Arthritis ſanata medicamento in venas infuſo.

Vertit P. Zacchiæ *com. de morbo hypochondriaco.*

Godofredus Schulze Medicus Eislebienſis.

Obſ. 341. Gravida femina hyſterica ſumta manna abortum paſſa.

Ej. *de natura tincturæ bezoardicæ* Michaelis, *& de mixtura ſimplici, præfixæ ſunt epiſtolæ medicorum* Hall. 1678. 8.

Ej. *ſcrutinium cinnabarium cum appendice de emplaſtro magnetico hernias ſcrotales curante* Hall. 1680. 12.*. Cinnabaris nativa, vulgaris, & ſanguis draconis. Præparationes, vires medicæ. Magnas vires his pigmentis noſter tribuit, etiam ſua fide interpoſita, in ſuis laudibus minime parcus. Eamdem efficaciam contra incredulos tuetur. Fatetur tamen fruſtra ſe in epilepſia dediſſe.

Dec. II. *ann.* III. *obſ.* 170. Mirifica & Botallo grata futura adnotatio. In hydropico dato ferro ſanguinis diluti repetita jactura per alvum, innoxio ſucceſſu.

Ann. VIII. *obſ.* 154. Succi phytolaccæ ſemidrachma cani non nocuit.

Obſ. 155. magnus tumor & ſævus dolor brachii, qua cum carpo committitur, a ſiccata ſcabie.

Dec. III. *ann.* III. *obſ.* 93. urina ſuppreſſa poſt calculum excretum, ſcrotum inflammatum, eventu felici.

In Actis Hafniensibus.

Vol. III. & IV. ad annos 1674. 1675. 1676. prodierunt Hafn. 1675. 4.*.

Georgius Hannæus Profeſſor Othinianus.

Obſ. 66. iſchuria, atrox hemicrania, flante borea ſævior.

Obſ. 91. a devorato contra icterum pediculo atrophia funeſta, glomer inmenſus pediculorum in ventriculo repertus.

Ann. V. *obſ.* 12. In hydrope aſcite 120 ℔ aquæ.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 215. magnæ per lotium hæmorrhagiæ abſque alio malo.

Ann. IV. *obſ.* 3. poſt quartanam dolor vehemens in reddendo ſemine, cum interim venerem adpeteret.

Obſ. 114. placenta veſicularis, cujus natura eo ævo ignorabatur.

Ann. V. *obſ.* 165. quæ paritura putabatur, iterum exſpectatione fruſtrata detumuit.

Obſ. 166. Hydrops aſcites vino abſinthite ſuperatus.

Obſ. 17 . infans cæca & muta reſtituta ejectis vermibus

Obſ. 173. ſecundæ retentæ cum magnis ſymptomatibus, a natura poſt horas 36 expulſæ.

Obſ. 174. Quæ in quintum nunc annum mortuum fetum circumfert.

Ann. VI. *obſ.* 134. ſabulum urinæ molle, fit tamen particulis anguloſis granatorum ſimilibus.

Obſ. 135. aſphyxia.

Obſ. 137. a ſtramonio in nares infarcto amblyopia & amauroſis.

Obſ. 138. ab octo granis tartari emetici hypercatharſis, cum maximis torminibus, & convulſionibus.

Ann. VII. *obſ.* 150. Lien de vulnere propendens reſectus, abſque noxa.

Obſ. 452. tonſione ſuppreſſa cephalalgia.

Obſ. 154. dyſenteria diuturna, biennis, curata elixirio antipodagrico.

Obſ. 155. capilli in ſenio virides, ex alio.

Ann. VIII. *obſ.* 108. Raucitas ſenilis ex conſilio F. SYLVII ſpiritu ſalis ammoniaci curata.

Obſ. 109. Pleuritis alternis diebus ingraveſcens, cum ſummo fætore rejecti craſſamenti.

Obſ. 3. mirifice ſanatus, quem vipera momorderat, inciſa cute verticis capitis.

Obſ. 114. cordis palpitatio in hypochondrio ſiniſtro percepta.

Ann. IX. *obſ.* 168. mola venoſa pro fetu egeſta.

Ann. X. *obſ.* 148. Lepuſculus in utero petrefactus.

Sic *obſ.* 149. uterus in ove lapideſcens.

Obſ. 150. vomitus ſtercoris abſque præcedente alvi obſtructione, oleo lini per anum ſubdito levatus.

Obſ. 151. magna in palpebra ſuperiori hydatis, purgatione, tractis veſicis, epithemate aromatico ſublata.

Dec. III. . . . *obſ.* 12. Alvus nono die ſicca, & urina triduo, liberata oleo lini in anum injecto.

Obſ. 13. aliquot mortales a vapore putri enecti.

Ann. V. VI. *obſ.* 237. Choreæ S. Viti ſaltatoriæ diarium. Inde multus quotidie vomitus, redeunte tamen ſanitate.

Obſ. 238. diarium morbi in puerpera.

Vitam viri ſcripſit ERASMUS BARTHOLINUS Hafn. 1684. 4. BOEHM.

DANIEL PROTTENIUS chemicus, medicus Helſingorenſis.

Ann. III. *obſ.* 24. Eundem flexilibus oſſibus hominem Sedani vidit, de

quo BAUDA & SPONIUS. Ea mollities ſucceſſit artuum doloribus, cætera ſanus erat.

In *vol.* IV. *Collegii medici Hafnienſis* conſilium ad febrem epidemicam contagioſam. Antidoti, ſudorifera, alcali volatile.

Ib. *obſ.* 27. NICOLAI BENZONI medici Aalburgenſis, ſed Itali, ſcriptiones ad varios morbos. In febre tertiana duplici cum maxima virium jactura venam ſalvatellam aperit. Ad hyſtericum malum peſſus. In phrenitide, cui ſopor gravis ſucceſſit, veſicantia & interim clyſteres nutritii..

§. DCCCXV. DISPUTATIONES.

MATTHIAS FREYTAG *de inflammatione* Leid. 1675. 4. *.

ISAACUS WALLICH *de reſpiratione difficili* Leid. 1675. 4. *.

J. GEORGIUS AREND *de cephalalgia* ib. 1675. 4. *. In apoplectico nullæ ſuturæ, in cerebro ſerum. Apud C. DRELINCOURTIUM glandula pinealis tophacea ovi anſerini mole, nervi optici & auditorii ariditas, ut fidium ſimilis eſſet, cum viſu & auditu deſtructo.

JACOBUS HULLEKENS *de incubo* ib. 1675. 4. *.

DANIEL PARENT *de apoplexia* ib. 1675. 4. *.

JOACH. HENRICI LUTTERLOH *poſitiones anatomico medicæ* 1675. 4. *.

GOTTLIEB BECKER *de catarrhis* ib. 1675. 4. *.

J. ADAM LIMPRECHT *de tuſſi* ib. 1675. 4.

PHILIPPUS SCHAFFELDT *de variolis & morbillis* ib. 1675. 4. *. Veterum eſſe papulas didicit a DRELINCOURTIO.

ADR. *de* RUYELEN *de empyemate* ib. 1675. 4. *.

ABR. RAVEN *de vermibus inteſtinorum* ib. 1675. 4. *.

H. FISCHER *de ſuffocatione uterina* ib. 1675. 4.

J. WILHELMUS FAUSIUS *de hæmorrhoidibus* ib. 1675. 4. *.

VAL. LOOKEMANN *de doloribus* ib. 1675. HEF.

J. *v.* WYNINGHEN *de intemperie ſanguinis craſſa* ib. 1675. 4. *.

J. CONRAD RAZOR *de opthalmia cum fiſtula lacrumalti* ib. 1675. 4.

J. KEESMANN *de ſectione octava Hippocratis* ib. 1675. 4. *.

J. BAERTSCHEER *de angina* Harderwic. 1675. 4.

Programma ad exequias S. R. SULZBERGER Leipz. 1675. 4.

J. CONRAD

J. Conrad Hoenn *oratio, quo quis rectius cognoſcit morbum, eo rectius ſanat* Altdorf. 1675. 4.

Theophil. Muller *de ægro agonizante* Altdorf. 1675. 4. *.

J. Dan. Muller *de cruentatione gingivarum ſcorbutica* ib. 1675. 4. Burkh.

J. Eric. Oldenborch *de colica* Altdorf. 1675. 4. Riv.

Dan. Godofr. Klus *de fluxu chyli in fluore mulierum, gonorrhœa, cœliaca, urinis lacteis & lactis abundantia* Altdorf. 1675. 4.

Gottfr. Stein *de cardialgia ſcorbutica* Altdorf. 1675. 4. Riv. De paralyſi ſcorbutica, alia.

Paulus Melchior *de morbo caſtrenſi* Gieſſ. 1675. 4. *.

J. Wilhelm Reyger *caſus laborantis peripneumonia* Gieſſ. 1675. 4. *.

Lud. Christian Tack *de podagra* Gieſſ. 1675. 4.

Christoph Henrich Rupert *de ſyncope* Erfurt. 1675. 4. Riv.

Lud. Conr. Jacobi *medicatio ægri febri mali genii graviter decumbentis* Marb. 1675. 4. Pl.

J. Willich *de fœtore oris* Lovan. 1675. 4.

J. Melch. Sulzer *de ſcorbuto* Pr. Borrichio Hafn. 1675.

Laur. Schilling *de obſtructionibus* Baſil. 1675. 4. Pl.

Theod. Boxbart *de variolis* Baſil. 1675. 4. *.

Stephani Bachot *veſpertina & pileus doctoralis* Pariſ. 1675. 8.

Nicolai *de* Jouvancy & Jos. Thomasseau *E. nitidus faciei color bene moratorum viſcerum index* ib. 1675.

Henr. Mahieu & Fr. Girard *& longius & felicius vivunt, qui juniores connubium ineunt* ib. 1675.

Petr. Legier & J. B. Ren. Moreau *E. balnei uſu ſalubrior vita* ib. 1675.

Fr. Sorand & P. Bonnet *E. a paſtu frigeſcere ſalubre* ib. 1675.

Ren. *le* Conte & Petr. Bonnet *E. variolis male erumpentibus pulvis viperinus* ib. 1675.

Nic. Pelletier & J. R. Girard *E. magnis lienibus ferrum* ib. 1675. 4.

§. DCCCXVI. J. Vesti.

Justi Vesti profeſſoris Erfordienſis numeroſiſſimæ ſunt diſputationes, deinde libri aliqui.

Ej. *diſp. de aſthmate* Erford. 1675. 4. Riv.

Ej. *de ſuffocatione hyſterica* ib. 1685. 4. *.

Ej. *de paſſione hyſterica* 1685. 4. He.

Ej. *de medicamentorum formulis conſcribendis* 1685. 4. He.

Ej. *de purgatione* 1685. 4. *.

Ej. *de ventriculi inflatione* 1686. 4. He.

Ej. *de febre ardente maligna* 1686. 4. *.

Ej. *de magnetiſmo macro & microcoſmi* 1687. 4. He.

Ej. *de epilepſia* 1687. 4. He.

Ej. *de febre hungarica, quam vulgo cephalalgiam epidemicam vocitant* 1687. 4.

Ej. *de purgatione* 1636. 4.

Ej. *de hydrocephalo* 1688. 4. He.

Ej. *de ſcorbuto* 1688. 4. He.

Ej. *de catalepſi* 1689. 4. Riv.

Ej. *de dyſpepſia* 1689. 4. He.

Ej. *de medico felici & infelici* 1689. 4. He.

Ej. *de phthiſi* 1689. 4. He.

Ej. *de phthoe ſ. adfectu thoracico phthiſeos* 1689. 4. Pl.

Ej. *de colica* 1690. 4. He.

Ej. *de pectoralibus adfectibus eorumque remediis in genere* 1690. 4. He.

Ej. *de pleuritide* 1690. 4. He.

Ej. *de abortu* Erford. 1690. 4. He.

Ej. *de anorexia* ib. 1691. 4. He.

Ej. *de ſingultu* 1691. 4. He.

Ej. *de phrenitide* 1692. 4. He.

Ej. *ſenio Salomonis* 1692. 4. Pl.

Ej. *programma* 1692.

Ej. *de dyſtocia* 1693. 4. He.

Ej. *caſus ſat rarus de vomica pulmonum* 1693. 4. He.

Ej. *de menſium ſuppreſſione* 1694. 4. He.

Ej. *de ſymbolo Pythagoræ fabis abſtineto* 1694. 4. He.

Ej. *æger artuum tremore correptus* 1694, 4. He.

Ej. *de atrophia* 1694. 4. He.

Ej. *de doloribus vehementiſſimis partum præcedentibus* 1696. 4. He.

Ej. *de aſthmate* 1696. 4. He.

Ej. *de philtris* 1696. 4. Boeh.

Ej. *de ſternutatoriorum uſu & abuſu* 1696. 4. Haen. opus C. J. Langii Pl.

Ej. *de cardialgia* 1697. 4. He.

Ej. *de hectica cardiaca* 1697. 4. He.

Ej. *de motu chyli vitiato* 1697. 4. He.

Ej. *de odontalgia* 1697. 4. He.

Ej. *ægri aſcitici caſus* 1697. 4. He.

Ej. *de fluore albo* 1697. 4. Riv.

Ej. *de ægro aſcitico* 1697. 4. He.

Ej. *de vomica pulmonum* 1698. 4. He.

Ej. *de mictu cruento* 1698. 4. He.

Ej. *de variolis* 1698. 4. He.

Ej. *de apoplexia* 1698. 4. He.

Ej. *de ægro cacochymico* 1699. 4. He.

Ej. *æger phthiſi laborans* 1699. 4. He.

Ej. *animæ ad corpus habitudine praxeos fundamento* 1699. 4. He.

Ej. *de raucedine* 1699. 4. Haen.

Ej. *de arthritide* 1700. 4 He.

Ej. *de motu ſanguinis circulari naturali & præternaturali* Erford. 1700. 4. He.

Ej. *hiſtoria curati pleuritici* ib. 1701. 4. He. Lego *de pleuritide febrem malignam comitem habente* ib. 1701. 4.

Ej.

Ej. *æger melancholia amatoria variis ſymptomatibus gravioribus maritata* 1701. 4. He.

Ej. *de ophthalmia* 1701. 4. Menz.

Ej. *de delectu & paucitate medicamentorum in curandis morbis* 1701. 4. Menz.

Ej. *de hercule medico* 1701. 4. *. de ſpermate ceti.

Ej. *de caſtoreo* 1701. 4. *.

Ej. *de theio Hippocratis* 1702. 4. He.

Ej. *ſuccinum medice & phyſice conſideratum* 1702. 4. *.

Ej. *de affectione hypochondriaca* 1702. 4. He.

Ej. *de catarrho ſuffocativo* 1702. 4. He.

Ej. *de abortu* 1702. 4. He.

Ej. *caſus paſſione hyſterica laborantis, ejuſque curatio* 1703. 4.

Ej. *de ventriculo morborum chronicorum fecunda matre* 1704. 4. He.

Ej. *de fructuum horæorum uſu & abuſu* 1704. 4. *.

Ej. *æger peripneumonicus* 1704. 4. He.

Ej. *de vertigine* 1704. 4. He.

Ej. *de cornu cervi ejuſque vi bezoardica* 1704. 4. *.

Ej. *de ægroto peripneumonico* 1704. 4. Haen.

Ej. *de impotentia virili* 1704. 4. Haen.

Ej. *de dyſenteria caſtrenſi* 1704. 4. He.

Ej. *de uſu & abuſu medicamentorum mercurialium* 1705. 4. Boeh.

Ej. *de caloris nimii damno* 1706. 4. He.

Ej. *de hæmoptyſi* 1706. 4. He.

Ej. *de empyemate* 1707. 4. He.

Ej. *de bubone* 1707. 4. He.

Ej. *de ictero* 1707. 4. He.

Ej. *de lapide bezoardico orientali* 1707. 4. *.

Ej. *de hydrope anaſarca* 1708. 4. He.

Ej. *de ſymptomatibus variolarum retrocedentium* 1708. 4. He.

Ej.

Ej. *de hypochondriaco dolore* Erford. 1708. 4. He.

Ej. *de temperamentis* ib. 1708. 5. He.

Ej. *de empiricis* 1709. 4. He.

Ej. *de ægro undimia laborante* 1709. 4. He.

Ej. *de lapicidina microcoſmica* 1709. 4. Haen.

Ej. *de dyſenteria epidemica* 1709. 4. He.

Ej. *de tranſpiratione ſanitatis & morborum matre* 1710. 4. He.

Ej. *de panis uſu alimentoſo & medicamentoſo* 1710. 4. Tr.

Ej. *de verme umbilicali* 1710. 4. Menz.

Ej. *de purpura puerperarum* 1711. 4. Ol.

Ej. *de ægro mendace* 1711. 4. He.

Ej. *de atrophia literatorum* 1711. 4. Bun.

Ej. *de febre petechiali* 1712. 4. Pl.

Ej. *de febribus petechialibus* 1712. 4. niſi idem eſt.

Ej. *de hydrope anaſarca* 1712. 4. He.

Ej. *de atrophia infantum* 1712. 4. He.

Ej. *de martialium uſu & abuſu* 1713. 4. R.

Ej. *de catarrho ſuffocativo* 1713. 4. He.

Ej. *de hydrope* 1713. 4. He.

Ej. *de præſtantia medicamentorum ſimplicium & Galenicorum præ chymicis* 1713. 4. He.

Ej. *de diarrhœa lochiis superveniente* 1713. 4. He.

Ej. *de peripneumonia* 1714. 4. Haen.

Ej. *de atrophia literatorum* 1714. 4. He.

Ej. *de tremore* 1714. 4. He.

Lego etiam diſp. *de dyſenteria epidemica ad neotericorum mentem examinata & Cl. virorum experimentis nuperrimis aucta* ib. 4.

Cum Caspari Cramer *Collegio chymico in quinque diſputationibus* recuſo Erford. 1688. 4. *, edidit *obſervationum medicarum decadem.* Struma inſolito exemplo ſubito nata in homine ad hydropem vergente (aquoſa fuerit ſtruma & per metaſtaſin nata). In phthiſico & hepar ulceroſum & pulmo, & diaphragma eroſum, ut medius venter atque imus in unum ulcus conſentirent. Femina, cui ſanguis de utero uberius fluebat, lac puſioni præbuit colore kermeſino tinctum. Hydro-

pica crura ſcarifata in gangrænam verſa ſunt. In arthritide vino uſus æger & calidiſſimo balneo, cum euphoria. Poſt hydropem, quem oportet curatum fuiſſe, ſcirrhoſum hepar in cadavere repertum.

Ej. *inſtitutiones medicinæ reformatæ* Erford. 1697. 8. *. Breve compendium artis, ex opinionibus Helmontii.

Ej. *de purgatione doctrina theoretico practica* Jen. 8. abſque anno. Purgantium ſelectæ formulæ, valde compoſitæ.

Ej. *de medicamentorum formulis diſputatio recuſa & aucta.* Doſes, leges, cujuſque formulæ exempla, nimia ſemper ubertate ingredientium gravia.

§. DCCCXVII. Gualther Harris.

Gualther Harris medicus Londinenſis. Ej. *Obſervations on the art of curing the venereal diſeaſe* Lond. 1676. 8. Blegnyi eſt opuſculum.

Ej. *pharmacologia empirica* (Anglice) Lond. 1684. 8. eſt idem cum l. *on chymical and Galenical remedies* Lond. 1683. 4.

Ej. *l. de morbis acutis infantum* Lond. 1689. 8. *. 1705. 8. tr. acc. *obſſ. aliquot de morbis gravioribus* (una) *de luis venereæ origine natura & curatione.* Genev. 1696. 1698. 4. *. cum Listero, Amſterd. 1715. 8. *. 1736. 8. Gallice Pariſ. 1720. 8. 1738. 12. 1754. 12. vertente J. *de* Vaux Germanice Lipſ. 1691. 12. Tr. Unum eſſe variis ſub nominibus morbum infantum, acorem nempe. Cauſæ remotiores, hereditas, potiſſimum a matre, in cujus utero fetus novem menſibus, maternis ſuccis ſolis ſuſtentatus fuerit, tum lac & cibi potiſſimum acidi, nam caro infantibus omnino indigeſta eſt. Sed etiam matura vini indulgentia infantes lædit & dentitio. Tormina ventris infantibus potiſſimum a medio Julio M. ad Septembrem infeſta eſſe. Curationem eo redire, ut acor reddatur idoneus, qui eliminetur, deinde ut coctus expurgetur. Præparatur acidum per alexipharmaca & ſudorifera, ſed lenia, perque terras fere abſorbentes, non volatiles ſales neque lixivioſos. Præparati humores expurgandi, quod in febribus infantum noſter optime cedere expertus eſt; fere rheo, & tartari cryſtallis (tamen acidis). Venæ ſectio infantibus non convenit, niſi in tuſſi convulſiva, & in metaſtaſi ſanguinis in pulmones decumbentis. Neque opium confert. In febribus malignis ſucco limonum tamen utitur. Ejuſmodi febris malignæ epidemicæ hiſtoria, levi cum horrore invadentis; tum dolore capitis, vertigine, aphthis, diarrhœa, vomitu, torminibus, in quibus abſorbentia ſpecificam vim habent. Convulſiones iiſdem compeſcendæ, non volatilibus. Exempla infantum ægrotorum & curatorum.

Ej. *obſervationes medicæ* Lond. 1720. 8.

Ej. *de peſte diſſ.* Lond. 1721. 8.

Ej una prodiit l. *de innoculatione variolarum* Lond. 1722. 8. In peſte tartarum dat emeticum, inde ſerpentariam & alia ejuſmodi. In morbillis tragacantham in febre frigida.

Ej. *diſſertationes medicæ & chirurgicæ habitæ in amphitheatro collegii regalis medicæ*. London. 1725. 8. *. In *præfatione* agit de hiſtoria chirurgiæ Anglicæ, Elisabeth prælectorem Chirurgiæ inſtituit. Inde morborum acutorum hiſtoria, & veterum methodus. Vomitum frequentius ciebant, venam liberaliter ſecabant, quæ tamen evacuatio in prima diatrito ſola locum habere debebat. Laudes teſtaceorum repetitæ. Veſicatoria in febribus calidis noſtro non placent. In declinatione lenis purgatio convenit. Intermittentes nonnunquam a principio catharticis oppugnat. Cortici Peruviano acida addit, etiam venam ſecat, ſi calidior febris ſit. Loco Ypecacuanhæ frequenter radicem venenatam venalem proſtare. Variolæ morbilli: Sydenhamium ſecutus curationem ſudoriferam rejicit, ſudorificum tamen magno viro adeo laudatum, eo tempore Londini perbonam veniiſſe, nunc multo deteriorem proſtare. Antimonialia emetica reformidat. Fonticulos vulgo inepto loco aperiri: debere cauteria in uri in vicinia magnorum vaſorum. Opium minus amat, quam Sydenhamius. Cardiacis vinum præfert. Veſicatoria ſolis obeſis convenire. In morbillis calida cauſam eſſe funeſtæ tuſſis. Regimen vitæ in univerſum moderatum reddere variolas innocuas. Aquæ laudes: ægre tamen credas Gangeticam aquam vini ſaporem habere. Frigidam tamen metuit. Vini vis vulneraria, etiam in ambuſto oculo ſalutaris. Venæ ſectio in Anglia uberior requiritur, neque timendæ duodecim unciæ. Convenit plethoræ, febribus inflammatoriis, aliiſque febribus continentibus. In pleuritide malum non ſuperatur abſque externo fotu, ſi a contuſione ortum fuerit. Materies medica: ſimplicia veteres præferebant auxilia. Pro inoculatione variolarum.

In *Epiſtola* ad Baglivium felicem Rhei effectum laudat.

§. DCCCXVIII. Varii ad a. 1676.

Theodorus Craanen ex ſecta Sylviana, archiater Brandenburgicus.

Ej. *de intemperie frigida* Utrecht 1676. 4. *.

Ej. *oratio funebris in obitum* Arnoldi Syen Leid. 1679. 4.

Ej. *lumen rationale medicum, h. e. praxis medica reformata* Middelburg 1686. 8. Lambergen. Adnotationes ſunt in Regii *praxin*.

Ej. *obſervationes ad libr. IV. inſtitt. medicarum* D. Sennerti *de auxiliorum materia* Leid. 1687. 12.

Ej. *de homine tractatus phyſico medicus* Leid. 1689. 4. *. Neapoli 1722. 4. Cum partium corporis humani hiſtoria anatomica & phyſiologica conjungit materiam medicam, pathologiam, artemque totam. Criſes nullas eſſe; eas a Galenicis male exſpectari, tempus amitti, quo ægro ſubveniri poſſet. Ex eroſione cruentæ dejectiones cum torminibus, languor per decennium, & denique mors. Facultates eſſe aſyla ignorantiæ. Paſſim tamen etiam adnotationes collegit, ut morborum cordis: Propriæ raræ ſunt. Fatetur ſe feminæ menſes promoviſſe, etiam ſabinæ oleo & draſticis purgantibus, cum tamen gravida eſſet; nihil inde

paſſam eſſe. Cæcitas ſubito orta ex convulſione. Stupor artuum a ſanguine in muſculos non fluente. In virgine veſicula fellis alba, calculis plena.

Ej. diſp. *de epilepſia* Francf. Viadr. 1690. 8. Tr.

Ej. *obſervationes medicæ* Leid. 1693. 12.

Hortus malabaricus, inmenſum opus, hactenus hic poteſt recenſeri, quod pene totam aromaticam materiam medicam, plurimaſque plantas medicatas deſcribat, non alibi prius aut depictas, aut digne deſcriptas. Ejus primarius auctor eſt Matthias *de* S. Josepho.

Lazari Riverii *arcana cum* P. F. Bernardini Christini *a* Juvellina *Cyrnæi fratr. Minor. Inſtitutionibus medicis, & regulis, conſultationibus & obſervationibus edita. Acc. Curationum quinque centuriæ; Tr. de lue ſ. malo venereo. De febre peſtilentiali cum brevi Romani contagii narratione. Aſtrologiam ad medicinam pertinere* Venet. 1676.4. Astr. 1696.4.*. Italice *Practica medicinale* Venez. 1681.4. Burette. vertente in Italicum ſermonem Josepho Testori *de Capitani*. Minima pars operis eſt Riverii, arcana nulla (*a*), cui tamen viro chemica quædam medicamenta adſcribuntur. Reliqua omnia ſunt Christini chirurgi medici, fere empirici, chemici, laudatoris rerum ſuarum. Inſtitutionum T. I. Theoria ex Galenica & chemica miſta eſt. Conſultationes in T. II. ad omnes morbos, cum curationibus, ægre apud peritum fidem inventuræ; ut epilepſiæ per vana auxilia pæoniam palmam Chriſti ſanatæ, phthiſeos per alia nullius momenti medicamina. In volvulo flatum ſiphone impulit, ita alvum laxavit. Incontinentia urinæ ſanavit. III, Tabula medicamentorum Galenicorum. IV. Curationes quingentæ improbabiles, laude propria plenæ: hæmorrhagiæ ſympatheticæ ſuppreſſæ: coagulum hædorum ad mictum cruentum efficæ, cancri, epilepſiæ & ſæpe, ſanatæ. Naſum reſectum poſt integram horam comprehendiſſe. Epidemia maligna a vermiculo ſub calvaria, vino ſanata. In variolis emetica dat. Non diſplicuerit peſſus ex radice bryoniæ ad ſanguinem ducendum ſubitus. Morſum viperæ ſcarifando curavit. Sed immiſſo mure etiam uteri elapſum revocavit. Cum tredecim juvenes cum meretrice venerem exercuiſſent, tres inter eos, non plures, ſed graviter infecti fuerunt. In malo venereo antimonialia efficacia eſſe: ſe inunctione ſæpe uſum. VI, Febris petechialis. Romæ ſæviit febris peſtilentialis a. 1655, 1656, quam noſter aromaticis bezoardicis feliciter ſuperavit. Alia febris maligna alexipharmacis ceſſit. VII, Medicina aſtrologica ſuperſtitioſiſſima.

Andreas Cleyer M. Lic. Caſſellanus, archiater, ſocietatis Orientalis pharmacopolarum & chirurgorum ephorus.

Ej. *ſpecimen medicinæ Sinicæ, ſ. opuſcula medica ad mentem Sinenſium* Francf. 1682. 4 *. Libelli de febribus alii ab Europæo medico aut a Cleyero ſcripti, ut ſuſpiceris aliquas partes eſſe Guilielmi *ten* Rhyne, qui conqueſtus eſt, Cleyerum

(a) Male Riverio tribui Astruc, *maladies des femmes* IV. p. 362.

CLEYERUM ſe inconſulto ſua edidiſſe; Primus libellus Europæus, ſed ex monumentis Chinenſium ſumtus eſt; alii libelli ſunt medicorum Chinenſium. Nihil theoria Chinenſi ſubtilius. Pulſus omnis habet radicem ad radium, tum medium pulſum, & ramum ſ. propiorem pollici locum: Horum pulſuum quiſque habet ſuam ſignificationem. Circulatio cum humido radicali & calore primigenio, quotidie intra 24 horas per vias duodecim principum membrorum abſolvitur: ſpirationes vero ſunt 13500. Sequuntur pulſuum figuræ fere innumeræ, etiam iconibus expreſſæ, cum ſuis præſagiis. In hoc ſtudio nihil ſani eſt, cum ad plures pulſus ajant unum in quaque reſpiratione locum habere, quod fieri non poteſt.

Sequuntur *libri Sinenſes de exploratione pulſuum Vam* (Vang) Xa (Cha) Ho, qui regnante familia Cyn (Tſching) vixit; tum ejuſdem medicamenta ad pulſus.

Denique herbæ 289. cum ſuis viribus medicis. Anatome Sinenſis.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 18. In ventriculo humano, in India inciſo, plurimæ hydatides, quarum membrana tenax erat, ovi gallinacei mole, aut minor.

Dec. II. *ann.* II. *obſ.* 5. Ante annos non plures viginti in Java inſula elephantiaſin cepiſſe ſe efferre, morbum in quo de univerſo corpore tubercula efflorescunt, quæ in ulcera mali moris abeant, & oſſa ipſa corrumpant. Nonne *Yaws* Anglorum?

Ann. III. *obſ.* 13. De ſtrumoſis pedibus in Malabaria endemiis.

Ann. IV. *obſ.* 1. &c. medicamenta aliqua, moxa, thea; ginſeng.

Ann. X. *obſ.* 15. Indi opium ſumunt, ut ad venerem ſe excitent. In Japonia vitam opio putant ſe producere, ad drachmam in diem ſumto, vapore lactis calentis utcunque ſoluto.

PAULI LUDOVICI SACHS M. D. *Monocerologia*, *ſ. de genuinis unicornibus diſſ.* Razeburg 1676. 8. *. Non dari aliud unicornu præter cetum Narwhal: Animal equi ſimile cornu unico fabuloſum eſſe. Tunc deſcribit calvariam & manum (pinnam) hujus ceti, cum menſuris. Cornu prodit ex latere ſiniſtro, non ex dextro, liberum cæterum, nullique oſſi adhærens. Sub finem experimenta a ſe ipſo cum cornubus inſtituta recenſet; quibus unicornu cum vomica nuce admiſta propinavit. Evaſerunt alii canes ex mitiore malo; alii perierunt, illorum felicitatem ſuæ antidoto tribuit. In pereuntibus pulmonis vaſa omnia ſanguine plena. Spiritus cornu cervi nucis vomicæ venenum non ſuperavit.

M. HENNING WITTEN *memoriæ medicorum noſtri ſeculi clariſſimorum renovatæ decas I.* Francf. 1676 8. *. & *ſecunda* ibid. eod. anno. Sunt fere orationes funebres & parentationes nihil mutatæ. In I. decade CLUSIUS, HIER. FABRICIUS, C. BARTHOLINUS Senior, GREG. HORST, DANIEL SENNERT, PETRUS KIRSTENIUS, J. B. v. HELMONT, C. HOFMANN; reliqui minus noti. In altera decade

cade LUD. JUNGERMANN, OLAUS WORM, J. ANTONIDES *v. der* LINDEN, alii obſcuriores.

EJ. *diarium biographium* Rig. 1688. 1696. 4.

JACOB *van* DÖHREN *de theriaca cæleſti a* JOSEPHO QUERCETANO *inventa, deinde* a FRID. GREIFFIO *aucta* Caſſel 1676. 12. Germanice J. *v.* DÖHREN *theriaca cæleſtis, d. i. Himmelstheriak, von Joſ. Quercetan erfunden, von F. Greiff vermehrt* Caſſel 1676. 12. L. 1705.

VINCENTII COGOLLI *adnotationes ad practicam* MARCI GATINARIÆ, LUDOVICI BELLACATI *lectiones medico practicæ*. & alia Italorum exſtant cum *Chiliadibus* G. HIER. WELSCHII Ulm. 1676. 4. *.

GEORGII MASBACH *collectanea practicarum & pharmaceutica* in *chiliadibus* G. H. WELSCH.

Sic GEORGII THANMULLER *experimenta medica chirurgica & collectanea.*

Et THOMÆ STROMAYER cum ſimili titulo poſthuma.

TOBIAS VOGLER *Mnemoſynologia, ſ. de memoria lib. medicus theoretico practicus, in quo eſſentia memoriæ conſideratur, deque cauſis tam lædentibus, ſ. oblivionem producentibus, cum ſuccincta methodo quomodo cum præſervetur, tum ſelectiſſimis remediis curetur* Jen. 1676. 12.

J. HORATIUS MOLITOR *de thermis artificialibus ſeptem mineralium planetarum* Jen. 1676. 12. *.

J. CHRISTOPH BECMANN *memorabilia Francofurtana, notitia univerſitatis, catalogus bibliothecæ* Francof. ad Viadr. 1676. 4.

EJ. *ſecularia ſacra academiæ regiæ Viadrinæ* 1676.

FRANCISCI FEV *medicum prognoſticum hujus anni* 1676. Barcinone 1676. 4. C. de V. Medicus erat Barcinonenſis.

CHRISTOPH HENRICH RECELLIUS *conſilium de morbo epidemico & febre peſtilentiali* Colberg 1676. 4. LEHM.

J. CASP. BOXBERGER *praxis methodica medicinalis* Bamberg 1676. 24.

JOH. HARWOOD *Bibliotheca curioſa regiomontana* Francf. 1676. 4.

MOSES a patria KALISIENSIS EJ. *hereditas Moſis* Walendorf 1676. 8. Remedia.

EJ. *Moſes de variis morbis eorumque curatione* ib. 1679. C. WOLF.

FRID. ZOBEL *tartarologia ſpagyrica ſ. medicamentorum ex laboratorio Gottorpienſi paratorum deſcriptiones* 1676. 12.

§. DCCCXIX.

§. DCCCXIX. Varii.

Charles Goodall *the college of phyſicians vindicated, and the true ſtate of phyſik in this nation faithfully repreſented in anſwer to a ſcandalous pamphlet intitbod cornerſtone* Lond. 1676. 8.*. Adrianus Huybers pharmacopola empiricus, chemicus, ſcripſerat contra legem, quæ Collegio medico Londinenſi poteſtatem impertit, coercendorum eorum, qui Londini medicinam facere vellent, neque aut gradus legitimos aut veniam collegii obtinuiſſent, quam legem Henricus VIII ſanxit, omiſſa formula *le Roi le veut.* Eam formulam Goodallus oſtendit, paſſim eo principe regnante omiſſam: legem ipſam a Regina Maria confirmatam, & ejus vi paſſim in empiricos animadverſum fuiſſe. Deinde exponit ſtatuta collegii medici, & oſtendit, æqua eſſe & ſani ſenſus. Porro medicinam certis principiis niti confirmat, & methodum neceſſariam eſſe.

W. R. M. D. *new treatiſe of winds effets on mens bodies* Lond. 1676. 8.

Thomas Sprat *the plague of athens* Lond. 1676. Idem fuerit cujus eſt hiſtoria Reg. Sor. Brit.

Kitchen phyſik or advice to the poor by the way of dialogue Lond. 1676. 8.

Rob. Fletcher *character of a trne phyſician* Lond. 1676. 8. A. C. Buchner.

James Cooke *melliſicium chirurgiæ* Lond. 1676. 8.

Ej. *mirrar of ſurgery anatomy and phyſik* Lond. 1685. 8.

Richard Wiseman inſignis certe & peritiſſimus chirurgus, inter opera ſua etiam rem medicam adtigit.

Ej. *ſeveral chirurgical tracts* Lond. 1676. f. Ast. 1686. fol.*. 1719. 8. 2 vol. Huc pertinet in L. I. de tumoribus, caput de phlemone, eryſipelate, morbis cutaneis, hydrope, hydrocephalo, flatubus. Hydrocephali pluſcula exempla habet, aqua effuſa inter duas meninges; glandula pinealis in hydatidem degener: malum ſanatum fuit ſcarifando & fonticulo pone aures aperto. Cyſtides a dura membrana erumpentes aqua in meningibus & gelatina ſequens vaſa cerebri. Strumæ & curatio quæ tactu fit regum Angliæ. Rem ipſam noſter adfirmat, & a Carolo I. felici eventu tactos narrat ſcrofuloſos. Tum morbi deſcriptio & ſymptomata, hæc inter oſſium caries. Laudat noſter mercurialia, lignorum decocta; eradicationem per eſcharotica. Tractatus demum ultimus *de venerea lue* totus huc facit. Salivationem movet in morbo quidem gravi per inunctionem. Sublimati hydrargyri in aqua ſolutione nonnullos uti, ſe vero nunquam expertum eſſe. Denique numeroſæ morborum hiſtoriæ, & venereæ luis & gonorthoeæ.

David Martini *de acri, acido & alcali* Lond. 1676. 8.

. . . Garencieres *of the virtues and effects of the tincture of corals in phiſik* Lond. 1676. 8.

J. Abess

J. Abess *breve informazione della aqua detta la Rex ſua vera qualita fondata ſopra li eſperimenti dell a.* 1640 *fin l'a* 1670 Richenau 1676 12.

Joh. De La Torre Valcarel *Tratado de le ſaludar banneos de Lerida* 1676. 4. ſi recte legi.

J. Fogarole *examen judiciary y declaration contro la idea de M Piræn-dex* Barcinone 1676 Seq.

J. B. Tavernier terreſtrium itinerum longitudine & difficultate omnes, ut puto, hactenus mortales ſuperavit, gemmarius quidem mercator, neque litteratus: non potuit tamen non in Perſia inque India cis Gangem plurima notatu digna videre. Calamum ei D. Chapuzeau commodaſſe lego. Sparſa ad materiam medicam & artis in Aſia ſtatum morbosque multa habet. Prima editio eſt Pariſ. 1676. mea plenior ib. 1724 12. 6 vol. *. Arabiam potiſſimum, Perſiam & Indoſtaniam adiit, & in ea diu, atque cum principis favore moratus multa accuratius vidit, ut quidem eum videre licet, qui hiſtoriæ naturalis eſt imperitus. Morbi & medicina Perſarum, Sorbeti ſcriptio. Verum bezoar aquam non tingere.

Tunkini regnum a fratre I. Baptista deſcriptum eſt, ejuſque medici & medicationes, Chinenſium ſatis ſimiles. In febre purpurata medulla junci maculas inurunt, prius acu perforatas; tum acida dant, carnibus interdicunt. Mortes ſubitæ ab aere corrupto. Dolores ab aeris malignitate ſuperatos ſudore excitato arte medica.

Charles Bezançon *médecins à la cenſuré, ou entretiens ſur la médecine* Paris. 1677. 8. Italice Lion 1678. 12. vertente Constantino Belli. Apologia contra empiricos.

Ej. *la médecine prétendue reformée, ou examen d'un traité des fievres imprimé à Utrecht & compoſé par un Hollandois, qui pretend renverſer toutes les opinions des médecins anciens & modernes* Paris 1683. 12. Bur.

Ej. *Examen du traité des fievres par* Bontekoe ib. 1683. 12. Falc. an non idem l.

Ej. *nouveau traité des fievres* ib. 1698. 12. Febres eſſe a ſulure, & in cerebro reſidere.

Extrait des regiſtres du Parlement du 27 *Avril* 1676. 4. Chirurgis imperatur, ut annuum tributum ſolidi aurei medicis porro pendeant.

Alex. Bartholome de Vaux *la vérité decouverte, ou vraie methode de guérir* Bruxelles 1676. 4. Falc.

Dominici Auda *breve compendio di maraviglioſi ſecreti* Venez 1676. 12. *. Monachus peregrinator, botanicus, denique pharmacopolio ſ. ſpiritus Romano præfectus, omnis generis arcana collegit. Ex arſenico & antimonio pro ſtrumis, ſcrofulis.

ſcrofulis. Arcanum quo moribundi vita aliquo tempuſculo ſuſtineatur. Lienis ſcirrhus antimoniali medicamento ſuperatus. Notulæ in verſiculos ſalernitanos. Novum auctarium medicamentorum.

J. Jac. Agricolæ *pharmacopœus oder Hausapotheker* Nordling. 1676. 4. Tr.

Abraham v. Frankenberg *Raphaël oder Arztengel* Amſterd. 1676. 4. Tr.

Christian Theophilus. Ej. *de ſanguine vetito pro* T. Bartholino *diſputatio* Hafn. 1676. 8.

In Lucæ Debes *farö reſerata* Lond. 1676. Germanice Hafn. 1757. 8. *. 12. ad morbos & medicamenta popularia aliqua legas.

Georg Prückel *Bericht von dem grauſamen reiſſen in Leib colica genannt* Jen. 1676. 4. *nebſt einem Gutachten wie die Aryneykunſt zu unſerer Zeit ſchwer werde, und wie ungelehrte Empirici mit vieler Menſchen Schaden curiren.*

Just. Stengel *bewährte Bierkünſte von etlichen Kräuter, bieren und eſſigen* Regenſp. 1676. 4.

J. Joach. Hage'ns *judicium über die dieſer Zeit graſſierenden Durchfälle* Weiſſenfels 1676. 4. ſi recte nomen lego.

Christoph Vielheuer *pharmacopolæ* Landshutenſis, *Beſchreibung fremder Materialien u. Specereyen* Leipz. 1676. 4. *. Materia medica ex tribus regnis collecta, multaque myſtica admiſta.

Regimen u. Inſtruction wegen der in der Nachbarſchaft ſich ereigneten u. etwa ferner befürchteten Seuche der rohten Ruhr Merſeburg 1676. 8. Huth.

Facultatis medicæ Marburgenſis ſpaſmi maligni, oder Tractätlein von der giftigen Krampfſucht oder erbärmliche und aller Orten graſſierenden ϱυοκ quia legere nequis auctore Georgio Leischner Plauen 1676. 4. vox ultima mihi deficit.

Unterricht wie bey jezo herumgehenden Fiebern geſunde und kranke ſich verhalten ſollen Altenb. 1676. 4. Tr.

Chr. Lipstorp *Bedenken von der rohten Ruhr und giftigen hizigen Fiebern* Stade 1676. 4.

J. Lechel *Warnung für dem unzeitigen Aderlaſſen u. Purgieren in Flekfiebern* Braunſchweig 1676. 4. annon ad p. 138.

Declinatio & deſcriptio medicamentorum confectionem theriacam ingredientium per D. Chriſtoph Frid. Gruber 1676. 4. Neſcio quis ſit auctor, nec memini me de hoc opere inaudiviſſe. Verum mihi ſunt folia 4. formæ n. 83. Eorum multa ſunt peſſimæ icones, ſed pulchre coloribus ſuis illitæ. Aliæ ſunt icones perpulchre delineatæ & pictæ, potiſſimum fructuum, radicum, lignorum, animalium.

§. DCCCXX. Disputationes.

P. Moris *de ſuffocatione uterina* Leid. 1676. 4.

Theodor *van de* Graft *de catalepſi* ib. 1676. 4. *.

Gerhard zur Muhlen *de melancholia* ib. 1676. 4. *.

Maurit. Owenius *de hydrope aſcite* ib. 1676. 4. *.

J. Henr. Schæffer *de lochiorum ſuppreſſione* ib. 1676. 4. *.

J Schneiderman *de phthiſi* ib. 1676. 4. *.

Josua Fuhrmann *de catarrhis in genere* ib. 1676. 4. *.

Andr. Ketelar *de podagra* ib. 1676. 4.

O *van der* Bay *de pica* ib. 1676. 4.

Frid. Schrader & Justi Cellarii *de natura puris* Helmſt. 1676. 4.

Ej. *de venenis & antidotis* Leid. 1679. 4. *. In ardentibus febribus bilariis, nihil melius eſſe quam quidem acidi minerales ſpiritus.

Ej *de frigoris natura* Helmſt. 1684. 4. He.

Ej. *de cognoſcendis qualitatibus medicamentorum* Helmſt. 1685. 4. He.

Ej. *de medicamentorum facultatibus* ib. 1685. 4. Gunz.

Ej. *lymphæ & glandulæ pathologica conſideratio* ib. 1685. 4.

Ej. *de partu difficili* ib. 1685. 4. He.

Ej. *de venæ ſectionis uſu & abuſu in febribus* ib. 1686. 4.

Ej. *de inſipidorum efficacia* ib. 1687. 4. Pl.

Ej. *de doloribus* ib. 1688. 4. *. In occipite ingens dolor ſublatus veſicatorio empl. admoto.

Ej. *de hemicrania* ib. 1690. 4. *. Orta a vermibus in nares irrepentibus.

Ej. *de medicamentorum Galenicorum pariter & chemicorum neceſſitate* ib. 1691. 4. He.

Ej. *de morborum quorumdam ſalubritate* ib. 1692. 4.

Ej. *de hemicrania* 1693. 4.

Ej. *programmata Hippocratica de prognoſticis ſignis, doctrina, & diſputationes medicæ in aphoriſmorum Hippocratis ſectionem I. ad VII.* ib. 1693. ad 1695. 4. Haenel.

Ej. *de febre quartana* ib. 1694. 4. Pl.

EJ. *de auditus gravitate* ib. 1694. 4. HE.

EJ *de idioſyncraſia* ib. 1696. 4. PL.

EJ. *de regularum ſanitatis prudenti applicatione* ib. 1698. 4. PL.

EJ. *de ſenectutis præſidiis* ib. 1699. 4. PL.

EJ. *de ſignis medicis diſp.* I. ib. 1699. 4. VAT. & II. ib. eod. a. & III. a. 1700. 4. IV. ib. eod. a. 4. PL.

EJ. *de medicamentorum vehiculis* ib. 1701. 4.

EJ. *de curioſitate medica* ib. 1701. PL.

EJ. *de eruditorum valetudine* ib. 1701. 4. *.

EJ. *de hirudinibus* ib. 1713. 4. HAEN.

BERNARDUS ALBINUS Deſſavienſis, Profeſſor Francofurtenſis ad Viadrum, inde Leidenſis, ALBINORUM pater.

EJ. *diſp. de catalepſi* Leid. 1676. 4.

EJ. *de fonticulis* ib. 1681. 4. *.

EJ. *de affectibus animi*, A. & R. J. FRIDERICO ORTLOB Frf. Viadr. 1681. 4.*.

EJ. *de venenis* ib. 1682. 4. *.

EJ. & R. J. CHRISTIAN MENZEL *de elephantiaſi Javæ novæ* ib. 1683. 4. *.

EJ. *de ſterilitate* ib. 1684. 4. *. divortium ab uxore petitum ob nimiam membri genitalis molem.

EJ. *de atrophia* ib. 1684. 4. *.

EJ. *de ægro melancholia hypochondriaca laborante* ib. 1684. 4.

EJ. *de miſſione ſanguinis* ib. 1686. 4. *.

EJ *de hydrophobia* ib. 1687. 4. *.

EJ. *de paracenteſi thoracis & abdominis* ib. 1687. 4. *.

EJ. *de cantharidibus*, R. Ern. HEINSIO ib. 1687. 4 *.

EJ. *de melancholia* ib. 1687. 4. HE.

EJ. *theſes medicæ inaugurales* ib. 1687. 4. HE.

EJ. *de ſomnambulatione* ib. 1689. 4. HE.

EJ. *de ſalivatione mercuriali* ib. 1689. 4. *. ab unguento mercuriali ad hæmorrhoides adplicato.

EJ. *de pravitate ſanguinis* ib. 1689. 4. *.

Ej. *de diabete vera* ib. 1689. 4. He.

Ej. *de catalepſi* ib. 1690. 4. He.

Ej. *de apoplexia* ib. 1690. 4. *.

Ej. *de epilepſia* ib. 1690. 4. *.

Ej. *de cardialgia* ib. 1691. 4. *.

Ej, A. R. Christiani *de pica* ib. 1690. 4. *.

Ej. *tarantiſmus* ib. 1691, 4. *.

Ej. *de incubo* ib. 1791. 4. *.

Ej. *de fame canina* ib. 1691. 4. *.

Ej. *de mania* 1692. 4. *.

Ej. *de vomica pulmonum* 1693. 4. *.

Ej. A. R. Dan. Luge *de dyſenteria* ib. 1693. 4. *.

Ej. *de morbo Hungarico* ib. 1693. 4. He.

Ej. *de vomica pulmonum* ib. 1693. 4. Riv.

Ej. *de febre quartana intermittente* ib. 1694. 4. *.

Ej. *de atherapeuſia morborum* ib. 1694. 4. *.

Ej. *de elephantiaſi* ib. 1694. 4. *. alia a prius dicta.

Ej. *de polypis* ib. 1695. 4. *. Poſt lipothymias, crebram & laborioſam reſpirationem, pulſus varie inæquales, mors ſubita, polypi.

Ej. A. R. J. Theoph. Letsch, *de tabaco* ib. 1695. 4. *.

Ej. *de partu difficili* ib. 1696. 4. *.

Ej. *de pleuritide vera* ib. 1696. 4. *.

Ej. *de abortu* ib. 1697. 4. *.

Ej. *de ortu & progreſſu medicinæ* Leid. 1697. 4. *.

In diſſ. *de paronychia* quæ chirurgici generis eſt: vermes in paronychia reperti.

Ej. *de incrementis & ſtatu artis medicæ ſeculi* XVII. Leid. 1711. 4. *. Non ſine critica ſcriptorum dijudicatione, omnes artis partes perſequitur.

Ej. *oratio in obitum* J. Jacobi Rau Leid. 1719. 4. *. In elogio labores potius & ſolertiam auctoris laudavit, quam ingenium.

Georg Pfannenstiel *de atrophia* Utrecht 1676. 4. Moell..

Bernard Nieuwetydt *de obſtructionibus* Utrecht 1676, 4. *.

Idem

IDEM medicus & conſul edidit *het regte gebruyk der waereld beſchouwing* ſæpe recuſum etiam gallice & anglice 1716. 8. cum titulo *religious philoſophor* vertente CHAMBERLAYNE. Coram eſt editio ab ILL. SEGNERO adfini meo honoratiſſimo adornata, cum nova verſione, multiſque aut emendationibus, aut additionibus. Scopus equidem viro ILL. fuit, ſapientiæ Creatoris veſtigia ex mundi & corporum mundanorum fabrica eruere; eo fine integram phyſiologiam operi inſeruit. Senilium morborum Salomonis interpretatio. Deinde de tabulis quibus in mortuorum & naſcentium numeri adnotantur. Certos eſſe fines cuique proportioni, quos nunquam ullus caſus excedat. Impoſſibile eſſe, ſi caſus res mundanas regeret, ut numerus puerorum, qui in lucem eduntur, perpetuo feminas ſuperaret.

J. THEODOR KRUG *de morbis chronicis ex acido vitioſo* Marburg 1676. 4. *.

F. RENGER *de ſcirrho lienis* Altdorf. 1676. 4. HAEN. PL. habet annum 1677.

DAVID REICH *de peripneumonia* ib. 1676. 4. *.

J. PHILIP. STRUVIUS *reſolutio aphoriſmi* X. ſect. II. HIPPOCRATIS *in qua traditur prognoſis cephalææ* Jen. 1676. R. J. FRANCUS.

J. CHRISTOPH STURM *de transfuſione ſanguinis* Altdorf 1676. 8.

EJ. *de curatione* HISKIÆ *per ficum* Altdorf 1696. 4.

EI. *de presbytis & myopibus* ib. 1697. 4. morbum habet ſed theoriam non bonam.

J. GEORG RÖTENBECK *de ſudore præter naturam* Altdorf 1676. 4. *.

GEORG. HENR. STRUVE *de muribus eorumque damnis* Jen. 1676. 4. GRONOV. ſi huc facit.

CASPAR WIETZEL *de morſibus & puncturis animalium* Jen. 1676. 4. *.

FRID. RAPPOLT *progr. in obitum* ITTIGII medici Lipſ. 1676. 4. B. BUR.

J. CHRISTOPH ADLUNG *de febre infantum purpurata* Erford. 1676. 4. RIV.

J. MULLER *de virtute herbarum medica* Witteb. 1676. 4. VAT.

EJ. & Auctoris FRIDERICI CHRISTIAN BRAUN *de tarantula* ib. 1676. 4.

HENR. SCHMID *de febre tertiana intermittente* Gieſſ. 1676. 4.

J. SCHILLING *æger ab amore catalepticus* Gieſſ. 1676. 4. *.

BERN. WILH. GEILFUS *de moxa* Gieſſ. 1676. 4. *.

J. WORMBSER *de pleuritide* Gieſſ. 1676. 4. *.

J. CHRISTIAN BECMAN *de prodigio ſanguinis* Francf. Viadr. 1674. 4. ſi huc facit.

PAUL. BRAND præſide O. BORRICHIO *de malo hypochondriaco* Hafn. 1676. 4.

J. HENR. STARK *de dyſenteria* Regiomont 1676. 4.

EJ. *an ſanguis venis & arteriis incluſus in pus mutari poſſit* 1676. 4.

EJ. *de fluxu hepatis* 1690. 4.

EJ. *de angina alba* 1691. 4.

JUL. REICHEL *de amuletis* Argent. 1676. 4. PL.

MATTH. SCHERF *de febre petechiali quæ ante biennium Argentoratum & viciniam infeſtavit* Argent. 1676. 4. *.

J. HENR. SENKENBERG *de ptyaliſmo* Argent. 1676. 4.

MARC ANT. HELLOT & JOSEPH THOMASSEAU *Non E. demorſis a cane rabido colocynthis* ib. 1676.

CL. GUERIN & ARM. J. *de* MAUVILLAIN *Non. E. morbis curandis verba & characteres* ib. 1676.

PAUL MATTOT & J. B. REN. MOREAU *E. ex tabaco calvities* ib. 1676.

CAR. *le* LONG & LUD. POIRIER, *Non optima ſunt medicamenta, quæ magis arcana* Pariſ. 1676.

NIC. RAINSSAUT & JOH. THOMASSEAU *E. optima vivendi lex ſua unicuique conſuetudo* ib. 1676.

PETR. POURRET & A. J. *de* MAUVILLAIN *E. panis cereviſiæ flore fermentatus ſalubris* ib. 1676.

ANT. *le* CAEN & LUD. POIRIER *E. in cibis ſumendis ordo ſervandus* ib. 1676.

HENR. MATTHIEU & ANDR. ENGUEHARD *E. melancholicis animi mores vehementiores* ib. 1676.

§. DCCCXXI. J. DOLÆUS.

JOHANNES DOLÆUS medicus Haſſiacus, Archæo deditus, & hypotheſi ſpirituum corpus regentium; polygraphus idem, & credulus.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* VI. VII. *obſ.* 60. Sæpe ſe arteriam temporalem in phrenitide, antiqua, contumaci cephalæa, & melancholia hypochondriaca felici eventu aperiri juſſiſſe.

Obſ. 67. In viro epileptico, ſudor in paroxyſmo vere cæruleus manavit. Addit S. REISEL ſimile exemplum.

Obſ. 68. In aſcitico inteſtinum rectum cancroſum, pancreas induratum.

Ann. IX. X. *obſ.* 129. oſſa feminæ ſtrepentia.

Obſ. 130. ſaliva fætida & vermibus ſcatens.

Obſ. 135. obſcurior feminæ hæmoptoicæ inciſio; pulmo inflammatus, in eo vena cava diſrupta.

Obſ. 139. hepar octodecim librarum pondere, calculus in veſicula fellea uncialis poſt catarrhum ſuffocativum.

Dec. II. *ann.* I. *obſ.* 37. Abſceſſus circa carneam uteri ſubſtantiam prope veſicam, in quo duo oſſicula, cum faſciculo pilorum (in ovario), veneficio adſcriptus.

Obſ. 38. a variolis aphonia ſponte ſua ſanata.

Ann.

Ann. IV. *obſ.* 118. Maculæ ſcorbuticæ nigerrimæ.

Obſ. 120. a nimia & incauta hydrargyri inunctione ſphacelus linguæ, oris &c. funeſtus.

Ann. V. *obſ.* 135. Qui iſchuria decimo die mortuus erat, ei in altero rene duæ hydatides. Veſica ampliſſima, proſtata dura.

Obſ. 136. latus ſiniſtrum tabidum, dum dextrum bene habet, ſanatum.

Obſ. 138. qui ſumſerat grana theriacæ cæleſtis duodena, ut alvus ei pertinaciter conſtiparetur, periit ex hypercatharſi, cum alvum vellet draſtico medicamento reſerare.

Obſ. 139. puella clauſis genitalibus, cui humor urinæ ſimilis per foramen prope claviculas ſtillabat.

Ann. VI. *obſ.* 36. in puerpera lac repreſſum per os egeſtum.

Ann. VII. *obſ.* 131. Abſorbentia alvum ducunt, quando acor abundat.

Ann. VIII. *obſ.* 129. In homine phthiſico pulmones ulceroſi, in ventriculo dextro polypus in foſſulis cordis irradicatus, venamque cavam inferiorem totam replens. Sic in ſuperiorem alius, & alii in venam pulmonalem.

Obſ. 131. Canis vetulus ſcabioſus, a recepto per transfuſionem ſanguine junioris catelli ſuſcitatus & alacris.

Obſ. 133. Qui a paſtu alimenta revomebat, & inde contabuit. In pyloro ſcirrhus ulceroſus.

Ann. X. *obſ.* 68. In hypochondriaco diarrhœa, vomitus atræ bilis fætidiſſimæ, ab ovis duris adſumtis, vix nono die per clyſteres eductis: inde atroces convulſiones, mors ipſa.

Obſ. 69. poſt diarrhœam a purgante medicamento coercitam, ſæva tormina, & diuturni dolores, vix opiatis & mucilaginoſis ſedati.

Obſ. 70. a purgante medicamento acri diarrhœa, ventriculus tener, ut facile laceraretur, villoſa inteſtinorum tunica deraſa.

Obſ. 71. 71. a ſumto medicamento purgante puris 4 ℔ & ultra per os & anum egeſtæ.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 74. ab ulceribus pedis in cachectica clauſis convulſiones.

Obſ. 76. Ab hydrargyro in femoris fiſtulam impulſo, ſalivatio.

Ann. IV. *obſ.* 64. Cum urina in homine calculoſo mucago prodiit, quæ in aere continuo in calculum obriguit.

EJ. *Encyclopædia medica theoretico practica* Francf. 1684. 4.*. Amſterd. 1688. 8. ASTR. Venet. 1691. 4. ib. 1695. 4. RIV. *Acc. tr. de theriaca cæleſti*; obſervationes ex E. N. C. & commercium Epiſtolicum cum WALDSCHMIDIO. Morborum enumeratio a capite ad calcem cum ætiologia & enumeratione medicamentorum, quæ vel Galenica ſchola cuique morbo obponit, vel chemica, cui noſter potius

fatet,

favet, acidæ & ſulfureæ theoriæ & archæis deditus. Phrenitis furor eſt Coſmetorgi, Melancholia microcoſmetoris deſponſio. Contra dulcium abuſum, quibus vulgares medici putant ſe morboſum acorem expugnaturos, acria enim eſſe, quæ guſtui dulcia videntur. Subinde, infrequenter equidem, proprias aliquas adnotationes morborumve hiſtorias interſpergit. Opium ad maniam commendat. Ren lapideus. Adfectus verminoſi curatio. Multum REGIO debere objectum eſt (*a*).

Idem opus cum alio titulo prodiit *Encyclopædiæ medico dogmaticæ* Francof. 1691. 4. *. Auxit ex ſua praxi, ex nuperis libris; princeps opus idem eſt. Hæc ſola in poſthumis redit, omiſſa priori.

Ej. *Encyclopædia chirurgico rationalis* Francf. 1689. 4 *. Amplo opere, ut fere in chirurgicis ſolent, tradit etiam medica aliqua de hydrocephalo, morbis pilorum, morbis cutaneis, hæmorrhagia narium, coryza, linguæ malis & variis vitiis, ſalivatione, dentium morbis, angina, ſtrumis, ſcrofulis, œſophago impervio, œdemate aliiſque malis medicis.

Ej. *epiſtolæ ad* J. J. WALDSCHMIDT *de variis argumentis medicis* Marburg. 1687. 4. cum ejus viri operibus recuſæ Francof. 1707. 8. *. Morborum hiſtoriæ, medicamentorum vires, & de novis libris judicia. Homo clavis & verrucis obſitus. Salivatio ab hydrargyro quadraginta fere ante diebus inuncto. Diabetes: egeſtæ ad 18 in dies libræ lotii, cum potus non ponderet ſupra 2½. Ulna per cariem deſtructa & a natura reparata. Poſt multum cum ictero colicum dolorem, calculi in fellea veſicula. Vermis per umbilicum erepens, octipes; ſecutus eſt chylus ex ulcere, maxima copia, fauſto tamen eventu. Ex virginis digitis manuum, pedumque aut ſanguis aut verrucæ, quæ intra 14 dies delapſæ, noviter renaſcebantur. Eo tempore corpus nulla incrementa capiebat. Calculi fellei toti, ut putat, ferrei. Morbus epidemicus: ſubita virium proſtratio, dolores pleuritici, cum progreſſu morbi diarrhœa, pancreas inflammatum. Ex vi hypotheſeos noſter venæ ſectionem, ipſos clyſteres, & acida medicamenta vult exſulare.

Ej *de furia podagræ lacte victa & mitigata tract. novus* Amſterd. 1707. 12.*. Anglice Lond. 1732. 8. vertente STEPHENS. Belgice *geneezing der Gicht doorr de melkc cur.* Harlem 1709. 8. Poſt GREISELIUM, qui idem argumentum tractaverat, & ipſe experimenta proponit, etiam ſua, & aliorum, qui a podagræ ſævitia debilitati ſani exſtiterint, cum ad lactis uſum ſe recepiſſent, omni præterea alio cibo & potu excluſo. Fatetur tamen noſter, vires ventriculi ſibi a lacte vehementer fractas fuiſſe. Fatetur idem, non perpetuum effectum eſſe, tamen ut malum a lacte levius eſſet. Ipſe uncias 56 in dies ſumſit. Salem vitabat. Arthritis & contractura eodem remedio ſuperatæ, calculus diminutus. Podagræ ſedes eſt in glandulis HAVERSII.

Ej. *opera omnia* Venet. 1693. fol. Francf. 1703. fol. 2 vol. OSB.

Act.

(a) GRÆBNER *tract.* 9.

Acc. *theatrum de theriaca cæleſti Hoffſtadiana* Hanov. 1680. 12. quæ ſcriptio numeroſa ingredientia hujus antidoti recenſet, ut vires medicas, in malignis etiam febribus & variolis, & morbillis conſpicuas.

Inde aliæ breves fere variorum ad DOLÆUM epiſtolæ, ejuſque reſponſa fere 85.

Reperio & tribui *adfectuum totius corporis humani præcipuorum theoriam & praxin tabulis exhibitas* Francf. 1664. 4.

§. DCCCXXII. DIARIA ad a. 1676.

PHILOSOPHICÆ TRANSACTIONES.

In *Vol.* XI. & XII. ad ann. 1676, 1677. PHIL. ROGERIUS MOSLYN refert de vapore venenato fodinarum carbonis foſſilis ex genere inflammabili, fœtidiſſimo, qui operarios nonnullos ambuſſit, tamen ut convaleſcerent.

In BIRCHII hiſtoria anni 1676. de ſecali corniculato & de morbo ex ejus uſu nato; atque animalibus ab eo necatis. Hæc adnotatio pertinet ad DIONYSIUM DODART, juvenem tum medicum & *Acad. R. ſcient ſoc.* PATINI jam laudes meritum. Morbus a ſtupore incipit, tranſit in dolorem, & gangrænam incurabilem, niſi per amputationem exterminatur. In provincia Solonienſi id malum vulgare eſſe *Journal des ſavans* ejus anni N°. 6. Redit in *Mémoires de mathem. & de phyſ.* T. X. p. 560.

EJ. *mémoires, pour ſervir à l'hiſtoire des plantes* Paris 1676. fol. 1731. 4.*. Vide *B. Bot.* I. p. 591. Ab analyſi lento igne facta ſperat, propius nos ad naturam medicatam plantarum acceſſuros.

Porro apud BIRCH, NEHEMIAS GREW vir egregius, feminam produxit, quæ & per vomitum calculos reddidit, & per urinam, variæ magnitudinis eos, friabiles alios & calcareos, alios ſiliceos. Iſtos ſpiritus nitri non ſolvebat, ſilicum videbantur duritate eſſe.

EJ. eſt *muſeum Regalis Societatis, or a catalogue of natural and artificial rarities belonging to the Royal Society and preſerved & Greſham college* Lond. 1681. fol. *. Huc pertinent morborum veſtigia & cauſæ. Partus ex ovariis mulierum excisi. Oſſa per ancyloſin connexa & pumicoſa. Oſſis fragmentum & ſphæra plumbea per lotium egeſta, tum calculus enormi mole. Calculi ex animalibus & pilæ crinitæ. Lacrymæ lapideæ cervi, & os de corde ejus animalis.

EJUSDEM in *Phil. Tranſ.* n. 194. in puella 19 annorum lien quaſi putridus 25 unciarum doloreſque in ſiniſtra parte uteri gravativi.

Ab anno 1675. *diarium literatorum Italicum* diviſum eſt in duo diaria: alterum prodiit continuatum. Ad annum 1679. Romæ apud BENEDICTUM: alterum porro ab anno 1675. ad 1679 apud TINASSUM, J. CIAMPINI & L. A. PORTII neque J. FRANCISCI NAZARI opera *B. Bun.*

§. DCCCXXIII.

Gunther Christoph Schelhammer.

Profeſſor Jenenſis, Helmſtadienſis, Kilonienſis, vir acuti ingenii, Conringii gener inque ſoceri gratiam peripateticæ ſectæ addictus, vir cæterum ſplendidus, Christophori F.

Ej. & Wedelii *de voce ejuſque adfectibus diſp.* Jen. 1677. 4. *. Auctorem putem fuiſſe Schelhammerum. Pars altera huc facit, de vitiis vocis, aphonia ejuſque cauſis. Vox obſcura nonnullis phthiſicis familiaris. Aphonia emetico ſuperata. Raucedo.

Ej. *de capitis dolore exercitatio medica* Jen. 1678. 4. Hef.

Ej. *de peſte diſp.* Helm. 1682. 4.

Ej. *de aphoriſmorum Hippocratis ortu & certitudine* Jen. 1685. 4. *.

Ej. *pathologiæ generalis diſputationes tres* Jen, 1683. 4.

Ej. *epiſtola ad* G. W. Wedel *qua pulſus ratio omnis diligentius expenditur* Jen. 1690. 4. *. recuſa in T. II. operum omnium. Poſt phyſiologiam pulſus pathologia & ſemeiotice.

Ej. *progr. de medico philoſopho* ισοθεω Jen. 1690. 4.

Ej. *diſp. de tabe dorſali* 1691. 4.

Ej. *de epulide & parulide cum adnexa dentium & gingivarum* εξερευνησει Jen. 1692. 4. *. ob curationem medicamentariam: docta diſputatio.

Ej. *diſp. de tumore* Jen. 1692. 4.

Ej. *diſp. de lethargo* ib. 1692. 4.

Ej. *de genuina febris curandæ methodo* Jen. 1693. 4. *. Naturam febris in calore eſſe, cauſam in ſanguine ejuſque fermentatione. Hæmorrhagiæ cauſæ propiores. Miaſma inflammationem & gangrænam in viſcere aliquo excitam, & ſanguinis incraſſationem; hanc in febribus intermittentibus ſolis. Methodus medendi. Ephemeram febrem curari ſolo calore ſubnato. Morbi maligni epidemici ſævierunt, cum dies æſtuoſi, noctesque frigidæ eſſent. Intermittentium cauſa ſuperata, ſic in putridis. Singulatim cujuſque peculiaris febris curatio, hic narcotica mitiora tamen, quæ ſanguinem incraſſent. Intermittentes vomitu curantur, non alvo ducta, unde vires vehementer dejiciantur. Paroxyſmi ſunt a ſanguine viſcido reſiſtente. In China Chinæ non eſſe in elemento terreo efficaciam, validiorem enim eſſe quæ parum amara ſit. Ad paroxyſmum ſedandum ſudorifera, radices, aromata, ſales, adſtringentia. In ardentibus febribus cum putredine venam vix unquam ſecandam. Frigidæ potus. Aciduli potus abunde ſumti in ſe ipſo optimum effectum expertus laudat. Malignæ, ſ. ſporadicæ, ſ. epidemicæ. Venæ ſectio hic nocet, ſic purgatio: emetica in

in principio, & ſudorifera tutiſſima. Veſicatoria non laudat. Liber in univerſum acute ſcriptus, etſi noſtri ævi inventa non habet, & in generalibus verſatur.

Ej. *diſp. de pareſi ſ. paralyſi ex colica* Jen. 1693. 4.

Ej. *de morbis ætatum* ib. 1694. 4.

Ej. *de anxietate præcordiali* ib. 1694. 4.

Ej. *de febrifugorum ratione agendi & applicandi modo* ib. 1694. 4.

Ej. *de dyſpepſia* ib. 1695. 4.

Ej. *de oncologia in genere, ſ. de corporis humani tumoribus* Jen. 1695. 4. *. ob theoriam, ob carbunculos, bubones, cyſtides.

Ej. *de fonticulis diſp.* Jen. 1696. 4.

Ej. *de natura l. bipartitus* Kiel. 1697. 4. *. Theoreticum opus, in quo quærit, quid medici per naturam intelligant, quid philoſophi. Contra Archæum. Naturam eſſe leges æternas motus, quæ ſingula cum univerſis connectunt. Ut medicus naturæ miniſter ſit. Medicamenta quibus morbi præcaventur vomitoria, venæ inciſio. In chronicis, corporis exercitatio, acidulæ. Acido arcano ſe ſororum tertiam a contagio variolarum ſervavit. Curatio quæ impoſſibilis. Corruptis viſceribus fruſtra aquæ hydropicæ educuntur. Paroxyſmum febris tertianæ magna doſi corticis peruviani cum conpeſcuiſſet, alvus repetito reſpondit, & ſudor ſucceſſit. Contra G. Harveium, naturæ obpreſſæ eſt ſubveniendum. Laudes confectionis alkermes veræ ad pericula malignarum febrium. Hydropicos ſudore excitato ſanari. Larga doſi 20 ad 30 gran. opii ſuperata graviſſima mala. Naturæ erroribus ut occurrendum. In febre epidemica non alios evaſiſſe vitales, niſi qui purgati eſſent. Nitrum cum camphora in pleuritide laudat, in dyſenteria pulverem Pannonicum. Adnotationes aliquas, circa triginta, interſpergit.

Ej. *theſes medico miſcellaneæ* Kiel. 1697. 4.

Ej. *de ſpina dorſali* ib. 1698. 4.

Ej. *de fine medicinæ* ib. 1700. 4.

Ej. *de odontalgia tactu ſedanda* ib. 1701. 4. *. Non inutilis diſputatio.

Ej. *naturæ vindicatæ vindicatio* ib. 1704. 4. Contra Sturmium.

Ej. *de obſeſſis* ib. 1704. 4.

Ej. *de morbis magicis* ib. 1704.

Ej. *de fundamentis artis medicæ præcognoſcendis in materiæ medicæ ulteriori notitia* ib. 1707. 4.

Ej. *orat. de augmentis & decrementis artis ſe primo præſidium ſumente* ib. 1708. 4.

Ej. *de proportionibus corporis humani deſtructis morborum cauſis* ib. 1706. 4. *. Morbos ad exceſſu aut defectu alicujus quantitatis vel elementi oriri.

Ej. *diſſ. de nitro* Amſterd. 1709. 8. *. De vi medica parcus eſt. Externo uſu ad ſudorem movendum, ad ſcabiem nitrum, a veteribus adhibitum iterum vult reſtitui. Sed eorum nitrum erat alcali foſſile.

Ej. *via regia ad artem medendi* Kiel. 1709. 4. Ejus ſtadium V. erat *de therapeuſi.* VII. *de pharmacia.* VIII. *de formulis præſcribendi* IX. *de curatione per diætam* Kiel 1708. 4.

Ej. *de humani corporis adfectibus* ib. 1713. 4. *. Exempla effectuum in corpus humanum & collectitia & ſua. Hiſtoriolæ vix fide dignæ. Canis, qui nolebat die veneris laborare.

Ej. *ars medendi univerſa* a morte viri prodiit, cujus volumen II. & III. huc faciunt. Edidit ERNESTUS FRIDERICUS BURCHART. In T. II. Wiſmariæ 1747. 4. *. edito, Pathologia traditur. Habet tamen præter acuta ratiocinia, morborum generalia, & partitiones, cauſas morborum, claſſes, ſigna, prognoſes, proprias etiam adnotationes. Obſtructiones non frequentes eſſe, cum injectus in arterias liquor facile in venas tranſeat. Febrem intermittentem inſperato cortice peruviano ſublatam. Corticis nullas certas vires eſſe. Febrem paulatim hominem dereliquiſſe, ut caput primum deſereret, inde pectus, denique pedes.

Vol. III. Wiſmar 1752. 4. *. edente anonymo, qui ſubinde calamum auctoris non ſatis potuit interpretari. Vita viri. Materia medica. Aliqua de arte pharmaceutica, chirurgica, diætetica, plus vero abſtractionum, nominum & methodi quam rerum. Brevia aliqua, ut ſcriptio ſalis volatilis SYLVII, quem virum invidia preſſerit. Aquam hydropicam ſimul & ſemel exhauſit. In diæta indulgentem ſe præbet. Theam laudat, commendat. Adverſus diarrhœam utiliter vaccinia dedit. Medendi methodus brevis & facilis.

In T. I. *phyſiologiæ* Wiſmar. 1752. 4. *. hiſtoriam medicinæ brevem dat. Jatromathematicis non favet, neque CARTESIANIS: neque STAHLIO. An medicina ars ſit an ſcientia multis quærit.

Virorum clariſſimorum ad G. C. SCHELHAMMERUM *epiſtolæ*: recenſuit, vitam addidit CHRISTIAN STEPHANUS SCHEFFEL Weiſmar. 1727. 8. *.

IDEM etiam SCH. CONRINGII Soceri *introductionem in univerſam artem medicam* multis & magni momenti notis edidit Helmſtad. 1687. 4. recuſam Hall. 1726. 4. *. Acris autem noſter judex eſt. Multa *poſthuma* reliquiſſe SCHEFFELIUS, quæ & recenſet.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* V. *obſ.* 8. Quartana febris epidemica anni 1684. etiam triplicata, mali moris, cum ſudoribus fœtidis, debilitate, frigore diuturno. Sanavit noſter cortice peruviano.

Obſ. 10. de abſceſſu lateris prorumpentes lumbrici.

Obſ. 11. abſceſſus hepatis, denique lethalis. Pus de viſcere ſub cutem effuſum magnum in tumorem collectum erat.

Obſ. 12. a tribus granis opii adſumtis ſomnus turbulentus, vertigo, leve delirium, ſenſus etiam tactus obtuſus erat, frigus acceſſerat. Demum convaluit nulla cum rerum geſtarum memoria.

Obſ. 14. in abdomine matris mortuæ fetus ſe vehementer agitans.

Obſ. 16. ab opio ſudor efficaciter motus.

Ann. VI. *obſ.* 13. a bufone enecato puero in os intruſo anxietas & ſubita ſcabies.

Obſ. 114. Diuturna epilepſia ab ictu in ſinciput accepto.

Ann. VII. *obſ.* 197. ante paroxyſmum vir epilepticus percipiebat aliquid a cerebro ad brachium deſcendere, inde brachium movebatur, & paulo poſt totum corpus.

Obſ. 199. Viro fervidioris ingenii, ſi quando genio indulgeret, ſanguis proſiliebat ex minimi digiti articulo, etiam ad duarum ulnarum altitudinem; ceſſans idem nullum ſui oſtii veſtigium relinquebat. Alteri circa lien tumor efferebatur, tum ſanguis ad aliquot libras vomitu reddebatur.

Dec. III. *ann* II. *obſ.* 88. Infans atrophicus: inteſtina inflammata, glandulis duris ſcirrhoſis obſita: eadem inteſtina paſſim perforata, plurimis lumbricis feta.

Obſ. 89. fetus mortuus abſque malo ſymptomate duobus menſibus utero geſtatus.

Ann. III. *obſ.* 90. Cephalalgia periodica in juvene cum convulſione, ſanata fere cortice peruviano.

Obſ. 91. de cruſta gelatinoſa ſanguini innatante in febribus intermittentibus aliiſve.

Ann. V. VI. *obſ.* 222. Dyſenteria caſtrenſis in diuturna inteſtinorum ulcera degenerans.

Obſ. 226. febris autumnalis epidemica mitis, facilis, pulſu fere ſani hominis, ſenſim debilior, cum ſtupore & ſopore, abſque criſi ſæpe deſinens. Vomitum ciere, calida dare proficiebat cum mixtura ſimplici.

Ann. IX. X. *obſ.* 81. Urina per chartarium colum tranſmiſſa in colo reliquit lutoſum quid, quod in lapidem concrevit.

Obſ. 82. Urina, quæ in febre maligna ſalutare ſedimentum poſuit, ſæpe ad priſtinam cruditatem rediit.

Obſ. 83. ſanæ ſimilis in hectica febre.

In *Act. Lit. Mar. Balth.* comparatio aquarum Schvalbacenſium cum pyrmontanis.

§. DCCCXXIV. Varii.

Franciscus Calmette Ruthenenſis D. Academiæ Monpelienſis dedit a. 1677. & recudi fecit Lyon 1704. 12. 2 vol. 1714 12.*. Anglice Lond. 1706. 8. l. qui *Riverium renovatum ſ. praxis medicæ Riverianæ non abſimilis* T. I. & II. Caſu factum eſt, ut judicium amiſerim, quod tunc deſcripſe ram, ut ſoleo, quando librum modo legeram, nunc quæ obvia erant, ea ſola repeto. Morbi ſunt abdominis cum pathologia acida, ſalſa & ſucco pancreatico acido & acida. Ventriculi morbi. Laudat hic theam jejuno ventriculo ſorbtam, coffeam, tum maxime innoteſcentem, aquas thermales. Vomitus, fuſe. Cholera morbus, hic emetica mitiora, narcotica, etiam in clyſtere, non tamen quando vires jam valde adtritæ ſunt Alvus nonniſi morbo ſuperato movenda. Colicæ variæ, etiam Pictavienſis, in qua febrem lentam recipit & corporis marcorem; hic valida emetica poſcuntur, volatilia, purgantia, venæ ſectio, manuum & pedum ſcarifatio, demum anodyna. Alvus adſtricta, lienteria, diarrhœa, dyſenteria. In adfectu inveteraſcente thermales aquæ. Mercurium in aquo forti ſolvit, per alcali volatile præcipitat, hunc hydrargyrum vulgari ſublimato præfert.

T. II. Teneſmus, Fluxus hepaticus, Lymbrici: ſe ejuſmodi animal, quod ulnæ eſſet longitudine adſervaſſe, utrinque in gracile acumen terminatum, ut cohæſio cucurbitinorum in unam tæniam locum habere nequeat. Hæmorrhoïdes; Hepatis calor; inflammatio, abſceſſus, ſcirrhus, icterus. Ad obſtructionem hepatis non ſolum ferrum, ſed etiam theriaca, aliæque antidoti. Hydrops varius, paracenteſis partitis vicibus inſtituta. Lienis obſtructio, ſcirrhus: morbus hypochondriacus: ſcorbutus varius, acidus, rancidus. Meſenterii inflammatio, abſceſſus & pancreatis ex theoria, ut puto. Mala quæ vitio lotii fiunt & calculus. Mictus ſanguineus. Iſchuria, ſtranguria & incontinentia lotii. Nihil valde habet propriæ adnotationis.

Lego ſeorſim prodiiſſe *de morbis abdominis* Genev. 1735. 8.

Matthias Garcia Valentinus Profeſſor *diſputationes medicæ ſelectæ in duas partes diſtributæ* Leon. 1677. fol. Vide ne ſit Garcia Carrero dictus ad a. 1626.

Epiſtolæ mutuæ Argonautæ ad Neſtorem & Neſtoris ad Argonautam de theſauro experientiæ medicæ de abortu 1677. 4. Argonauta fuit J. Michael Fehr.

Camillus Baldus *de podagra* Nurnberg. 1677. 12.

Israel Conradi *diſſ. med. phyſica de frigoris natura & effectibus* Monaſter 1677. 12. Gunz.

J. Cornelii Weber *anchora ſauciatorum ſ. liquor ſtypticus ſanguinem confeſtim*

feſtim ſiſtens Brieg. 1677. 8. Breslau 1680. 8. *. In univerſum etiam de iis, quæ ſanguinis fluentum compeſcunt. Archæiſta fuit.

J. Böhm *catalogus medicamentorum rariorum* Venet. 1677. 4. & 1709.

§. DCCCXXV. Aliæ Linguæ.

Robertus Plot L. D. & muſæi Ashmoleani cuſtos, rerum naturalium, hiſtoriæ etiam patriæ ſtudioſus, collector non inutilis.

Ej. *natural hiſtory of Oxfordshire* Oxford 1677. fol. *. Ruſtici hominis filia aſita per 70 dies, quæ tamen ad victum naturalem rediit. Greeniæ exemplum, quæ ſuſpenſa ad vitam revocata fuit, cum chirurgi nunc incidere vellent.

Ej. *natural hiſtory of Staffordshire, being an eſſai towards the natural hiſtory of England* Oxford 1696. fol. *. De animalibus multa, & morbi ſingulares. Longævorum exempla. In vacca reperta ſceletos vituli, cujus caro conſumta, ſic in cerva. In aſthmatico homine calculi in veſicula fellea; nullum in pulmone vitium. Lepus, ut putat, extra uterum conceptus, & vivus exciſus. Suſpenſa, quæ poſt 36 horas convaluit. Catella oſſibus fetus ſe per vulvam liberavit, cum fetubus ventralibus detectis, dum incidebatur. Femina, cui fetus in utero mortuus reſidebat, tamen concepit & peperit. Vituli, cum naſcerentur, prægnantes. Pilæ in animalium ruminantium ventriculis. Nævi, ut putat. Partu redditus tumor, in quo dentes & pili. Exempla diuturni ſomni & aſitiæ 40 dierum in femina carceri incluſa. Ex vena brachii forcipe acus educta. Qui funes & lintea devorabat. Qui nunquam exſpuit. Gangræna ſpontanea in impio ſe ipſum exſecrante.

Jean Ravelly diſſ. *ſur la nature des cours de ventre & ſur les remèdes qu'on y peut aporter* Paris 1677. 12. *. Multum ad longam ſuam experientiam provocet. Diarrhœam facit lientericam, chyloſam, bilioſam, melancholiam, pituitoſam, dyſentericam, teneſmum, dyſenteriam adipoſam. Singulo malo curationem tradit multis cum formulis. In lienteria vomitum ciet, vitriolo in aqua diſſoluto, de quo ferrea terra ſubſidendo ſeceſſerit. In chyloſo alvi fluxu purgat, datis rubeæ radicem, tincturam, alia inſolita. In bilioſa diarrhœa agit de opio quod ſit calidum, diaphoreticum & diureticum, cum quo caute oporteat mercari, hic adſtringentia dat cum acidis miſta, confectiones cum ſpiritu vitrioli. In feroſa diarrhœa theriacam ſales alcalinos fixos exhibet, tum chalybem & abſorbentes terras. In dyſenteria alvum ducit, ipſa ut jalapa utatur; ulcus ſubnatum ſanat rheo barbaro, terebinthina ſymphyto & colcothare cera involuto ad unam duaſque drachmas. Adipoſam diarrhœam periculum habere, ſuccedere longis malis cum putredine & cum febre hectica conjungi. Hic jujubas dat & eboris ſcobem, ſemina frigida, ptiſanas.

Ej.

Ej. *traité de la maladie de la rage* Paris 1696, 12. A lupo rabido demorſi plerique rabidi ipſi & mordere cupidi perierunt. Adurere vulnus jubet, hinc vomitum antimonio ciere, inde ſudorem, & herbas dare vulnerarias.

Giov. Cinelli Calvoli *bibliotheca volante continuata da* Dionysio Andr. Sancassani Venez. 1734. 4. *. verum Calvoli 1677. incepit hanc bibliothecam ſparſis ſchedis edere, cujus ſtanzas fecit 17 quibus tres demum Sancassanus adjunxit, ultimam anno 1718. Librorum fere italorum cenſuræ hic continentur, ob quas, & ob vindicatum ſibi animalculorum ſcabiem facientium inventum, cum Redo inimicitias alens, etiam in carcerem conjectus, patriam maluit relinquere quam deprecari. Diu per Italiam oberravit, paſſim *medicus conductus*, & demum Loretti obiit, fuitque ex iis doctis viris, quorum labores fortuna non remuneravit. In editione mea 20 *ſcanze* in formam dictionarii redactæ ſunt; Multa quidem tradit exigui monumenti, verum in poſterioribus numeris etiam medica hic recenſentur. Varia adjecit nuperus editor D. A. C. M. C. In T. II. Cinellus de lite cum Redo ſe purgat. In lite etiam Ramazzini cum Moneglia aliquæ noſtri partes fuerunt.

J. B. Girardet *miracle de la nature ſur la guériſon de toute ſorte de maladies provenantes de qualité chaudes par l'uſage des eaux de Louveret* Beſançon 1677. 12.

Nathanael Henshaw *Aerochalinos or a regiſter for the air* London 1677. 16. *. ſed dedicatio eſt anni 1687. Varia facientia ad artem medicam, ut camera portatilis, in qua aerem alicujus domicilii facile mutes, in quo invento ſibi noſter multum placuit. Potus ante cibum appetitum frangit.

J. Christophori Bitterkraut hippolitani, *wehmütige Klagthränen der bedrängten Arzneykunſt* Nürnberg 1677. 4. *. Queritur de vario genere medicaſtrorum, de alchymiſtis, ſuperſtitioſis medicis, aliis imperitis artem invadentibus. Fuſiſſima confabulatio & intermiſtæ hiſtoriolæ curationum abſurdarum; earum plurimæ undique improbabiles. Honores etiam medicorum, & medici pontifices, cardinales, aliasve ad dignitates evecti. Fraudes alchymiſticæ. Vulgatiſſima pro arcanis vendita. Hiſtoria medicinæ. Paracelsi laudes & excuſatio.

E. G. *laboratorium medico chymicum* verſum a J. Marschall Nürnberg 1677. 8. *.

Das franzöſiſche Kochbuch und der franzöſiſche Keller Minden 1677. 8.

Marguerite *du* Tertre *veuve du S. de la* Marche, *inſtitution touchant les choſes, qu'une ſage femme doit ſavoir dans l'éxercice de ſon art* Paris 1677, 12. 1691. 12. 1710. 12. *. Ad curam prægnantium, & puerperarum aliqua.

DUPRADE *hiſtoire du Tabac* Paris 1677. 12. 1684. 8. Genev. 1687. & 1747. 8.

DEMEUVE *Dictionaire pharmaceutique* Paris 1677. 4. 1689. 4. & alias. Lexicon medicamentorum ſimplicium cum viribus collectis.

Der vermehrte ſorgfältige Medicus 1677. 4. ASTR.

F. Anthora d. i. Giftheil oder Beſchreibung des Gifts der Peſtilenz auch anderer giftiger Krankheiten durch P. F. 1677. 12. *. Ille FELGENHAUER alchimiſta in eo placet, quod ſua tamen experimenta narrat. Ita puerum ſanavit vomitu per crocum metallorum moto. Abſinthii tincturam ad ſolem vino extractam valde laudat. Butyrum cum ovi vitello tritum vomitum moviſſe. Vera ſpiritus & ſalis urinæ efficacia in paralyſi. Opii longa & tædioſa præparatio. A vipera demorſus cum ipſe omnino male nunc haberet, ſale abſinthii ex vino calente ſumto curatus eſt. Recuſum eſt opuſculum cum nomine auctoris Leipz. 1680. 12.

Particulare ex univerſali oder kurzer Entwurf einer ſonderbaren Arzney Augſp. 1677. 8. UFF.

ANDRIES BOECKELMANN *van* D. BONAVENTURA *van* DORTMONDS *berigt waer in angeweeſen word de quade pratyken van D. D. en dezzelve onkunde angaande het afhaelen van een doode vrugt* Amſterd. 1677. 8. potius chirurgici argumenti.

LE MOINE *lettre a* LOUIS *du* MOULIN *avec la replique du dernier* 1677. 8. FALC.

DE LA RIVIERE GROISSARD *le précurſeur de la médecine univerſelle* Rouen 1677. 12. FALC.

ANTONIO TRILLO *perfetto praticante* Toledo 1677. C. de V.

§. DCCCXXVI. DISPUTATIONES.

ANDREAS LAMB *de ſcorbuto* Leid. 1677. 4. *.

HENR. CHRISTOPH ERYTHROPEL *de paralyſi* ib. 1677. 4. *.

STATIUS JOACHIM HANNIEL *de melancholia hypochondriaca* ib. 1677. 4. *.

J. ADOLPH REINBOTH *de ſuppreſſione menſium* ib. 1677. 8. *.

J. CONSTANTIUS EJ. *jura pathologica pro moribus antiquorum & pſeudo-prophetas auguſtiſſimi Apollinis tribunali* Leid. 1677. 4. Titulus vitioſus.

J. GEORG SCHMIDT *de ileo* ib. 1677. 4. *.

MARTIN OWMANN *de melancholia* ib. 1677. 4. *.

J. BRAEMS *de pleuritide* ib. 1677. 4. *.

ROBERT TRITTER *de lethargo* ib. 1677. 4. *.

RODER. A RYK *de cruditate acida ventriculi* Utrecht 1677. 4. *.

J. MATHON *de medicamentis chemicis* ib. 1677. 8. *.

ABRAH. BLENDINGER *de cancro* Erfurd 1677. 4.

CARL. LUDWIG FUNCCIUS *de hæmorrhoidibus nimium conniventibus & cæcis* Altdorf. 1677. 4. HE.

F. W. SCHAFFER *de paſſione iliaca* ib. 1677. 4. *.

GEORG DAVID SCHULZE *de angina ſtrangulationem æmulante affectu* ib. 1677. 4. HEF.

. . . QUENTIN *de præparatione gravidarum ad partum facilem* ib. 1677. 4.

PHIL. HENR. CHUNO *de apoplexia* Marpurg. 1677. 4. *.

J. HENR. HAPPEL *de febre intermittente* ib. 1677. 4. *.

GREGOR. HORST *de mania* Gieſſ. 1677. 4. PL.

J. THEODERICI SCHUR *de melancholia hypochondriaca* ib. 1677. 4. HE.

J. G. SIMON *de cancro venenato* Jen. 1677. 4. PL. 1678.

Viri cognominis ſed J. C. *delineatio nova impotentiæ conjugalis* Jen. 1682. 4. TR. 1718. 4. *. 1734. 4. ID. Sordidus l. & adverſus bonis moribus.

CASPAR POSNER *de mania* ib. 1677. 4.

J. GERARD WINTER *de contagio peſtilentiali* Marpurg. 1677. 4. *.

EJ. *de hæmoptyſi* Rinteln 1684. 4. *.

EJ. *de hydrope* ib. 1684. 4. *.

EJ. *de obſtructionibus* ib. 1685. 4. *.

EJ. *de diabete* ib. 1685. 4. *.

EJ. *de catalepſi* ib. 1692. 4. *.

EJ. *phthiſis pulmonalis* ib. 1693. 4. *.

EJ. *de rabie* ib. 1698. 4.

EJ. *de memoriæ ſtatu præternaturali* ib. 1678. 4.

EJ. *de contagione peſtilentiali* ib. 1693. 4. *.

EJ. *de hydrope aſcite* ib. 1699. 4. *.

EJ. *de apoplexia* ib. 1702. 4. *.

EJ. *de gonorrhœa* ib. 1718. 4. *.

VALENTIN GREISING *de partu ſeptimeſtri* Witteb. 1677. 4.

MICHAEL HENR. HORN *de ophthalmia* Lipſ. 1677. 4.

Laur. Christiani *de ictero* Hafn. 1677. præſide Borrichio.

Car. Joachim Freher *de melancholia hypochondriaca* Baſil. 1677. 4. Pl.

J. Faust *exercitatio nonnemini oppoſita, qui temere dixit & audacter confirmavit logicam medico inutilem eſſe* Argentor. 1677. 4. Roche.

J. Ulr. Bix σφυγμογραφια *ſ. de pulſu* Argent. 1677. 4. Pl.

Leonh. Heinz *de adfectibus ſoporoſis* Argent. 1677. 4. *.

J. Valentin Scheid *de viſu vitiato ejuſque demonſtratione mathematico medica* Argent. 1677. 4. *. Varii oculorum morbi.

Ej. *de duobus oſſiculis in cerebris hominum apoplexia exſtinctorum repertis* Argent. 1687. 4. *.

Ej. *de polypo cordis Pentas* ib. 1689. 4. *. Subjecta eſt hiſtoria.

Ej. *mutitas diuturna ſubito & ſponte ſublata, ſemine & pure excreto.*

Ej. *de lumbagine rheumatica* ib. 1704. 4. Menz.

Ej. *de epilepſia verminoſa* ic. 1708. Menz.

Ej. *de vomitu cruento* ib. 1709. 4. Haen.

Ej. *de quibuſdam viſus imminuti vitiis* ib. 1720. 4. *.

J. Ludovici Scheid *laudatio funebris* J. Valentini Scheid Argentor. 1732. fol.

Car. de Laval & Ant. Enguehard *E. cauſariorum dolores imminentis aeris mutationes prænuntiant* Paris 1677.

Dionys. Dodart & Jaques Desprez *Non E. carnes quovis alio cibo ſalubriores* ib. 1677.

Dionys Pyylon & Franc. le Rat *E. thermæ borbonienſes anſelmenſes minorem noxam potæ inferunt, quam arcimbaldinæ & vichenſes* ib. 1677.

J. B. de Revellois & Petri Laurenceau *E. vinum rhemenſe omnium ſaluberrimum* ib. 1677.

Ph. Mathon & Franc. *le* Rat *E. opium hyſtericæ acceſſioni noxium* ib. 1677.

Raymund Fenot & Jac. Desprez *Non E. ab urinis certa valetudinis auguria* ib. 1677.

ANDR. COPPENIAGER & TOB. ZOLLET *de hydrope pectoris* Patav. 1677. 4.*. puto ZOLLETI opus eſſe. In utero vidit 17 menſuras auſtriacas ſeri.

FRANC. DUVAL *E. catharſis pleuritidi* Romæ 1677. titulus imperfectus.

§. DCCCXXVII. A. NUCK.

ANTONIUS NUCK celebris anatomicus *de ductu* Leid. 1677. 4. *. Nihil equidem ſcripſit vir Cl. practici argumenti: inter anatomica tamen paſſim intercurrunt aliqua huc ſpectantia.

In *ſialographia* Leid. 1692. 8.*. 1728. 8. *. de ſalivæ excretione critica & morboſa agit: de analyſi ſalivæ venereo tabo infectæ, & alioquin de vitioſa ſaliva lactea, dulci, calcarea.

In *adenographia* Leid. 1691. 8. *. 1696. 8. 1722. 8. *. de calculi generatione agit, & experimentum proprium refert de lapidea cruſta circa globulum concreſcente, quem in veſicæ cavum condiderat, cum exemplo ſimilis circa fiſtulæ tabacariæ fragmentum concrementi. Inde ovariorum hydropis ſteatomatis aliquot exempla. Sic de peritonæi proprio hydrope, vix noto eo tempore morbo, exempla, in quo aqua exterius ei ſacco circumfuſa in ejus cellulis ſtagnabat, vacuo abdomine. Paracenteſeos varii eventus. Hydatides peritonæi; meſenterii.

§. DCCCXXVIII. DIARIA ad a. 1677.

CHRISTOPH SELIGER in E. N. C. *obſ.* 56. In febre exanthemata maxima globulorum luſoriorum mole, felici eventu egeſta.

Collectores de magna & ſubitanea intumeſcentia hominis, ex cujus demum vena inciſa vermis vivus erepſit, quem dat depictum, maximum.

Leges privatæ Acad. a. 1677. a cenſore confirmatæ prodierunt cum effigie VOLKAMERI præſidis 4. Willm.

In BIRCHIANA *hiſtoria* T. III. Vita HENRICI OLDENBURG & FRANCISCI GLISSON.

In *Journal des Savans* n. 17. calculus ille ſalutaris ſerpentis depictus datur.

§. DCCCXXIX. J. CONRAD PEYER.

Scaphhuſinus Patritius. Præcocem famam ſibi laborioſus juvenis peperit inciſionibus, potiſſimum animalium, tamen & corporum humanorum morboſorum. Diſcipulus fuit DUVERNEYI.

Ita

Ita triennio prius, quam doctoris titulum ambiret, edidit, *methodum hiſtoriarum anatomico medicarum, exemplo aſcitis ex pericardii cum corde coalitu nati illuſtrata* Paris 1678. 12.*. Redit inter *parerga anatomica*. Modum hiſtoriæ morbi deſcribendæ, incidendi cadaveris, addendorum ſcholiorum docet, deinde ſuam adnotationem exponit. In corde polypi; pericardium carnoſum; aliqua in pectore aqua. In alio phthiſico pericardium valde craſſum; cor magnum, carneis quaſi lemniſcis efflореſcens, in aqua pericardii natantibus; membrana cordis carnoſa. In alia hydropica cor ſolum laboraſſe comperit. In corde vaccæ acum vidit dextro ventriculo infixam, pericardium cum corde connexum. In phthiſico cor externuatum, ut dexter ventriculus tunicæ craſſitiem non ſuperaret. Diſcrimen polyporum ſuorum & grumorum ſanguinis. Dari & in vivis hominibus polypos.

EJ. *Parerga anatomica & medica ſeptem* Genev. 1681. 8. *. Inter ea primum eſt de *glandulis inteſtinorum*, quod etiam ſeorſim prodierat Scaphus 1677. 8. *. Hujus aliqua pars practici eſt argumenti, de morbis inteſtinorum, de purgantibus medicamentis, de clyſteribus. Veras noſter inteſtinorum ſuſceptiones vidit, ut inteſtinum intra inteſtinum ingrederetur. Carunculas rubentes, vaſculoſas, per alvum excretas pro ſuis glandulis habet. Purgantia de irritatis glandulis ſeri effuſionem excitare. In *ſecundo* ejuſdem tituli parergo de glandulis dicit inteſtino adhærentibus, in hydropico homine conſpicuis.

Quintum etiam parergon huc facit, in quo aſciticæ feminæ inciſio deſcribitur, quæ GLASERI labor eſt. Oſtium ductus choledochi ampliſſimum; lien faba non major, membranis a putri ſero exeſis. Sic *ſextum*. In femina hydropica ſaccus inteſtina operiens plenus ſaniei, ad duodecim pintas: tum aliqui variæ molis abſceſſus. Pancreas ſcirrhoſum; in fellea veſicula calculi: in utero hydatides.

EJ. *diſput. inauguralis de valetudine humana* Baſil. 1681. 4. *.

In PÆONIS & PYTHAGORE *exercitationibus familiaribus anatomicis & medicis bis quinquaginta* Baſil. 1682. 8. *. quinquaginta epiſtolæ Noſtri ſunt ſive PYTHAGORÆ. HARDERUM diximus. Nunc PEYERI; tumor occipitis in viro, magno ſteatomate gravis, in quo hydatides fuerunt. De ſtranguria poſt dyſenteriam ſuperſtite. In pleuritico pulmo tenui muco adglutinatus, non purulentus, ſanguine cum pleura turgidus; in corde polypi veri, pro quibus ſenſit contra KERKRINGIUM &c. In partem dilatatam inteſtini pars contracta ſubiit, ut abſque vi nodus ſolvi non poſſet, abſque tamen inflammatione. In aſthmate hydropico cor enorme ſpithamæ longitudine, novem librarum pondere, polypis plenum: & ſimile in femina exemplum. Vermis ventriculi equini, qui quaſi bipartitus erat, teres, apus, aculeatus, tumicis impactus. Ejuſmodi vermes facile ſexcenti fuerunt, in inteſtinis omnes teretes. Chorea ſ. viti ſ. diuturna contra voluntatem. Ab inunctione mercuriali cor grumoſo ſanguine plenum. Virgo, cujus ſuturæ ad tranſverſi digiti latitudinem poſt magnos capitis dolores diſſolutæ. Aorta oſſibus

 intus

intus aſpera. Hominum anatome, qui arſenico interemti fuerant; ventriculus intus rubens & inflammatus; ſanguis fluidus. A lotio per triduum retento rupta veſica. In hydropica paſſim per abdomen glandulæ conglobatæ ſcirrhoſæ. In gallinæ rene calculi. Inteſtinum gangrænoſum ſepties perforatum a febre maligna. A ſeminibus colchici comeſtis ſingultus, convulſiones, mors.

In *merycologia ſ. de ruminantibus & ruminatione commentario* Baſil. 1685. 4. *. caput huc pertinet, de hominibus ruminantibus, quod morbi genus eſt, cujus exempla recenſet; addit ſuum de puero fatuo ruminante, & aliud opulenti hominis, qui per totam vitam cum voluptate cibos in os revocavit, ut ruminaret: aliud, ubi idem cum moleſtia fiebat. Tum ruminatio in armentis ſuppreſſa, a pabuli nimia ingurgitatione.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* IV. *obſ.* 99. A ventriculo flatu diſtento, dum œſophagus accurate claudebatur, ruptum diaphragma, ut reticulum in thorace eſſet.

Obſ. 102. Corticem peruvianum, in Germania vix notum, dabat cum trifolio fibrino in pilulas intritum, & dudum monet, eo febrem ſanari, recte tamen jubet, octiduo a febris ſuppreſſione in eo cortice ſumendo pergi.

Ann. VII. *obſ.* 204. ex aqua collecta exſtinguitur cum corrupto pulmone; & polypo vero, qui per vitam magnarum anxietatum cauſa fuerat. Placenta ſedi uteri adhærens, qua os ſacrum reſpiciebat. Oſſa pubis laxa, ut cultro facile dividerentur.

Obſ. 205. in carne bubula perioſteum oſſeum.

Obſ. 206. ex vena portarum hydatis prodiit.

§. DCCCXXX. Varii.

Johannes Broen de Cartesii ſecta, diſcipulus T. Craanen, tamen ut non omnia Sylviana reciperet, neque ſucci pancreatici fervores. Prælector in Academia Leidenſi fuit.

Ej. *tempus vitæ & mortis* Leid. 1678. 12. Astr.

Ej. *de duplici bile veterum* ib. 1685. 12. *. Poſt phyſiologica agit de animi adfectuum in bilem poteſtate. De melancholia, ad quam faciat ſanguis craſſus & acidus. Icterus ab hepate obſtructo, a calculis felleæ veſiculæ, ab ariditate ſanguinis & humorum. Spes curationis a ſapone. Pro ſignis ex urina ſumtis non ſemper fallacibus. Icterum nigrum ipſum ſcorbutum eſſe. Scorbuti ſymptomata, etiam hydrops, pleuritis. Contra nimium illum αυταρκειας amorem. Purgantium modus agendi: electiva nulla dantur. Utiliter ſæpe ea in malis diuturnis cum ſudoriferis miſcuit. Sanguinem poſſe nonnunquam nimium ſubtilem fieri,

nimiumve

nimiumve repletum particulis volatilibus. In pleuritide tamen venam tutius ſecari.

Ej. *animadverſiones medicæ theoreticæ practicæ in* Henrici Regii *praxin medicam* Leid. 1695. 4.

Ej. *opera medica* Roterdam 1703. 4. *. edidit Petrus v. Pelt. Tres partes ſunt, ſed nulla priorum redit I. *medicina theoretica ſ. œconomia hominis.* Aliqua ad practicam partem faciunt, ut pulſuum ratio. II. *Exercitationes theoretico practicæ de operationibus medicamentorum.* Nimium indulgere nuperos ſalibus volatilibus, neque unicam cauſam morborum acidum eſſe. Dari omnino ſpecifica remedia. Cenſus medicamentorum eorumque claſſes. Bilis vitia acidis curari. Formulæ medicamentorum magiſtralium & pharmaceuticorum, doſes, ſcriptiones; In emeticis antimonialibus non adeo ad ſemimetalli doſin adtendi debere, quam ad doſin liquoris, in quo diluitur. Addere ſolet mercurium vitæ. III. *Compendium chemicum.*

Leonardi Francisci Dinghen Prof. Lovanienſis, *fundamenta phyſico medica ad ſcholam belgicam adaptata, tr. de febribus* Lovan. 1678. fol. *. Phyſiologia valde antiqua, & nuperioribus inventis egena. In practicis perſequitur veterum intemperies. Sit pro exemplo febris. Ea eſt focus naturalis magis vel minus depravatus, bulliens aut morboſe fermenteſcens, ſive id cum calore fiat, ſive cum frigore. Cauſa ea omnia, quæ ſanguine magis agitabilia ſunt. Materiem febrilem periodicam fere cellulis recti inteſtini & coli inſidere, in materies, quæ febrem facit, fere eſt chylus indigeſtus. In febribus intermittentibus craſſior materies eſt, & in cavernulis minus calidis habitat &c.

Johannis Garmers peregrinatoris, medici Hamburgenſis, *oratio de theriaca in officina* Henrici Sonnenbergeri habita Hamburg 1678. 4. & *de theriaca dicta in officina* J. Stahlii ib. 1679. & III. *de theriaca dicta in officina* J. Kahden ib. 1680. 4. Tr.

Lites cum Davide *van der* Becke argumenti ſunt chirurgici.

Francisci Rubei *nocturnas exercitationes* Idem edidit.

Ej. *Elogium funebre* a J. Hehrico Danker ſcriptum ib. 1700.

Lampas vitæ atque mortis J. E. Burggrav *ſtudio obſcure tradita nunc dilucide expoſita* a G. C. M. D 1678. 12. Thomas.

Thomæ Roderici a Veiga *practica medica; acc. tr. de fontanellis & cauteriis* Lisbon. 1678. Falc.

Diſceptatio medica philoſophica & optica de natura epilepſiæ Regenſpurg. 1678. 4. Hotton.

Pharmacopœa collegii R. medici Londinenſis Lond. 1678. 16. *.

Diſſertatio

Diſſertatio phyſico medica de febre ſecundum principia CARTESII *prælecta in conventu in ædibus* D. *de* MONTMOR Lond 1678. 12.

CAROLUS *du* FRESNE Dom. *du* CANGE *gloſſarium ad ſcriptores mediæ & infimæ latinitatis, in quo latina vocabula novatæ ſignifitationis explicantur* Pariſ. 1678. fol. Venet. 1736. fol. 6 vol. Baſil. 1762. fol. Vocabula etiam medica exponit. Egregium opus.

Gazophylacium artis memoriæ ſ. tractatus variorum auctorum de arte memoriæ JO. AUSTRIACUS. HIER. MARAFIOTUS. J. SPANGENBERGER. FR. M. RAVELLINUS. J. WILLIS & varii de ea arte.

AUGUSTINI OLDOINI *athenæum liguſticum, in quo peruſinorum ſcripta publica exponuntur* Peruſ. 1678. 4. B. BUN. 1680. 4. B. BUN. Syllabus ſcriptorum ligurum, nec non Sarzanenſium & Cyrnenſium Reip. Genuenſi ſubjectorum.

ANDREÆ SENNERT *athenæ & inſcriptiones Wittenbergenſes* Witteb. 1678. 4. CARRERE.

§. DCCCXXXI. B. SCHARF.

BENJAMIN SCHARF. EJ. τοξικολογια *ſ. de natura venenorum in genere, tractatus phyſicomedicus* Jen. 1678. 8. TR. 1679. 8. TR. Germanice *verwahrungsmittel wider die einſchleichenden Gifftmiſcher* Erfurd. 1698. 8. *.

EJ. *juniperi deſcriptio curioſa ad novam Acad. Nat. Cur. elaborata* Lipſ. 1670. 8. *. Spiſſum volumen formularum, quas unquam ad quoſcunque fines juniperi aliqua pars ingreſſa ſit.

EJ. *Erinnerung zur Erkenn- Bewahr- und Heilung der Peſt* Jen. 1681. 12. TR. Multum ratiocinationis. Peſtis eſt a ſale aut a ſulfure aut a mercurio, eſt ab acido concentrato, ſanguinem coagulante, uti injectus in venas ſpiritus acidus minus concentratus ſanguinem coagulat. Cura præſervationi purgata alvus, alii. Monet ne quis jejunus de ædibus prodeat. Medicamenta acida, tunc abſorbentia, oleoſa, theriaca. Curatio, ſudor extorquendus, etiam lapide bezoar.

EJ. *unvorgreifliche Gedanken von den vielen heimlich gehaltenen magnetiſchen Curen* Sondershauſen 1700. *.

In E. N. C. *ann.* IX. X. *obſ.* 6. Vomitus ſanguinis in femina gravida innoxius.

Obſ. 7. ex muliebribus aſcarides.

Obſ. 103. In phthiſici pulmone late omnia ulceroſa, ut id viſcus cum pure retento ad quinque libras penderet; quam culpam noſter opio tribuit.

Dec. II. *ann.* II. *obſ.* 101. quæ puella menſes ab utero averſos per os rejiciebat cum anhelitu, reſtitutis legitimus menſibus ſanata.

Obſ. 103. Aſthma noctu per ſomnum obrepens & ſuffocationem minitans, volatilibus acribus ſuperatum, ſale viperæ, ſpiritu theriacali, eſſentia caſtorei.

Obſ. 104. in febris quotidianæ paroxyſmis copioſus deceſſus ſalivæ.

Dec.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 82. Pulvis fungi ſaligni (cujus) funeſto eventu datus. Cadaver vehementer putreſcens, decolor; Ventriculus ſugillatus; hydrops pectoris; unde difficilis ſpiritus.

Obſ. 86. Scirrhus hepatis aptis emplaſtris in abſceſſum verſus & ſanatus.

Obſ. 87. utique a ranunculo paluſtri riſus ſardonius.

Ann. V. VI. *obſ.* 84. Lochia calidis provocata in nimiam hæmorrhagiam abierunt; neque tamen noſter venam ſecuit, cataplaſma vero ex aceto impoſuit. bono eventu.

Obſ. 85. Sic in hæmorrhagia narium feminæ illuſtris turiones fœniculi 86. & cichorii ſylv. radices ſiccatæ in nares datæ, aut manſæ.

§. DCCCXXXII. CORNELIUS *van* BONTEKOE.

Proprio nomine DECKER, cui ab inſigni patris cauponis nomen hæſit, idem archiater Brandenburgicus. CARTESIANÆ ſectæ aſperrimus defenſor, quo non alius confidentius ſuas conjecturas propoſuit; in acido & viſcido omnem morborum cauſam poſuit, curationem in aquoſis & adtenuantibus.

EJ. *tractaet van het excellenſte kruyd* Thee Haag 1678. 12. HOTTON. & tertia editio a morte auctoris aucta, etiam *duobus tractatibus de Coffea & Choccolata cum apologia auctoris tegens ſyne laſteraars* Haag. 1685. 8. *. Cum pro ſummo bono ſanguinis tenuitas ipſi eſſet, ſpem ſuam præcipuam poſuit in Theæ infuſo, cujus etiam 100 eſt 200 cyathos bibere jubebat, veram omnium morborum panaceam, puram omni ſuſpicione nocendi, neque unquam ventriculum relaxaturam. Cæterum infinita aliena admiſcet, ſibique indulget, ut quidquid in mentem venerit, id effutiat. De coffea brevius: vires medicæ nimiæ. Hydropi & tympanitidi ſanandis prodeſſe. Sennam tamen præfert. Chocolatæ vis nutriendi eximia.

In *apologia* refutat eos, quibus prior de Thea libellus diſplicuerat, qui iidem auctorem ob infeliciorem in febre adhibitam curam carpſerant. Contra venæ ſectionem. Ob defenſionem CARTESIANARUM opinionum ei Leidæ diſputando contradictum eſt.

EJ. *Reden over de koorſen, doer welk aangeweezen word, dat de gemeene theorie en practyk vals ſchadelyk en moorddaadig is.* IV. *vermeerderd med een bewys, dat de ervarenheid der oude doctors zoo opſtoffen, geen waere bevindig is, en Provocati e aen de Doctoren; Chirurgyns ond Apotheker int beſonder van Amſterdam*, Haag. 1682. 8. *. Refutatis prioribus omnibus, febrem contendit eſſe a ſanguine lente moto; venæ ſectionem, & refrigerantia omnia nocere urget.

Ej. L. *de febribus periodicis*, gallice Utrecht 1682. 8. Latine vertente J. Abraham *de* Gehema Haag 1683. 8. Tr.

Vervolg van de reeden over de koorrtſee dionende tot en vorloper van een uytvoerlyck verhandeling van de fermentatie en de effervescentie ... kort antword op de vuyle laſteringen in ſeker brief onder de naam van Pieter Bernagie *voorgebragt* Amſterd. 1683. 8. *. Cum juvenis medicus contenderet, in febre ſanguinem non pigrum eſſe, neque ab acido febrem eſſe, noſter utrumque confirmat, & exemplum adducit hominis, qui a nimia aceti copia epota in gravem febrem cum maculis incidit, & periit. In peſte nihil valere, niſi ſales volatiles potentiſſimos.

Antwoord aan de Schryvers van de brief onder de naam van P. Bernagie *uytgegeven tegens het nieuw gebow der chirurgie, en de reden van kortzen* Amſterdam. 1682. 8. *. Scripſerat non nemo contra ll. de Thea, de novo ædificio chirurgiæ, & de febribus: negat enim noſter Bernagii eſſe laborem. Aſperum iterum & inutile ſcriptum.

Latſte reden van afſcheid over de koortſen uytgeſproken 15 Jul. 1681 *tot waarſchruſchowing voor alle die haar leven lief hebben — om ſig te leten moorden met aderlaten, purgieren, kouddrinken &c.* Haag. 1681. 8. Wel.

Moellerus habet etiam *notas provocativas in Corollaria, quæ diſputationi ſuæ* de ictero *oppoſuerat* Ger. Blasius, *quibus reſpondetur ad calumnias, quas effudit oſtenditurque, quæ ſit medicorum imperitia, imprimis vero* Blasii *mendacium, quo auctoris libros de chirurgia & febribus famoſos libellos eſſe dixerat, refutatur* Amſterd. 1682. 8.

Kort en vaſt bewys dat er geen annus climactериſticus ofte moordjaar is, entſelve en de 63 en 81 jaar niet te vreſen ſtaat Haag. 1683. 8. *. Ad Electorem Fr. Guilielmum, qui annum Act. 63. ingreſſus erat. Errorem facile refutat.

Ej. *nieuw gebouw der chirurgie of heelkonſt. I. Deel, alwaer t'oude geſtel van de theorie, en van de cur der gezwellen, wonden en ulceratien afgebroken word* ib. 1680. 8. *. Habet etiam res non naturales, Plegmonem.

In *operum collectione* redit *Omwerp van t'oude geſtel der medicyne eerſte deel.* L. I. *dat de generale theorie van de gemeene chirurgie vals is.*

In *collectione operum* eſt *het vierde boek van de mislagen omtrent de indicatien en de v. boek.*

Ej. *Vervolg van het eerſte deel alwaer de practyk der chyrurgie van een mennigte abuyzen en moorddaadigheyt overtuigt word* ib. 1681. 8. *. Nullam dari naturam medicam, nullam plethoram, neque etiam bilem; hepar in hydrope non vitiari; nullas dari fluxiones vel congeſtiones; derivationes, revulſiones, ſed neque criſes. Venam ſecandi occaſiones eſſe rariſſimas, & difficilime adgnoſcendas; ſic purgationes rariſſime requiri. Opii laudes; cum malo etiam cauſam auferre. De medicamentis. Contra Pharmacopolia; contra Galenica medicamenta, contra botanicam; quæ inutilis ſit. Percurrit inde ſirupos, reliquas formulas; oſtendit uſu carere.

Ej. *Naareden.*

Adhortatio ad deponenda præjudicia. Hæc germanice Hanover 1687. 8. Wolfenbüttel 1697. 8. *. cum vita auctoris & notis J. PETRI ALBRECHT, his ſatis copioſis B. B.

Nonne eadem fuerint opuſcula, quæ non coram habeo.

EJ. *Fragmenta dienende tot en bewys van de beweginge van het acidum methet alkali, als mede de grondtleg tot de opbouw der medecyn en chirurgy* Haag. 1683. 8.

EJ. *korte verhandeling van t'menſchen leven, gezondheit ziekte en dood, begrypende recepten I. over't ligham en zyne werkinge in gezondheit, over de middelen van het leven en gezondheit te bewaaren, en de meeſte ziekten voor te kommen door ſpyze drank ſlap en Thee, Caffee, Chocolade, Tabak en geneez middelen, zynde een vervulling van t'over gebouw der Chirurgie: den tr. van de kortzen en thee, als mede 3 verhandelingen over de natuur de bevinding en de zekerheit in de genees en heelkonde* Gravenhag 1684. 8. B. B. Germanice Bauzen 1686. 8, 1688. 8. 1692. 8. 1701. 8. ad SCHULZE.

In *operibus poſthumis* reſpondet huic operi *Derde deel behelzende de anatomie over de experientie ofte bevinding van's menſchen leven gezondheyt ziekte en dood om de gezondheyt te bevaaren en de ziekten voor te kommen.* Reſpondent etiam ſequentes libelli, tantum quod in editione poſthuma præcedant anatomes compendium & caput de experientia & quod aliqua alia in editione 8 ſequantur poſt caput *van't menſchen leven &c.*

EJ. *diſcours op het leven de ſiekten en de dood in poſthumis* germanice Bauzen 1686. 8. 1688. 8. 1692. 8. Contra medicos ſuos adverſarios. Pro medicis peregrinis. Contra pharmacopolas. Homines ſuorum morborum & mortis cauſas eſſe.

Korte verhandeling van de diæt of verkiezing der beſten ſpyſen.

EJ. *grondslag van een nieuw gebouw van medicyne en chirurgie nieuwelyk ontdekt in het alcali en acidum* Belgicum ſolum vidi; breve compendium. De vitiis humorum, acore, lentore. Vitia partium firmarum. Symptomata. Curatio. Claſſes medicamentorum, potiſſimum ſudorifera. Opium inter ea ex melioribus. Purgantia convenire in nimia abundantia humorum, affectibus ſoporoſis, febribus intermittentibus, vitiis ventriculi, ſcorbuto. Non purgandum in febribus.

In *pathologicis* docet unicum dari morbum, eum eſſe ſcorbutum ſive lentorem viſcidum & acrem, in quem omnes reliqui morbi reſolvantur, ipſa etiam inflammatio & febris, quæ fiat ab acido acri, cum ſanguine, quem lentum viſcidum & acrem reddit, reliqua autem mala eſſe a pancreate. Sequitur diæta, in qua contra acida pugnat, & animalia negat acida in ſanguinem recipere, ne quidem graminivora. Inter remedia univerſalia ſcorbuti numerat nitrum, ſed hoc nitrum fixum eſt ſal alcali detonatione paratum.

Ej. *litteræ familiares* ad Janum de Gehema Berlin 1686. 8. Gehema editore.

Nunc commemoratis operibus, quæ ſingula vidi exſtare, tranſeo ad ea, quæ in operibus demum omnibus reperio, cum hoc titulo collecta *Alle de philoſophiſche, medicinale en chymiſche worken* Amſterdam 1689. 4. 2 vol.*. Vita viri. Hamburgi aliquamdiu vixit, inde Berolinum vocatus ex principiis ſuis periit. Cum enim de gradibus delapſus caput adflixiſſet, eique ſanguis per aures manaret, & calvaria fiſſa eſſet, atque ſanguis in cranio effuſus, nunquam voluit venæ ſectionem admittere. Infelici in matrimonio vixit, laboratorium chemicum coluit. Cadavera frequentia ſecuit, diem obiit a. 1685.

Ej. *Omwerp van t'oud geſtell der medicyne. Eerſte deel dat de generale theorie der chirurgie vals is.* Libri IV. priores comprehenduntur in eo opere, quod ſecundo loco dixi. *Inſtitutie ofte kort begryp der gantſche medicyne, vierde deel.* Non novi primam editionem belgicam hujus operis. Neſcio numne hoc ſit opus, quod etiam germanice prodiit, *Grundſätze der Medicin* vertente H. H. 1691. 8. & vertente J. Casp. Rus Augſpurg 1721. 8. Fuerint *nouveaux elemens de médecine tr. par Jean de Vaux* Paris 1698. 12. 2 vol. latine *fundamenta medicinæ* Amſterd. 1688. 8. Tabula, deinde breve compendium cum notis.

Ej. *Fundamenten van het alcali en acidum.*

Ej. *grondslag* quod modo dixi.

Ej. *Pathologia of kenniſſe van de voornaamſte grondſtukken om tod een waare kennteniſſ der philoſophie en medicyn te konnen geraaken* Haag. 1687. 8. Non vidi, imperfecta eſſe legi. Facile fiat, ut in hoc librorum cenſu error ſit.

Ej. *medicinale collegium over de pratyk de medecyne* Amſtd. 1698. 8. Sed vereor ne ſint Blancaardi.

Ej. *Epiſt. in Act. Berolin.* I. n. 10.; ſe primum commendaſſe theam tamquam morborum panaceam.

§. DCCCXXXIII. Jacobus le Mort.

Jacobi *le* Mort Profeſſor chemiæ Leidenſis, *de medicamentis galenicis* 1678. 8.

Ej. *compendium chemicum* Leid. 1682. 12.

Ej. *chymia medico phyſica proceſſus ſpagirici ad finem procedendi normam exhibens, annexa eſt metallurgia contracta* Leid. 1684. 8. 1676. 4. 1688. Gunz

Ej. *pharmacia medico phyſica rationibus & experimentis inſtructa nec non obſervationibus medicis illuſtrata* Leid. 1684. 8. Gunz. 1688. 8. Tr.

Ej. *chymiæ veræ nobilitas & utilitas in phyſica corpuſculari theoria medica ejuſque materie & ſignis* Leid. 1696. 4.

Ej. *ligt der natuurkunde aengeſtoken tot den opbouw der geneskonſt nevens een briefwiſſel daran ugtzogen door* J. Loman Amſtd. 1696. 8. Carlson.

Ej. *theoriæ medicæ fundamenta novantiqua* Leid. 1700.8.*. Multi ſunt libelli eo fere fine ſcripti, ut medici chymiam plurimum ſervire, non ita anatomen. Tituli ſunt: 1. Chymia vindicata. 2. Chymia comparata; negat hic, per non inciſiones naturam morbi diſcere, qui homini fatalis fuit, aut medicamenta compoſita poſſe per Galeni methodum inveſtigari, aut eorum efficaciam erui. 3. Philoſophia medica, ubi multum utitur æthere & materie primi elementi. 4. Theoria hominis, humorum mutationes & depravationes, theoria morborum. Morbi calidi, acuti & frigidi, diuturni a terræ & aquæ abundantia. Ratiocinia mera, nullo cum experimento.

Ej. *oratio de concordantia operum naturæ chymiæ & medicinæ* Leid. 1702. 12.

Ej. *de empirica doctrina medica* Leid. 1702. 4.

Ej. *facies & pulchritudo chymiæ ab adfictis maculis purificata* Leid. 1712. 8. Tr.

§. DCCCXXXIV. Jacobus Spon.

Caroli fil. vir eruditus & antiquitatum imprimis ſtudioſus ex felici per Græciam ſuſcepto itinere celebris, ob religionem patria Lugduno exceſſit & Genevam ſe recepit.

Ej. *voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grece & du Levant* Lyon 1678. 12. 2 vol. *. Germanice vertente Menudier Nürnberg 1690. fol. Etſi fere ad antiquitates reſpexit, paſſim tamen medicas adnotationes interpoſuit. Hydrocephalus in juvene 15. 16. annorum cum farcimine trium digitorum tranſverſorum craſſitie ante faciem prominente. Homo flexuoſis oſſibus, de quo chirurgus Bauda. De nominibus neogræcis plantarum. Baliſta ad venæ ſectionem. De nummis aureis a Vaillantio deglutitis, pluſculos poſt dies de alvo redditis. Cucumeres acidi cum lacte coacto in Græcia in cibum veniunt. Homo capite difformis, ſuturis ſecedentibus, idem fatuus. De codice Nicetæ. Peſtem etiam iterato eundem mortalem invadere. Deſcriptio depilatorii *Ruſma*, quod calx ingrediatur & auripigmentum. De miſero artis medicæ in Turcia ſtatu, quæ fere ab erronibus exerceatur. Turci tamen medicum febrium a medico vulnerario diſtinguunt. Græci chirurgum ſimplicius dicunt ιατρον, medicum ιατρον γαμματισμενον. Inſcriptio Lampſacena in honorem Cyri Apollonii medici. Nummi Æsculapii icone ſignati.

Ej. *traité de la guériſon de la fievre par le quinquina* Lyon 1679. 12. *. abſque nomine parvus libellus. Variæ corticis febrifugi præparationes, per infuſionem: vinum, cum quo cortex in dolio conferbuit, plus habere efficaciæ.

Recte addi centaurium minus, quod & ſolum febres curare valeat. Sæpe etiam ſe laudanum utiliter addere. Ante ejus corticis uſum alvum ducendam. Non debere ſumi, ut eo ævo ſolebat, ſub initia paroxyſmi, ſed ab ejus fine ad novum uſque paroxyſmum. Recidivam poſcere iteratum uſum. Melius in liquida forma dari. In febrium acutarum remiſſionibus corticem etiam utilem eſſe, inque hectica febre cum abſceſſu, demum in febre maligna. Minus quam alia febrifuga calidum eſſe auxilium, & multo certius.

Ej. *obſervations ſur les fievres & les febrifuges à l'occaſion du l. intitulé la decouverte admirable du remède anglois* Lyon 1681. 12. *. & auctius 1684. 12. Anglice Lond. 1682. 12. *on fevers and febrifuges.* Contra Blegnyum, habere eum remedium ſuum a Talboto. Indorum curationes per ſudorem. Radicem habere, qua manus confricant & ſerpentes libere contrectant, etiam caudiſonum. Theoria, qua caveas. Alvum ducendam, ſi ventriculus ſordibus plenus fuerit, ita nonnunquam febrem tolli. Emetica tamen ſummo ſæpe cum periculo dari. Febres putridæ in regione ſtagnis plena Dombenſi frequentes. Talboti ægros minus relabi. Quem Blegnyus librum Lugdunenſi medico tribuit, eum Pariſini Doctoris eſſe.

Ej. *recherches curieuſes d'antiquités contenues en pluſieurs deſcriptions ſur les médailles, basreliefs & ſtatues moſaïques & inſcriptions anciennes* Lyon 1683. 4. B. B.

Ej. *aphoriſmi novi ex* Hippocratis *operibus* ib. 1684. 12.*. 1689. 12. Indicium de genuinis Hippocratis operibus aut ſuſpectis, ad phyſiologiam, pathologiam, ſemeioticen, textus græci ex omnibus operibus Hippocratis collecti cum notis.

Ej. *Diſſ. qu'il n'eſt pas vrai, que ce fuſſent ſeulement les eſclaves, qui pratiquaſſent la médecine à Rome, ni que les médecins en ayent jamais été bannis* Lyon 1684. 4. *. redit in *miſcellaneis eruditæ antiquitatis* ib. 1685. fol B. B. qua collectione multa marmora continentur, inſcripta medicorum nominibus, aut certe eo ſpectantia.

Ej. in *nouvelles de la republique des lettres* 1684. p. 361. eſt ex urethra polypus ſ. prælongus grumus ſanguinis poſt multos dolores expulſus. Redit in *Act. Erud. Lipſ.* 1684. p. 279.

Ej. *bevanda aſiatica h. e. phyſiologia potus Caffee* Genev. (Paris) 1685. 12. *. cum notis J. Jac. Manget. Modus præparandi potus, analyſis chemica fabarum, effecta medica, quæ noſter laudat, ut etiam ad podagram convenire ajat. Libellus eſt P. Sylveſtris du Four, a Mangeto paulum auctus.

Idem *Act. Erud.* 1689. obſervationes novas in cadavere hominis epilepticæ factas narrat, tum polypi

Elogium dedit P. Bayle *nouv. de la republ. des Lett.* 1686. Fevrier.

§. DCCCXXXV.

§. DCCCXXXV. Varii.

Daniel Duncan Medicus Gallus, ob religionem profugus, Bernæ in Helvetia, Belgio, demum in Anglia vixit, & artem ſuam exercuit, Willisianus.

Ej. *explication nouvelle & mecanique des actions animales* Paris 1678. 8.*. Willisianis chemicis indulget hypotheſibus. De convulſione, phrenitide, vomitu.

Ej. *la chymie naturelle* ib. 1681. 12. 1687. 12. *Chymiæ naturalis ſpecimen, quo patet, nullum in chymicis officinis fieri proceſſum, cui ſimilis in animali corpore non fiat* Haag. 1707. 8. *. Cohobationes, calcinationes, quæ non alia, in corpore humano vidit. Habet tamen etiam ſuos ſibi adnotatos morborum varios eventus, morboſque, lienem in tabum atrum diffluentem, ſic hepar. Quintanam, ſextanam, ſeptimanam febrem ſe vidiſſe. Calculi pulmonales.

Ej. germanice *von dem Misbrauch heiſſer und hiziger Speiſen und Getranke ſonderlich aber des Caffees, Schoccolade und Thees* Leipzig 1707. 12. Anglice Lond. 1706. 8.

Apologie pour le S. Duncan *contre le traité de la mélancholie tiré des reflexions du S. de la* Menardiere ib. 4. d'Etr.

In *Journ. Sav.* 1683. 4. puellam habet ſeptennem menſes bono ordine patiente.

Elogium eſt in *Suppl. Act. Erud.* IV. p. 237. Senex obiit a. 1735.

Nicolai Toppi *Bibliotheca Napolitana adoperata a gli huomini illuſtri in lettere di Napoli e dello Regno* Napoli P. I. 1678. fol. P. II. 1683. fol. cum additionibus Leonardi Nicodeei ib. 1682. fol. B. Bun. Auctor patricius civitatis Chieta. Prima pars paucos habet medicos, ut L. a Capoa non nominet, Severinum rariſſime: libroſque ſæpe ex Lindenio recipiat, uberior in monachis & J. C. Parte II. paucos medicos ſed diligentius recenſet.

Secreti dell arte perfumatoria Venet. 1678. 8.

J. Galbam de Andrade Villæ vicioſæ natus, Luſitanus, veterinarius regius. Ej. *arte de cavalleria de gineta e eſtardieta bom primor de ferrar a albeiteria dividida en tres tratados, que contien varios diſcurſos e experiencias del arte* Lisboa 1678. fol. C. de V.

Récueil de remèdes faciles & domeſtiques récueillis par les ordres charitables d'une Dame C. née Fouquet Paris 1678. 12. In editione Lion 1680. 8 acceſſerunt tr. *pour préſerver le betail du mal contagieux* tum Paris 1712. 8. germanice Dreſd. 1708. 8.

Réſolution des cas propoſés ſur le ſerment, qu'ont fait les médecins de la Faculté de Paris de ne jamais conſulter avec aucun Docteur des autres Univerſités Rouen 1678. 8. Fontette.

GUION du LOIS ſ. de la NAUCHE *cours de médecine en francois contenant le miroir de beauté & de ſanté corporelle* Lion 1678. 4. idem procul dubio qui pag. L. GUION dudum dictus.

STOKEMAN *medela medicorum* Lond. 1668. 8. OSB.

CHARLES PETER *on the venereal diſeaſes* Lond. 1678. 8. 1686. 12. ASTR. 1694. Ad vendendum arcanum.

J. HERBERGER *methodus hygiaſtica* 1678. 8. TR.

J. FREYTAG *Bericht von der melancholia hypochondriaca* Augſpurg 1678. 12. niſi eſt idem dudum dictus.

Weinmariſches Arzneybuch in ſechs Büchern Lipſ. 1678. 4. HEBENSTR.

Die curioſe Medicin darinn die Geſundheit des Lebens in zwölf Regeln vorgeſtellt wird Francf. 1678. 12. 1688. 12. B. THOMAS. Ejuſdem etiam tituli libellus proſtat præfixo anno 1705. & 1708., cujus ſcriptorem dicunt FLEISCHER.

§. DCCCXXXVI. DISPUTATIONES.

PETR. BUSCHMAN *de hæmoptoe ſ. ſanguinis ſputo* Leid. 1678. 4. *.

GEORG RAST *de ictero* ib. 1678. 4. *.

HENRIC. BOBART *de atrophia* ib. 1678. 4. *.

SAMUEL JORDEN *de paſſione hyſterica* ib. 1678. 4. *.

GODOF. RICHTER *de phthiſi* Utrecht 1674. 4. HEE.

GEORG ERN. LUD. MEUSEL *de cardialgia* Utrecht 1678. 4.

ALBERT AB ALEN *de chloroſi* Utrecht 1678. 4. *.

AHASVER. LANGENHOLT *ſpecimen aliquot errorum in medicina* ib. 1678. 4. *.

GUIL. ÆMILIUS *de pleuritide in peripneumoniam degenerante* Hardervic 1678. 8. HEF.

GUIL. MECHHOVIUS EJ. *theſes medicæ ex univerſa arte collectæ* Helmſtätt. 1678. 4. BURKH.

DAV. ISCAN *de hydropiſi ejuſque ſpecierum triplici cognitione & curatione Galenica ſpagirica* Jen. 1678. 4. VAT.

EJ. *antipathiæ ſingulares ſ. de naturali ſed mirabili cibi & potus faſtidio odio & abſtinentia* Jen. 1678. 4.

J. CHRIST. KALKHOF *de fontibus ſoteriis* Lipſ. 1678. 4. VAT.

J. CASP.

J. Casp. Bart. Voigt *de paſſione ſ. affectione hypochondriaca auctoritatibus* Galeni & Hippocratis *ſuffulta* Prag, 1678. 4. Hef.

J. Andr. Hofsteter R. Fasch *de fame abolita* Jen. 1678. 4.

Ej. *kurze Einleitung der Frage ob der natürliche u. rein gewaſchene Zinnober als eine Arzney in dem menſchlichen Leib gebraucht werden könne* Leipz. 1708. 8.

In *Acad. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* IX. & X.

God. Samuel Polis.

Obſ. 14. veſicatoriis ſuperata in puerpera epilepſia (vel certe morbus convulſivus).

Obſ. 16. poſt puſtulam prope oculum erumpentem gangræna ſuborta, in facie alioquin rarior.

Obſ. 104. Cum calculus palmatus in uretere hæreret, in ſacculo a veſicula fellea diverſo, hepati tamen adnexo, calculi innumerabiles fuerunt.

Obſ. 107. Spica ſiliginea deglutita ex dorſo demum erumpens.

Dec. II. *ann.* IV. *obſ.* 39. Vomitu rejecti ſcarabæi, ut videtur.

Obſ. 40. icon, quem putes ob aculeum eſſe locuſtæ, muſcæ polonicæ, quæ hominibus & beſtiis funeſta fuerit.

Obſ. hæmoptyſis & phthiſis ex contagio.

Ann. V. *obſ.* 160. veſicatorio (cum allio) ſuperata odontalgia,

Obſ. 161. Gargariſmi ſpecie in faucium ulceribus utilis ſpiritus ſalis ammoniaci.

Obſ. 162. anaſarca a retenta urina ſubito nata: curata ſacculis raphano ruſticano contuſo plenis.

Obſ. 164. cucurbitulæ ſcarifatæ in dolore iſchiadico ſalutares.

Obſ. 166. hydrocephali in puella modo nata deſcriptio.

Ej. *Myrrhologia* Nürnberg 1688. 4. *. & in Appendice *voluminis* VI. *decadis* II. E. N. C. Maxima collectio omnium formularum, quas unquam myrrha ingreſſa fuiſſet.

J. Henricus Hegner Vitoduranus.

E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IX. X. *obſ.* 64. Fuſa narratio de morbo hyſterico in aliquot ſororibus.

Henr. Christoph Ebel.

Obſ. 77. Quintana febris,

J. Georg Trumph medicus Goslarienſis.

Obſ. 76. Iſchuria diuturna: die 15 calculi aliqui expulſi, ſed malum rediit, & demum ſexto iterum die duodecim lotii libræ cum calculis exierunt, bono eventu.

Obſ. 81. ſponte ſuborta in corpore rigiditas, quæ in gangrænam lethalem univerſi pene corporis abiit.

Sebastianus Scheffer Francofurtenſis medicus.

Obſ. 102. dolores circa renes validi, & venter tumidus; ingens tumor totum fere abdomen replens, calculis, glandulis, amurca plenus: ren ſiniſter mire deformis, ambitu quatuor pedum $\frac{2}{3}$.

Ann. III. *obſ.* 152. & in urinaria veſica calculus, & in fellea, in iſta toti receptaculo æqualis.

De editione *hiſtoriæ medicæ* Conringianæ, quam ex codice MS. ſuo excudi curavit, lites aliquas ſuſtinuit, etiam cum Hanemanno, qui ſimile opus edere adgreſſus ſibi tribuebat. Idem C. Hofmanni vitam medicam edidit Francof. 1680. 4.

J. Specht.

E. N. C. *Dec.* II. *ann.* IX. X. *obſ.* 113. urina fætidiſſima, purulenta, cum aſcaridibus excreta, doloreſque funeſti. In cadavere ren alter calculo ramoſo fetus, qui pelvim replebat. Veſica parva, craſſa, cum ulcere in collo, urinæ perexiguam copiam toleratura.

Obſ. 114. poſt vomitus ſtercoreos ſanitas reſtituta.

Simon Aloysius Tudecius.

Obſ. 116 Tarantiſmum Centumcollis vidit, hominem certe, qui ad ultimam defatigationem ſudabat, & tarantulæ morſum accuſabat.

Obſ. 122. poſt dolores colicos optimo eventu lapilli egeſti.

Obſ. 125. a nimio riſu mors, vena cava ſuperiori & azyga ſanguine concreto pleniſſimis.

Obſ. 126. uterus ſcirrhoſus & purulentus.

Ej. *medicus pharmaceuticus*, Nurnberg 1695. 8. Ej. *appendix* 1699.

Ej. *aula medica* Norib. 1723. 8.

Carolus Offredus Profeſſor Patavinus.

E. N. C. *Dec.* I. *obſ.* 178. In puero ingentes fungi hæmorrhoidarii. Levamen ab oleo belladonnæ. Poſt tertianam febrem enormis molis hepar.

Dec. II. *ann.* I. *obſ.* 126. Ex abſceſſu abdominis ſponte ſuborto & aperto, lumbrici & alvi fæces, ſuperſtite ægroto.

Obſ.

Obſ. 127. duræ membranæ falx oſſea in meretrice.

Obſ. 129. Pleuritis ſubinde recidiva, toties repetita venæ ſectione curata.

Ann. II. *obſ.* 15. poſt reſpirationis perpetuam difficultatem hepar maximum, pulmones ad claviculas uſque depulſi.

Ann. IX. *obſ.* 221. hortulanus viridi cum ſenecta annum 110. adtigerat.

Anonymus *obſ.* 184. Circa oppidum Czierko alata inſecta equos interimentia, etiam homines. Pingit autem, ut obſcure videtur, crabrones.

JOHANNES BURGIUS.

E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IX. X. *obſ.* 188. vir cui urina fætida, cum dolore abdominis conjuncta & ſtupore brachii, a vermibus &c.

Obſ. 189. In infante ſuturæ poſt multos planctus hiantes, ut arteriæ duræ matris ſalientes conſpicuæ fierent, & cerebrum in ploratu ad farciminis modum emineret.

Ann. III. *obſ.* 171. Tumor gravis manus, ut aſtaci chelam referret, quod malum nuper nobis non infrequens occurrit, inde late dominatum eryſipelas, tunc tinea, & albus tumor genuum, & maculæ late errabundæ.

Obſ. 173. cum nocturno ſudore & tabe aliqua, ſapor ſalivæ dulcis.

Obſ. 174. ſcorbutica contra receptam opinionem curata ſalivatione hydrargyri ope excitata.

Ej. obſervationes poſthumæ *ann.* IX. *dec.* II. *obſ.* 152. In minaci hæmorrhagia inter pariendum ſuborta, opium ſolum reſpondit, tum in alio exemplo.

Obſ. 15. Colica pertinax cum ſanguinis jactura; clyſtere ſubdito fetus cum mola eductus.

Obſ. 154. Deglutitio impedita, abſceſſus ſubnatus, per eum aer dimiſſus: erat emphyſema colli, de quo aer cum fragore erupit, cum perforaretur.

Obſ. 156. poſt lapſum ſummus dolor, intra oculi ictum ab incenſa moxa ſublatus.

Obſ. 157. In hydropicis cruribus fruſtra inciſiones & emplaſtra veſicas trahentia admota.

Obſ. 158. Tabidus vomitu aliquoties moto, deinde aquæ potu ſanatus.

Obſ. 159. venæ ſectio in pleuritide recidiva, inque febre maligna feliciter adhibita.

Academiæ Naturæ curioſorum literæ ſupplices ad Pr. Raimundum de Montecuculi pro ſuſcipiendo protectoratu, cum reſponſo & gratiarum actione Nurnberg. 1678. 4. *.

In *Journal des Savans* 1678. n. 3 & 6, poſt multos renum dolores hydrops, lithiaſis, etſi ſubinde aquæ abunde per lotium decedebat. Tumor totum pene abdomen, replebat; in eo glandulæ, calculi, grumi ſanguinis. Ren 68. l. pondere erat. Eadem eſt adnotatio in E. N. C. propoſita.

N. 25. Fetus BAYLEO dictus, & de eo diſſertatio D. RAINSSANT.

N. 33. Pulvis emeticus ex mercurii dulcis partibus 3, vitri antimonii p. 1. cum ſpiritu vini digeſtis. Eſſe arcanum febrifugum LAZARI RIVIERE.

§. DCCCXXXVII. STEPHANUS BLANCAARD.

Middelburgenſis, Collector, qui ſuo ævo videtur vulgo gratioſus fuiſſe: certe de omni fere parte medicinæ ſcripſit; idem a MORGAGNO accuſatus, alienas adnotationes pro ſuis edidiſſe, tectis veris auctorum nominibus.

EJ. *lexicon medicum* ſæpiſſime prodiit, & lego prodiiſſe Amſterd. 1679. 8. Mea editio eſt Hall. 1739. 8.*, quam editionem SCHULZIUS auxit recuſam 1747. 8.*. Cæterum prodiit etiam Lovan 1754. Leid. 1690. 8. 1702. 8. 1727. 8. 1731. 8. 1756. 8. Jen. 1683. 8. Francof. Lipſ. 1696. 8. TREW. Lipſ. 1776. 8. maj. nuperorum inventis a J. F. ISENFLAMM auctum. Francof. Viadr. 1705. 8. TR. Londini etiam 1702. 8. 1708. 8. 1717. 8. Anglice. Germanice, vertente W. C. (WOLFGANG CHRISTEN) Bern. 1716. 8. Compendium vocum medicarum cum definitionibus.

EJ. *collectanea medico physica, of Hollands jaarregiſter der genees en natuurkundige aanmerkingen van ganſch Europa beginnende* 1680. Amſterd. 1680. 8. *. Prodierunt centuriæ VII. Germanice verſæ a T. P. M. C. G. L. Leipſ. 1690. 8.*. 1698. 8. Non proprie ZODIACUM convertit, ſed fere undique collegit, & ex *Phil. Tranſ.*, & ex *Zodiaco*, & propriis ex adnotationibus.

Ecce ſpecimina adnotationum propriarum. *Cent.* I. Diabetes mollientibus curatus. Nyctalopia, nempe cæcitas veſpertina. Vir eruditus, cui ob nocturna ſtudia nulla erat tranſpiratio: hydrops ſubortus, tamen curatus. A ſternutatione diaphragma deſcendit, & ventriculum compreſſit, neque reſtitui potuit. Vir omnia revomens, pyloro a calcaria materie obſtructo. Serpens ex urina (manifeſto repetita hiſtoria capucini, quem noſter CAMERINUM vocat. Qui chalybis non minimam particulam & alia ferramenta deglutivit, vivum etiam bufonem abſque malo hic delineatum in ventriculo habuit. J. MUNNIKS hydrops ovarii multis locis repetit. Menſes per vomitum redditi, & per gingivas. A vitro antimonii ſumto vomitus per duos annos perſiſtens. Ingens hydrocephalus, cum veſica per os eminente. Hirudo per alvum reddita. Inteſtini particula per anum excreta. Canis ab oſſe deglutito occiſus. Hæc in *Centuria* I. Nunc ex Quinta. Cum veſica contracta eſſet, urina demum per umbilicum erupit. J. B. PINKET de

de morbo venereo per decoctum Sarſæparillæ & Saſſafras curato. A quatuor granis dacrydii & pilulis cochiis hypercatharſis, per æſtivos equidem æſtus. In Ceylonia vomitus puris & ſanguinis ex ulcere ventriculi, tamen ſanatus. Tarantulæ hiſtoria & cantilena muſicis notis expreſſa. Multa hic chirurgica, aliqua fabuloſa. Poſt multa mala calculus per anum egeſtus, & homo ſervatus Sanatus qui aquam fortem biberat. Animalcula per urinam excreta, ab eſu caſei, ut putat. Ex *Centuria* ſeptima. Qui ſphærulas plumbeas deglutiverat, retinuerat, die 18 eas poſt medicamentum purgans vulgare adſumtas reddidit, BERNHARDI HUTTENII adnotatio. Qui fæces alvi vomitu reddidit, indeque lenta morte periit. Venis ligatis, canem hydropicum reddi C. BONTEKOE. Quatuor granis arſenici in gulam illitis excitata ſalivatio, in angina ſalutaris. Diuturnus erat per 32 annos continuatur vomitus. Hydrops ovarii; ad eum curandum paracenteſis adminiſtrata, neque in hydatidibus continebatus J. SCHMIDT. Vermes inteſtinum perruperunt, ut de ilibus exirent IDEM. Tumor ſiniſtri hypochondrii pro lienis vitio habitus, cum alvo conſtricta: glomer erat lumbricorum in inteſtino, pancreas lapideum: lien crepuerat, veſicula fellis tumida IDEM. Tertiana febris urina potu ſanata. A laudani 18 granis brevis ſomnus J. DUYKEN.

EJ. *de borgerlyke tafel een lang gehond leven ſonder ziekten, nevens de ſchola ſalernitana* Amſterd. 1683. 12. *. Germanice vertente GEORG *v.* KEIL Francof. Leipz. 1695. 8. 1705. 8. Percurrit plantas, animalia, mineralia, quæ utcunque ad vitam humanam pertinent. Laudat bonus Belga carnem fumo induratam; ipſum lardum, feminas etiam hortatur, ut fumum tabaci ſugere velint.

EJ. *nauwkeurige verhandeling van de ſcheuſtyk en fermentatie meeſt op grunden van des* CARTES Amſterd. 1684. 8. LAMB. German. Leipz. 1696. 8. B. Tig. 1693. 8. TR. 1704. 8. TR. Dari calidum ſcorbutum & frigidum, eſſe a craſſo ſanguine.

EJ. *Venus beegerd en ontzet, of verhandeling van den poken en derſelven toevallen* Amſterd. 1684. 8. 1688. 8. 1696. 8. WACHENDORF, Germanice Leipz. 1693. 8. Augſp. 1710. 8. Morbum antiquum eſſe. Gonorrhœæ ſedem eſſe in proſtata. De ſublimati hydrargyri uſu. IDEM l. Gallice prodiit Amſterd. 1688. 8. cum *Traité de la verole, gonorrhée, chancres, bubes vénériennes* vertente GUIL. WILLIS FALC.

EJ. *van opvoeding der Kinderen en der ſelven ziekten* Amſterd. 1684. 8. ſi titulus recte ſe habet.

EJ. *van de gicht* Germanice *vom Podagra u. der laufenden Gicht u. Heylkräften der Milch, nebſt* W. *ten* RHYNE *Beſchreibung wie die Chineſer vermittelſt des moxa brennens güldenen nadel ſtechens alle Krankheiten u. insbeſondere das Podagra curiren* Leipz. 1690. 8. Hannov. 1692. 8.

EJ. *nieuw lichtende practyk der medycine* Amſterd. 1685. 8. Germ. Francof. Leipz. 1689. 8. Hannov. 1690. 8. 1698. 8. 1707. 8.

Ej. *Konſtkammer der Heilkonſt* Amſterd. 1685. 8. Germ. Hannov. 1692. 8.

Ej. *collegie over de practyk der medicyne* ib. 1690. 8. An idem opus cum *Praxi*, quam *collectione operum* dicemus? An potius BONTEKOE.

Ej. *verhandeling van de bedendang chymie* ib. 1685. 8. B. Tig. Germanice Hannover & Wolfenbuttel 1697. 8. 1718. 8.

Ej. *anatomia practica rationalis*, *ſ. variorum cadaverum morbis denatorum anatomica inſpectio* ib. 1688. 12. *. Præcipuum hoc BLANCAARDI opus foret, niſi etiam hic aliena opera involaſſet. Centuriæ duæ ſunt, cuique adnotationi ſubjectum ratiocinium: nomen præfixum, omiſſis anonymis. Hydrocephalus idem, de quo in *Jaarregiſter*. Abortus erat ſeptimeſtris: inter craſſum & tenuem meningem aquæ libræ duæ, veſica carnis ſimilis in ore, lympha copioſa plena, quam habet pro œſophago. Cordis palpitatio, tuſſis, pectoris anguſtia; cor duplo majus, magna arteria oſſea, pene clauſa, hepar ſcirrhoſum; pulmonis pars abſumta, in pectore hydrops, ſic in pericardio, cordis ſuperficies eroſa. In gibboſo aſthmatico criſta galli mole aucta, ut foramina oſſis cribroſi quaſi obſtrueret; alia etiam oſſa monſtroſa grandia & mollia: vertebræ quæ ad gibbum pertinebant, carie exeſæ, in particulas diffractæ, quarum aliquæ in pulmone ſedebant ſuppurato. Febricula, alvus dura, urina parca. Meſenterium & pancreas immenſum mole aucta ad decem libras cum ſemiſſe, ſcirrhoſa eadem & ulceroſa; jecur perinde induratum, ulceroſum: abdomen ſenſim intumuerat cum femina hactenus orthoſtadia videretur. Crapuloſus, vertiginoſus, vomens, febriebat, ſudabat: omentum putridum erat, jecur ſcirrhoſum, ventriculus nigro humore ſemiplenus. Obeſa femina difficulter ſpirabat, demum tumida ei facies fuit & deglutitio difficilis, pulſus ſæpe intermittens; hemiplegia. Lien putridus erat, pulmo alter ſuppuratus, ventriculus cordis dexter exulceratus.

Carteſianiſche academie oſte Inſtitutien der Medycinen behélzende de leere der ongezondheit, en haar herſtelling Amſterd. 1685. 8. 1691. 8. Germanice *Carteſianiſche Academie, oder Grundlehre der Arzneykunſt* Leipz. 1690. 8. 1693. 8. *. 1699. 8. 1731. 8. 1735. 8. TR. Theoria, quæ eo ævo in Belgio dominabatur, ut omnium morborum cauſa in acido quæreretur. Integræ cæterum artis compendium: poſt phyſiologiam diætetica, & cibi per ſingulos: magnis cum theæ laudibus: tunc morbi partium firmarum & liquidarum valde mechanice expoſiti, & ſigna, multaque fermentorum contemplatio. Inde materies medica, doſes, medicamenta ſuas per claſſes.

Qui ſequuntur libri, eorum primas editiones ignoro.

Ej. notæ ad FIENI duodecim Libr. chirurgicorum & ad 15 BEBBERAM Gronden Amſterd. ib. 1685. 8. *. ſatis copioſæ.

Ej. eſt *niederländiſcher herbarius* Amſtd. 1698. 4.

Ej.

Ej. *theoria chymica, oder eröfneter Schauplatz der Heimlichkeiten in der Scheidekunſt wie geringe metallen u. gemeine Steine zu verbeſſern durch* Kenelm Digby Francf. 1700. 8. 6 Theile

Ej. *von den Würkungen der Arzneyen in dem menſchlichen Körper überſezt durch* J. Chr. Rodochs.

Ej. *Apotheker gewölb* Leipz. 1690. 8. B. Tig.

Ej. *hauſtus polychreſti* ib. 1690. 8. B. Tig. 1699. 8. Hamburg. 1705. 8.

Ej. *neues Licht der Apotheker* Leipz. 1700. 8. Eisenm.

Ej. *opera medica & chirurgica theoretica & practica* T. I. II. Leid. 1701. 4. 2 vol. *.

Primum plura repetit, mutato tamen ordine. Continet 1. *diſſ. de fermentatione* quam ubique regnantem videbat. 2, *manuductio ad chemiam.* 3, *Inſtitutiones medicinæ*, quæ eadem eſt *Carteſiana Academia.* 4, *Pharmacopœa ad mentem neotericorum adornata*, breve compendium formularum, 5, *Praxis medica ſerioribus fundamentis ſuperſtructa*, quæ etiam dicta eſt. Morbi, initio facto a plurimis deglutitionis vitiis, cum ſcriptionibus ad ſuam theoriam. Intercedunt tamen etiam adnotationes aliquæ. Arteriarum oſtia cartilaginea, cum enormi renum tumore. Iſchuria & lotium per os redditum, cum ureteris capiti calculus inſideret. Cum ſæpiuſcule aliquot lotii libræ catheteris ope eductæ fuiſſent, demum urina per alvum exiit; ſcirrhus erat veſicæ, & ex ea ulcus in ultimum inteſtinum patebat: in rene hydatides. Poſt urinas diu purulentas, renes conſumti, inque ſaccum inanem redacti. Paralyticus cum gravi cephalæa. A fumo incenſi arſenici hauſto reſpiratio difficilis, univerſi corporis paralyſis, lingua ulceroſa, articulis quaſi dislocatis, ægrotus tamen ſanatus, ſudore excitato, cum totum malum eſſet a ſuppreſſo ſudore. Apoplexia, ut videtur, inde hemiplegia, tunc epilepſia in viro, crurum tumor, bulimus, melancholia. Brachium marceſcens ſpiritu vini calidiſſimo reſtitutum. 6, *Praxis chirurgica*, in qua, ut ſolet, pars aliqua medici eſt argumenti, & adnotationes rariores intercedunt. In veſicula fellea calculi triginta cum veſicæ ſphacelo: doluerat ex veſica, grumos ſanguinis cum urina reddiderat. Seminis in gonorrhœa per alvum ſeceſſio. Enormis ſupra umbilicum pulſatio, cum carpi pulſatione ſynchrona. Vena cava inferior materia adipoſa & quaſi medulla plena erat, aorta duplo amplior, cor perinde volumine auctum. Adnotationes ex *anatome practica* ſæpe verbotenus repetitæ.

Aphoriſmi ad praxin medicam & chirurgiam. Brevia conſilia, prognoſes, Spiritus vini inquit, ſitim ſolvit. Morbi diuturni, pituitoſi. Scabie laborantes qui ſe inungunt, non debent induſium mutare. Uſta arteria auriculari, ſæpe odontalgia ſanatur.

§. DCCCXXXVIII.

§. DCCCXXXVIII. Varii.

Antonii *de* Heyde M. D. Middelburgenſis *experimenta circa ſanguinis miſſionem, fibras motrices. Acc.* 29 *obſervationes medicæ, nec non anatome mytuli.* Amſterd. 1686 8. *. Anatome mytuli Belgice prodierat Amſterd. 1682 8. Obſervationes latine ib. 1684 8. *. Ipſum opus eſt ex melioribus. Et primum vivi canis venas incidit, atque effectum adnotavit, qui inde in ſanguinis circuitionem redundaret. Inciſa vena, vidit ſanguinem & ſecundum ſolitum naturæ ductum in vulnus confluere, & ductu retrogrado, foramen venæ coacto ſanguine demum obturati. Eadem in arteria vidit. Sanguinis in reliquis vaſis motum per arteriam inciſam accelerari, non ſatis conſtanter vidit, ſanguinem motus expertem novam velocitatem ab inciſa vena concipere. Arteria inciſa ſanguinem etiam in ramum non violatum ſed ejuſdem trunci irruere. Clauſo vulnere, nullam videri in motu ſanguinis mutationem ſupereſſe. In venis motum non accelerari, quando arteria aperitur. Quare Bellinum errare, qui etiam clauſa vena ſanguinis velocitatem ab inciſa vena augeri doceat: cum eum virum noſtra experimenta ſublevent. Nullam ſe ſanguinis efferveſcentiam videre. Sed neque obſtructionem a vena inciſa ſolvi. Frictionem ſanguinem hærentem non expedire, quin potius augere, & obſtructioni pro cauſa eſſe, ut in inflammationem tranſeat. In nonnullis ſubjectis obſervationibus, etiam vermium aliquam anatomen dat, faſciolæ, in qua vaſorum ramoſorum umbras aliquas depingit, & lumbrici.

In *Centuria* multa bona ſunt, ut omnino hic ſcriptor præter meritum fere ignoretur. Quæ femina ſubito deglutitionis impedimentum perceperat, purgata alvo ſanata fuit. Angina laryngea, ut reſpiratio difficillima eſſet: noſter venas raninas incidi juſſit, ex vitriolo albo gargariſma dedit, quod ſæpe utile expertus eſſet: eſſe qui eo vitriolo in pulverem contuſo, & in fauces dato, anginam ſuperet. Vinum optime aphthas detergere. Iſchiadicus dolor cedit cucurbitulis, parti dolenti bis in die admotis. Dolor capitis ſubito enatus, tamen in alias partes divagatus. In tertiana continua opium ſæpe ſibi reſpondiſſe, alias oleo ſtillatitio malum ſe fugaſſe; tanta eſt vis dominantis præjudicii. In muſculis abdominis abſceſſus per umbilicum erupit, ſed funeſto tamen eventu. Empyema, cum malum ſub cutem ſe efferret, ruptorio admoto viam ſibi pus aperuit, & minante quidem gangræna ægra reſtituta eſt. Eryſipelati fotum ex ſpiritu vini cum duplo aquæ ſambuci convenire, etiam ſpiritu ammoniaco diluto. Puris phænomena: ab acido chemico cogitur, a calore ſolvitur, a ſalibus fixis pariter cogitur. Ab opio ſumto excretus calculus: & urina retenta opio liberata (qui mirus eſt eventus). Secundæ funeſto eventu retentæ. Veſicula ex utero egeſta. Auripigmentum ſublimatum ad grana decem datum gallinam enecuit. A nuce vomica enecti canes nihil oſtenderunt mutati; quando a morte inciduntur. Squamæ ab exſiccatis variolis per alvum deceſſerunt, non tamen ut ex alvo egeſtæ ſint. A morſu felis rabidæ poſt ſex menſes funeſtus aquæ metus. Lignum colubrinum vehementem effectum in ægra edidit, ut fatuæ ſimilis eſſet.

Felis

Felis ſulfuris fumo enecta: videtur ſanguis in dextras caveas cordis collectus fuiſſe. Ex multis medicatis plantis tincturæ, extracta, ſolutiones. Lotii a variis liquoribus admiſtis phænomena. Aqua fortis cum urina diutius ſervata efferbuit. Phænomena a medicamentis & venenis in venas vivi animalis inpulſis. Sanguis congeſtus & a ſpiritu vini coactus: ſic a ſoluto gummi gutta. Sale tartari in venam dato canis periit, & ſanguis ſpumoſus fuit: aër perinde necat, cor expandit. A vitro antimonii canis occiſus: œſophagus mortuo jam cani convulſus. Decocto hydrargyri vermes fugati.

Ej. *nieuw ligt der apothekers annwyſende de onkennis omtrent de kragt der genees middeln en verbecterende groote mislagen in tverſchriven en bereiden der genees middeln gemeiniglyh* Amſterd. 1682. 8. *. Errores veterum in theoria cauſarum, medicamenta compoſita nimio numero conſarcinata; neque ſufficere excuſationem, quæ vel a ſanguinis particularum diverſitate, vel a morborum compoſita indole ſumitur. Multas aquas minerales inutiles eſſe. Aquas pharmaceuticas inodoras nullius eſſe uſus, qualis cichorii, borraginis &c. In aquam prophylacticam Amſtelodamenſem animadverſio: acetum calendulæ, ſambuci, nihil habere virium præter eas, quas ab aceto habent. Sirupum acetoſum abſurdum eſſe, ſic cochleariæ ſirupum, cum & ipſa recenter ſtillans aqua fatua ſit. Verum neque in ſirupo abſinthii vires ejus plantæ eſſe, neque bene a ZWELFERO emendatum videri. Sic in aliis ſirupis compoſitis. Sirupus de betonica; diuturna coctione vires omnes amittit. Conſervas nihili eſſe: & electaria fere abſurdas farragines vidri. Sic theriaca & mithridatium. Meliorem eſſe theriacam diateſſaron niſi nimium opium reciperet. Trochiſcos alhandal ob colocynthidem nunquam non nocere. Opium cum ambaro male miſceri. Contra olea infuſa.

Accedunt tredecim obſervationes, ſed eæ in *Centuria* redeunt.

§. DCCCXXXIX. VARII.

HUMPHREDI RIDLEY *diſſ. inauguralis de lue venerea* Leid. 1679. 4.

Ej. *obſervationes medico practicæ & phyſiologicæ de aſthmate & hydrophobia; acc. decem adminiſtrationes anatomicæ corporum* Lond. 1703. 8. *. Leid 1738. 8. *. Cholera, hiſtoria morbi ægroti, morbi ſigna & ab aliis doloribus colicis diſcrimen, noſter oppoſuit eo malo aquam pulli, enemata, cumque ea fruſtra eſſent, opium ad ſeſquigranum & ad duo grana. Cum æger ſecundam doſin ſumſiſſet ſubrepſit ſomnus. A venerea labe convulſiones, & cephalea, mercurio dulci, interpolato quidem, malum demum ſanatum. In rheumatiſmo calido, cum arteriæ vehementius vibrarent, venam repetito ſecuit, clyſteres lenes ſubdidit, demum calomelano & balneo uſus eſt: perpetui cum vomitus ſuccederent, opio ad duo grana ſumto iis obviam ivit. Sed etiam in diarrhœa alba torminoſa opii auxilium neceſſe fuit implorare. In morbillis minus benignis cum diarrhœa diaſcordium exhibuit & theriacam, ut tamen ter, quater de die alvus reſponderet.

Auricula cordis dextra ampliſſima poſt convulſiones in tenero infante. In inguine hydatides in hydropico. A potu frigido calenti corpori ingeſto, dolor ventriculi, tormina, diarrhœa, febris cum ſumma debilitate. Cum tamen ob urinæ copioſum ſedimentum, noſter morbum minus malignum eſſe auguraretur, venam quidem ſecuit, cæterum cardiaca propinavit, & larga manu ſpiritum cornu cervi. Cum menſes ſubſtitiſſent, circa tempora critica ineuntis ſenii tormina ingruerunt, & ſanguis per alvum deceſſit, quare venæ ſectioni largiori malum ſubmotum eſt. In variolis irregularibus R. ſanguinem miſit, vomitum excitavit, & diaſcordium, clyſteres ex jure carnium & ovi vitello, demum laudanum exhibuit. Hypercatharſis: mireris lapidem Goanum hic datum fuiſſe cum theriaca. Febri erraticæ icterus ſupervenit, quem noſter *criticum* vocat, & quem herbis amaris cum ſero lactis coctis ſanavit. Aſthma pulmonale: in eo felix venæ ſectio. Aſthma convulſivum: venæ ſectio utilis, veſicatorium, purgantia, cortex peruvianus opiatus, hæc cum levamine dat ut morbum etiam tandem mitigaverit, doſis erat duorum granorum. Alias fruſtra factis omnibus, cum ne opium quidem morbo par eſſet: & pancreas, glandulæ meſenterii ſcirrhoſæ, pulmones ſanguine oppleti, alter durior, in altero aqua per cellulas diffuſa; coſtæ aliquæ totæ oſſeæ eſſent. Infans a convulſionibus exſtinctus, auriculam cordis dextram habuit mole auctam, ſiniſtram inanem, pulmonem ob ſanguinem retentum lividum. In alio infante, etiam convulſo, tubercula moſchatæ nucis mole per inteſtina ſparſa, ex interna membrana canalis facta, forte cauſa torminum. Ureter alter arctiſſimus. In hydropici cadavere hepar bile deſtitutum, glandulæ veſiculæ felleæ tumidæ, in ipſa veſicula mucus inſipidus, in liene humor aquoſus, ſpumoſus. In fetu vera hernia ventoſa. Ovarii hydrops, humor in eo aqueus, gelatinoſus, ſebaceus, duodenum ſphacelatum, inde enormis vomitus. Femina, quam lactens puſio veneno venereo infecerat. Oſſa quæ carioſa fuerant, nunc ſana novoque obducta perioſteo, os bregmatis totum carioſum, dura meninx nigra, pia exeſa. In viro febris quotidiana non genuino cortice peruviano ſumta lethalis; teſtes, cum is homo, tamen pater fuiſſet, minimi, in pulmone aqua ſpumoſa, in ſuperficie grandes veſicæ, polypi in dextris ramis, aorta inanis. In puella cardialgia, mors: in ventriculo magnus abſceſſus, lien, & accumbens ren ſiniſter, inflammatus.

Georgius Dethardine, medicus qui ad magnam ætatem pervenit, profeſſor Roſtochienſis.

Ej. *Krankenwärter* Kiel 1679.

Ej. *Vorſorge der Obrigkeit in der Peſt* Guſtrow 1680. 8. debet ex Heftero ab alio Georgio Dethardine ſeparari, qui primum a. 1694. inaugurales honores meruit, eo anno dicendus.

Guilielmi Maxwel Scoti, *de medicina magnetica* L. III. Opus eodem cum titulo edidit Francus Franeſ. 1679. 12. *. Germanice *magnetiſche Arzneykunſt* Franeſ. (Nurnberg alii) 1687. 12. Tr. Inter excrementa & corpora, ex quibus

excreta

excreta ſunt, eſſe quamdam communicationem ſpirituum & radiorum: hinc ſi exulcerantia fæcibus alvi adſperſeris, podicem inde dolere. Nunc etiam in ſanguine & in partibus de humano corpore abſciſſis pariter ſpiritus vagari, & cum corpore commercium alere de quo exierunt. Ita fieri ut excrementis, a ſanguineis partibus corporis ſeparatis, adplicata medicamenta corpori ipſi medeantur. Purgationem tutam obtineri obuncto ventriculo aloe, myrrha, felle taurino, in unguentum temperatis. Tithymalum Hybernicum Madzembug ſecum geſtatum alvum ducere. Mercurium cæleſtem ex præcipitato albo & oleo vitrioli paratum optime in morbis melancholicis purgare. Sic alia laudat ex antimonio, mercurio. Contra phlebotomen. Roborantia ex chelis cancri, margaritis, lapide bezoar &c. Tinctura ſua coralliorum & auri. Curatio quæ fit telis repetito ſanguine obunctis & medicatis. Tranſplantatio morbi, etiam virium, ut homo equi vires adtingere poſſit. Tranſplantatio morbi in animal. Magnes ex ſanguine calcinato. Ex fæcibus collectis & cum urina, ſudore tritis, ſiccatis, & cum ſanguine, qui magnes totius corporis compendium ſit. Hunc magnetem adplicat ad partes dolentes, ut ſudent, tunc continuo tranſplantat inſinuatione. Peculiares effectus magnetiſmi fæcum, urinæ, ſudoris, crinium, unguium, muci, ſanguinis, puris, menſtrui. De capitis dolore, cum de magnete bene impraegnato in tamarindi arborem per terebram inſerto.

§. DCCCXL. Varii.

Hermanni Nicolai Grimm chirurgi, *compendium medico chymicum Bataviæ novæ* 1679. 8. Aug. Vind. 1684. 8. Tr. accedit medendi methodus.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 149. Quatuor lapides medicati Luſitanis in India familiares, quos noſter laudat ob vim febrifugam alioſque ſalutares effectus.

Obſ. 174. Beleling concrementum gelatinoſum ex planta marina exemtum, ad ſolem ſiccatum, ad morbos dolorificos pro panacea habitum. Ad ignem ejuſmodi elementa fundit, quæ animalia dare ſolent.

Obſ. 176. Cortex peruvianus adverſus pleuritidem efficax.

Ann. III. *obſ.* 138. Arteria pulmonis cœca ejus parvi rami in pulmone oſſei.

Ann. IV. *obſ.* 58. Lues venerea cum ulceribus faciei ſanata, ulceribus elutis aqua phagedænica cum ſublimato hydrargyro parata, deinde lignorum decocto propinato, denique præcipitati rubri uſu interno.

J. Schifman *corpus juris medicinale in III. libros diviſum quo medicus naturæ accuſatitricis & morbi judex pro poſitas lites ſecundum neotericorum fundamenta divinare ſcivit* Venet. 1679. 4. Hebenstr.

Dominici *de* Marinis *diſſ. philoſophico medica de re monſtroſa a Capucino Piſano per urinas excreta* Rom. 1679. 12. grumus ſanguinis pro ſerpente habitus.

Petrus Rosa *ſtibium propugnatum ſcheda apologetica* Palermo 1649. 12. Mongit.

Petri Lalemantii *memoria per amicos encomiis celebrata* Pariſ. 1679. 4.

J. Paul. Wurfbain *epiſtola ad amicum anonymum qua* J. H. Cardilucii *idiomate Germanico nuper demum editus tractatus de peſte ad examen revocatur* Nurnb. 1679. 12. Tr.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 112. In phthiſica pus rejiciente, ſpontanea, critica & ſalutaris ſalivatio.

Ann. III. *obſ.* 183. Ex ſteatomate oſſiculum ramoſum in ſebo latens;

Et *obſ.* 184. A Zingiberis uſu magni dolores & abſceſſus, de quo aperto calculus trium unciarum pondere prodiit, quem noſter ad ſuum Zingiber refert, & qui videtur de bilario genere eſſe.

Ann. V. *obſ.* 157. Pedes hydropici nigrore ſaturato tincti, neque inde gangræna aut mali quidquam, funeſto tamen poſt centum fere dies eventu. Ejuſmodi per ducentos dies toleratum nigrorem abſque hydrope vidi, & cortice peruviano continui.

Ann. VI. *obſ.* 236. Vena mediana ſponte aperta aliquot uncias ſanguinis dimittens.

Ann. VII. *obſ.* 252. In puero trimulo maximus tumor abdominis, ex ſebi adipiſve ſeboſi cuti adhærentis enormi copia congeſta.

Analyſis operis de *terra ſigillata* in *app.* ad a. VIII. *Dec.* II.

Ann. IX. *obſ.* 227. puer bimulus incipit balbutire, caput mire intumeſcit, collum incurvatur: erat hydrocephalus; ſub meningibus multa lympha & in ventriculis cerebri.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 227. in ſcorbutico larga narium hæmorrhagia repetita ut conjuncta pondera amiſſi ſanguinis eſſent ℔ 22 unc. 8.

Ann. III. *obſ.* 193. Virginis ſanguis de manuum pedumque digitis exſudavit, etſi menſes fluebant. Per minutiſſima foramina auctor ſanguinem vidit exſtillare. Venæ ſectione ſanguinis error coercitus eſt.

Ann. IV. *obſ.* 131. a contuſo utcunque inteſtino, ut putat, lacteus abſceſſus ſubnatus, ut ſingulis fere annis pus funderet, inde lympham fuſcam, & denique tamen totum malum ſanaretur.

Ann. IX. XI. Reſponſio, placentulas in quibus hydrargyrus tune non eſſe venenum.

Memoria

Memoria Wurſbainiana ſcripta ab J. R. G. WILLER.

BARTHOLOMÆUS PIELAT *Inſulæ Ceyloniæ theſaurus medicus vel laboratorium chemicum* a B. P. latinitate donatum prodiit Amſterdam 1679. 12. *. Ex vi vocum putares, PIELATO verſionem deberi, auctorem opuſculi ignorari. Is quicunque ſit, in Ceylonia vixit; laboratorium exſtruxit chemicum, & nobiliſſimæ inſulæ odoratas ſtirpes igne reſolvit, ut partim Europæis medicamentis indica ſubſtitueret, partim nova & efficaciſſima auxilia armamentario medico adderet. Medicamenta ex tribus regnis ſumit, Batyrum cinnamomi nominat ſummum medicamentum, cujus vero ſcriptionem Societas indica ſibi ſervat. Diaſcordio extractum radicis Cinnamomi ſubſtituit, Cocci lac emulſioni amygdalinæ. Simplicia etiam medicamenta eo tempore, tum & noſtro, parum nota cum compoſitis recenſet, quæ ex ſimplicibus Ceylanicis præparantur. Neque nulla mineralia habet & ex propria terra acidum ſpiritum parat, in febribus malignis utilem quem ſuſpiceris ad vitriolicum acorem pertinere; alium ſpiritum ex minera martiali ſulfurea.

J. CONRAD AXT *de arboribus coniferis & pice conficienda* Jen. 1679. 12. *. Adjecta eſt *epiſtola de antimonio.* Purgat ſe contra eos, qui antimonio dato AXTIUM ægris nocuiſſe criminabantur, & innoxium eſſe defendit. In hujus libelli nonnullis exemplis celebris illa AXTII de GUIDONE PATINO calumnia contenta in meis duobus exemplis non reperitur. Ex odio antimonii id venenum proprio filio exoſo patri propinaſſe.

EJ. *abortus in morbis acutis lethalis, & ob einem Medico zugelaſſen ſey bey einer ſchwangern Frau, die an einer ſchweren Krankheit darnider lieget, die Frucht abzutreiben* Jen. 1681. 12.

J. GEORGII WALTHER *Sylva medica opulentiſſima* Budiſſ. 1679. 4 *. Lexicon eſt medicum reale. Ad quemque titulum mali, loci alphabetico ordine noti ſcriptorum, qui ad eum morbum conſilia dederunt, aliqua ut utiliter notarunt, ipſæ etiam ſcriptiones. Utile hactenus inſtitutum; ſed eo ævo nondum ſatis ſe difficiles præbebant, qui alienas adnotationes colligebant. Bibliothecæ catalogum ſubjicit, medici uſus.

Curioſa medica pro tuenda valetudine inter alloquentes enodata Hamburg 1679. 8. LIND.

GEORG FERD. PERNAUER *panacea mirabilis, corrigendi potiſſimum vitioſi ſanguinis ſ. quinteſſentia* Ratisbonæ 1679. 4. L.

BERNHARD ROTENDORF *Conſilium de peſte, dyſenteria, & febre maligna* Oſnabrug 1679. 8.

Germanice *Gutachten von der epidemiſchen Hauptkrankheit rohten Ruhr u. Peſt* Oſnabrug 1679. 8. Cölln 1691. 8.

§. DCCCXLI. Nuperæ Linguæ.

J. Christ. Rehmen *Unterricht wie man ſich in den gefährlichen Läuften præſerviren ſoll* Auſpach 1679. 12. A. Thom.

Christophori Voelter *neu erôfnete Hebammenſchul* Stuttgard 1679. 8. 1722. 8. *. Aliqua intermiſta de morbis internis.

Des Rahts der Stadt Regenſpurg Mandat wegen der in Ungarn, auch ober und nieder Oeſterreich, graſſirenden Peſt Regenſp. 1679. 4.

Nürnberg, Regenſpurg u. Ulmiſches Bedenken von der Peſt Francof. 1680. 8.

Ordnung wie es bey den anderwärts Landen ſehr eingeriſſenen anſtekenden Krankheiten zu halten durch die verordneten medicinæ doctores ib. 1679. 4. Willer, & *kurzer Bericht wie man ſich &c.* idem titulus.

Anderweit vermehrtes Geſetz u. Ordnung des Rahts zu Nürnberg dem collegio medico, Apotekern u. andern Angehörigen 1679. 12. Willer.

Unterſchiedliche heilſame Mittel ſo zu der Zeit der Infection nützlich mögen gebraucht werden Wien 1679. Salzburg 1679. 12. *. Curatio bubonum, carbonum.

Gottfrid Queitsch *neu vollſtändige Arzneykunſt* Stutgrad 1679. 8.

Primam editionem ignoro *miſcellaneorum* Guilielmi Temple, ſummi viri, neque legi niſi editionem gallicam. In ea libellus eſt de moxa. Cum viri magnis negotiis præpoſiti ſubindealieno tempore a podagra interrumpantur, ſuaſit noſter ut moxæ uſu ſe ad aliquot certe dies importuno dolore liberent; & ipſe expertus eſt, inuſtionem mediocri cum dolore & bono eventu ſpei reſpondere. Tit. eſt *eſſay on the cure of gouth by moxa.*

Idem ſcripſit quem libellum non vidi, *de ſanitate & longævitate* in quo l. video laudari rubum, crocum, hederam terreſtrem, allium, ſambucum, ſalviam.

The gentleman's jocken and improv'd farrier inſtructions in the natures, cauſes and cures of all diſeaſes incident to horſes Lond. 1679. 12. Hansen.

La Brosse *l'abus des urines, ou les erreurs du peuple concernant la médecine* Valenciennes 1679. 12.

S. Hilaire *remède des maladies* Paris 1702. 8. 3e. edition.

Ej. *anatomie du corps humain avec ſes maladies* Paris 1679. 8. 2 vol. 1684. 8. *. 1688. 8. 1725. 8. 2 vol. cum pathologia & praxi Williſiana.

Ej. *obſervations de médecine contenant la guériſon de pluſieurs maladies conſiderables avec la manière de bien préparer & d'adminiſtrer les remèdes* Paris 1699. 12.

Quæſtions

Queſtions de médecine propoſées par Mrs. CASTILLON *&* FOUQUE, *à M.* COLOMB *ſur ſon aggregation au college des médecins de Marſeille* Marſeille 1679. De Quinquina & contra uſum coffeæ.

PETRI PAULI PETRÆI *Muſæum Travagianum, ſ. hermeticum, medicamentorum quæ in* FR. TRAVAGINI *muſeo elaborata reperiuntur, elenchus* Venet. 1679. 12.

ANTONII MARTELLI *riſolutione medicinale che il corno dell licorno ſia contro veleni e della ſua qualità occulta e manifeſta* Firenz. 1679. 12.

DIEGO BLANCO SALGADO *tratado de la epidemia peſtilente que padece la ciudad de Malaga a.* 1678. *y* 1679. Malag. 1679. 4. H

ANTON. FILIPPI CIUCCII *promtuarium medico chirurgicum* P. I. II. Macerat. 1679. 8. 1680. 8. RICHTER.

EJ. *filo d'Arianna overo fideliſſima ſcorta all eſſerconti de chirurgia* Macerat. 1682. 12. apud SANCASSANUM.

§. DCCCXLII. DISPUTATIONES.

JODOCUS CRULLUS *de medicamento veterum univerſali* Leid. 1679. 4. MOELER.

ALEXAND. STOKARUS *æger laborans ictero flavo* ib. 1679. 4. *.

GEORG. ADR. SCHUMANN *de podagra* ib. 1679. 4. *.

GEORG FOSTER *de epilepſia* ib. 1679. 4. *.

FRID. SCHRODER *de venenis & antidotis* ib. 1679. 4. *.

CHA. WANDELUNE *de arthritide* ib. 1679. 4.

MICH. LINEMANN *quædam medica propoſitiones* ib. 1679. 4.

M. ZIERVOGEL *de ſcorbuto* ib. 1679. 4.]

PETRI VALLAN *de cholera* Utrecht 1679. 4. PL.

J. GEORG GRÆVIUS *oratio in funere* H. REGII Utrecht 1679. 4. PL.

GUALTH. *van* BEEST *de apoplexia* Utrecht 1679. 4.

M. CLEEMAN *hiſtoria ægri febre petechiali laborante* . . 1679. 4.

J. CHRIST. RUROCK *de hæmorrhoidibus* Regiomont 1679. 4. PL.

JAC. WOLDENBERG medicus caſtrenſis, *de podagra* præſ. O. BORRICH. Hafn. 1679.

CLEMENS JOSEPH BAHCHT *de conjugio mortis, & corporis exercitationes* ad HIPP. aphor. 6. ſect. II. 1679. 4.

EJ.

Ej. *de cura corporis per mortem* ad aphor. 6. ſect. II. Argent. 1679. 4.

J. Eisenhart *de die critico vulnerum cum repercuſſione lethalium* Helmſtatt 1679. 4.

Christoph Wegleiter *oratio de palmariis ſeculi noſtri inventis, cum brevibus ad ſingula notis* Altdorf 1679. 4.

J. Cornel Blechschmidt *de affectibus humanis in genere* Lipſ. 1679. 4. Hef.

J. Christoph Falkner *de eo quod juſtum & injuſtum eſt circa læſionem pudicitiæ* Jen. 1679. 4.

J. Andr. Schlegel *de venenis, morbis venenatis, eorumque curatione & alexipharmacis* Erford. 1679. 4. Animalia mordentia, pungentia. Lehman.

Ej. *ſcriptum apologetico politicum de podagra* 8. Boecl.

Ej. *von natürlichen, unnatürlichen u. widernatürlichen Dingen in Vergleichung der groſſen Welt mit der kleinen* Nürnberg. 1686. 4.

Casp. Cramer *Archæus faber febrium intermittentium* Erford 1679. 4.

Ej. *de inundatione microcoſmi* ib. 1682. 4. Collegium dictum eſt cum J. Vesti.

Andr. Buxbaum præſide J. Bohn *de variolis hactenus in patria graſſantibus* Lipſ. 1679. 4. *. Morbum averti poſſe mercurialibus & antimonialibus.

Phil. Rohr *de maſticatione mortuorum* Lipſ. 1679. 4.

Martin Joh. Haesbaert *de hydrope* Marburg 1679. 4. *.

Jani Beck *æger aſthmate ſcorbutico laborans* Gieſſ. 1679. 4. *. In urina materies ſabuloſa erat.

Fridr. Chr. Winkler *de eryſipelate* Heidelb. 1679. 4. *.

Ej. *de febre maligna duplici* ib. 1679. 4. *.

Ej. *de hydatidibus* ib. 1681. 4.

Ej. *de plica* ib. 1682. 4. *.

Ej. *de ſiriaſi* ib. 1684. 4. *.

Daniel Battier περι της μυδριασεως Baſil. 1679. 4. Menz.

J. Jac. Harder *de aſthmate* Baſil. 1679. 4. Hef.

Melchior Hurter *de empyemate* Argent. 1679. 4. *. Exempla phthiſeos &

& ulceris pulmonalis a rebus alienis in aſperam arteriam illapſis eventu funeſto; alius ea arteria clavo rejecto ſervatus eſt. In empyico ulcus ſub ſcapula ſalubriter erupit.

Franc. Gouel & Philipp Tourbier *E. minus ſalubris μονοσιτια* Pariſ. 1679.

Lud. Labbe' & Phil. Tourbier *E. oculorum doloribus narcotica* ib. 1679.

§. DCCCXLIII. Diaria ad a. 1679.

Volumen V. & ultimum *Actorum Hafnienſium* ſpectat ad annos 1677, 1678 & 1679.

Paulus Brand medicus caſtrenſis, cujus diſputatio inauguralis *de dyſenteria exercitum Danicum vaſtante.*

Obſ. 31. In ſcybalis multum erat lumbricorum: quos hoſtes abſinthio utiliter impugnavit.

Simon Warmbold *obſ.* 33. In aſcitica femina non facilis intellectu obſervatio. In meſenterio, ſpermatis ranarum ſimili materia repletæ veſiculæ, & capillamenta. Pulmo alter purulentus, induratus.

Erasmus Bartholinus, Thomæ Frater, Mathematicus.

In *Act. Hafn. Vol.* V. *obſ.* 112. Febris quartana a. 1679. Hafniæ epidemice ſæviit; eam ipſe paſſus cortice chinæ chinæ ſe reſtituit unica drachma ante paroxyſmum ſumta. Multi alii exemplum ſecuti, eundem eventum experti ſunt.

Obſ. 113. Aerem Havnienſem ſalubrem eſſe.

In Nicolai de Blegny *nouvelles découvertes ſur toutes les parties de la médecine* Paris 1679. 12. quæ primus tomus eſt, *zodiaci medico gallici.*

Guillaume Supercasaux junior de fetu eodem, quem Bayleus deſcripſit, 25 annis in utero materno retento.

Tamponnet chirurgus uterum ruptum vidit.

De S. Romain medicus. Qui cultrum devoravit, & per abſceſſum hypochondrii dextri reddidit, poſt eum cultrum ferramenta devoravit ingentia & bufonem vivum; hunc magno cum dolore, quem percuſſo ſtomacho revomuit.

Idem vertit libellum Abercrombyi, quem dicemus, titulum fecit, *methode aſſurée & efficace pour guérir la maladie vénérienne ſans ſalivation mercurielle* Paris 1690. 12. Falc.

MAUCHE chirurgus, de verme ex vena inciſa educto. In veſicula fellea poſt icterum calculus pellucidus. In ſcrophuloſa tuſſiculoſa femina pulmo ſiniſter conſumtus: ejus locum tenebat gypſæi quid membrana tectum.

Febris abſtinentia triduana ſuperata.

L'ANDOUILLETTE expoſitio mechanica febrium.

DAVY chirurgus. Ex abſceſſu inguinis ſiniſtri calculi fere ſexaginta triangures. Femina cui ſcirrhus in regione umbilicali, qui diaphragma ſurſum repulerat, viſcera de ſuo ſitu dimoverat.

J. FR. *le* CONTE medicus. Melancholicus, laborans anaſarca & febre lenta, vermibus idem vexatus, cum per errorem aquæ phagedænicæ mercurialis dilutæ uncias tres ſumſiſſet, mota diarrhœa, febre & reliquis ſuis incommodis liberatus eſt.

Ann. 1680. in femina gravida ſanguis ſecundo menſe fluere cepit, neque deſiit manare, quoad fetum eniteretur. Deinde de hepatis abſceſſu aperto cum ſanguine puris copia egeſta. In quatuor aliis graviditatibus eadem hæmorrhagia ſecundo menſe rediit.

EJ. *opuſcula medica varia ſelectioris argumenti* Lipſ. 1690. 8.

COUTURIER medicus, de veneficio & ablata, ut putabatur, coëundi poteſtate.

Vertigo exſcreatu phlegmatis acris curata, ſalivatione ſpontanea diuturna.

DE LA MORANDIERE de hominibus qui ſubito perierunt, cum derelictum puteum purgare vellent. In aqua putei nil erat vitioſi.

Hic tomus Germanice redditus Hamburgi prodiit 1681. 8. *. cum titulo *monatliche neueröfnete Anmerkungen über alle Theile der Arzneykunſt*; & latine *zodiaci medico gallici* titulo Genevæ.

In *Journal des Savans* 1679.

BROCARDI Bellovacenſis experimenta diſſolvendi calculi Pariſiis facta. Cum aquæ aliqua copia calefactus calculus integre diſſolutus eſt. Liquor lithitripticus non acris eſt ut quidem nitri ſpiritus. Infuſum oleum tartari in eo fervorem excitat & ſedimentum præcipitatur, liquor autem ſanguineum induit colorem. Ipſe BROCARD 70 guttas deglutivit.

Philoſophicæ quidem *tranſactiones* annis 1679, 1680, 1681, 1682 nullæ prodierunt, nummorum, ut videtur, defectu impeditæ.

Id intervallum hactenus ſupplevit ROBERTUS HOOKE, qui Societati erat ab experimentis.

Edidit

Edidit a. 1679. 4. *Philoſophical collections*, ejuſdem fere ſcopi opus. In N°. 1. J. Beaumont de vapore inflammabili cuniculorum ſubterraneorum. Periculum inflammationis maximum eſſe hieme; aere puro & vigente tantum erat periculum, ut minimis candelis neceſſe fuerit uti.

N. id. Idem de morbis a fumis plumbeis, etiam in aere patulo ſuper fodinas uſtulati plumbi natis.

Anonymus de cadavere undique capillis efflore ſcente.

N. 3. R. H. conſilia aliqua pro myopibus.

Laweriæ hiſtoria.

§. DCCCXLIV. Rosinus Lentilius.

Clinicus, aliquandiu in Curonia medicinam fecit, inde in Germania, demum Stutgardiæ ſedem fixit, ibique inmenſa in praxi conſenuit, felix clinicus, materiæ medicæ germanicæ apprime gnarus, & nuperorum auctorum lectione inſtructus, non perinde veterum, nimius in abſorbentibus, vomitoriis & diaphoreticis, laudator cinnabaris, in venæ ſectione parcus, cætera ſatis credulus.

Ej. *de febre tertiana intermittente epidemica præterito vere ſeptentrionem ſubque eo Curlandiam infeſtante* diſp. inaug. Altdorf. 1680. 12. morbi dat hiſtoriam.

Ej. eſt in *Act. Hafn. Vol.* V. *obſ.* 124. medicamentum ex adipe leporino ad oculorum pannos.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 151 aliquid molæ ſimile de utero egeſtum, poſt fetum propendens, reſectum; caro erat ſpongioſa, nihil habens ſingulare, neque cauſa repentini lethi adparuit.

Obſ. 152. A puello globuli butyracei cum alvo magnis cum torminibus egeſti. In univerſum infantibus clyſteres perutiles eſſe.

Obſ. 159. Cui nullus de inciſa vena ſanguis effluit, niſi corpore vehementer exercitatio, tunc vero violento flumine, ut vix poſſet contineri.

Ann. III. *obſ.* 40. Cephalalgia periodica aliique morbi, etiam mutitas quotidiana unius horæ.

Obſ. 46. Arſenicum ad grana tria, quatuor, adverſus quartanam propinatum, fecit anxietatem, & profuſum ſudorem, ſic morbum ſuſtulit.

Obſ. 65. Extracto eſulæ ſuperatus deſperatus hydrops.

Obſ. 199. Poſt tuſſim tabidus, inciſus; ventriculus peranguſtus, pulmones pleuræ adhærentes, ſcirrhoſi, arenulis & lapillis repleti, abſque pure.

Ann. IV. *obſ.* 157. De febre maligna ſingultuoſa, ſuppreſſo ſingultu funeſta. Alia ad ſingultum in febribus.

Obſ. 159. Tres pueri ab ingurgitato pane calido enecti.

Ann. VI. *obſ.* 201. Cum virgo unguibus faciem violaſſet, inde ulcus malignum natum, quod cum curatum eſſet, alia mala ſucceſſerunt, & ipſa epilepſia.

Obſ. 202. A pilulis de cynogloſſo alvus mota.

Ej. *anni app.* Alterno uſu nivis & balneorum febrem in Curlandia curari.

Ann. VII. *obſ.* 133. Aſthma abſque ullo ſputo cum magna anxietate & deliquiis. Data hyſterica, amara & Valeriana.

Obſ. 134. Puer ſubito obmuteſcit, cibo abſtinet, ſymptomata pro magicis habita, patitur, demum ſanari potuit.

Obſ. 135. In puello miræ contorſiones & chorea S. Viti.

Obſ. 136. Calculi per tuſſim, vomitum & alvum redditi.

Obſ. 137. Cui ventriculus, & bona pars inteſtinorum in putrilaginem contabuerant, ſic veſica.

Obſ. 138. In viro pervicax alvi conſtipatio, ſphincter pene coaluerat, rectum inteſtinum putreſcebat, inteſtina ſphacelata erant.

Append. ann. VII. *Dec.* II. De venæ ſectione moderate ſentit, ut tamen nimiæ noxas aperiat.

De urina ſanorum ſimili in febre petechiali.

Ann. VIII. *obſ.* 225. Paralyſis & oblivio ex philtro (quid id philtrum fuerit, ignoratur).

Obſ. 226. Hæmorrhagia narium pervicax, quam intumeſcentia & deformatio forte cancroſa naſi ſecuta eſt.

Ann. IX. *obſ.* 124. Hæmorrhoides in puero novenni.

Obſ. 177. De decubitu in ſtramine madido.

Obſ. 178. Convulſiones, pili vomitu redditi.

Obſ. 179. A febre tertiana aphonia ſublata, ea ſuperveniente recrudeſcens.

Obſ. 181. Frequentes a. 1689. febres eryſipelaceæ malignæ.

Obſ. 182. In febre maligna, vehementiſſima perfrigeratio, deinde venæ ſectio, felix utraque.

Obſ.

Obſ. 184. Educto nucleo ceraſi, qui multis annis in aure hæſerat, auditus reſtitutus.

Ann. X. *obſ.* 187. Ob cardialgiam cum ardore præcordiorum ſero lactis uſa, ſanata eſt, tamen ut paronychia ſuccederet.

Ad hunc annum in *appendice* addit parallelas ſuas adnotationes. Sic paſſim alibi.

Ad *ann.* I. *Decuriæ* III. Parallelismi obſervationum, ſimileſque aut caſus, aut curationes. Fonticulos undique rejicit. Pulſus cordis in altero latere perceptus.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 117. Contra urinæ potæ vim medicatam.

Ad *annum* III. Parallelismus obſervationum V. In hydropico pectore cor enorme. Certo profuiſſe valerianæ radicem in epilepſia: etiam adultorum hominum. Aquam mercurialem in gutta roſacea utilem viſam. Poſt dyſenteriam dolor ſævus ſiniſtri abdominis, cum angore & deliquiis, mortis demum imminentis ſignis: quæ levabantur membranulis de alvo decedentibus; tamen ut idem ſubinde nocte recrudeſceret. In podagra frigidiſſimo cataplaſmate impoſito malum ad ſextem menſem perductum. Picæ variæ exempla. In ulcere veſicæ opii, hyoſcyami cum gummatibus uſu levamen, nulla cum alvi conſtipatione: dabantur in doſi opii grana quatuor.

Ann. IV. *obſ.* 23. In homine verminoſo conſtitit, vermes marrubium & rutam fugere, & calorem confricti dorſi: dulcibus delectari. Solebat vermis in ventriculo habitans, quaſi exitum per os moliri, verum idem parte itineris abſoluta refugiebat a tentamine: Demum per vomitum prodierunt aſelli 162 duæ forſiculæ, juli quatuor, lacertæ, teredo, ſcarabæus, eruca, lumbrici &c. Niſi fabula ſubeſt.

Ad *ann.* 5, 6, in *app.* Obſervationes iis parallelæ, quæ in ipſo opere occurrebant numeroſæ, ut omnes perſequi non liceat. Ecce aliquas.

Calculus ſalivalis exemtus multi doloris finem fecit.

Zona eryſipelacea. In principe ut videtur a mercurio dulci cardiogmus, ardor faucium, convulſio; vomitu lacte, butyro, oleo moto, tunc antidotis ſuperata mala.

Lycopodii pulvis in iſchuria puerili ſalutaris.

Calculus in cane in Aetitis modum alium calculum continens.

EJ. *Bedenken über die im Frühling u. Herbſtzeiten unzeitig angeſtellte præſervir Aderläſſe* Ulm 1692. 8. Reprobat venæ ſectiones circa æquinoctia in Germania vulgo receptas.

Ej. *τεχνημα πρακικον tabula conſultatoria medica exhibens quæſtiones per quarum reſponſiones in morbi genium penetrare indicantium & contraindicantium momenta invenire & in medendi methodo tutius procedere liceat* Ulm 1696. 8. Tr.

Ej. *miſcellanea medico practica tripartita* Ulm 1698. 4. *. Magna varietas. Primum de ſocietate medicorum conſtituenda, conſilia noſtri, quæ nullum exitum habuerunt. Tunc morborum hiſtoriæ cum curatione & formulis (miſtæ variis ſpeculationibus philoſophicis & phyſiologicis) ut tamen paulum credulus ſit, tum Lentilii tum amicorum. Metaſtaſes: oculorum inflammatio repulſa, cui ſucceſſit brachii tumor eryſipelatodes: etiam ab iſta ſede depulſus morbus ad alterum brachium tranſiit; inde rurſum in prioris brachii manum, cum aquoſo indolente tumore. Sic a ſcabie repulſa epilepſia. Abſorbentibus indulget. Phthiſis (tuſſis potius ſicca cum anhelitu) mollientibus ſanata. Hydropem cerebri aliis ex ſignis quam Whyttius ſuſpicatur, ex vertigine, temulentia, facie ſubtumida. Valde varia adverſus hoc malum auxilia dedit, etiam narcotica & hyoſcyami albi ſemen, & viciſſim in errhino elaterium, & æger convaluit, naturam enim ſequebatur. Hiſtoria vermium & inſectorum numeroſiſſimorum, quæ de ano deceſſerunt & de ore. Inter ea erant forficulæ, oniſci, ſcolopendræ, lacertæ, ranæ, bufones, ſerpens. Verum relatio creduli eſt hominis, eadem quam modo diximus. Tinea ex metaſtaſi, facile ſanata medicamento purgante, unguento ad ſcabiem & oleo tartari. Febris epidemica maligna anni 1689. Noſter terrea dedit, phœnigmos, bezoardica, theriacam. Ventriculi debilitas, flatus, alvus conſtipata, dolor in cordis ſede. Ingens culter, quem ait per nares exiiſſe. Curationes Henrici Scretæ, Henrici Hilleri, aliorum demum numeroſæ ſcriptiones, omnis generis collectæ, quæ pleræque celebri alicui medico familiares fuerunt. Pharmacopœa portatilis & conſilia ad morbos obvios pro comite Seger. Hiſtoriæ medicæ S. XV. J. Ant. *v. der* Linden. Salomonis Braunii adnotationes.

Ej. *de hydrophobiæ cauſa & cura epiſt.* Ulm 1700. 8. *. Suſpicio morſus, hydrophobia certe funeſta. Inciſio in ventriculo gangrænam oſtendit. Commentatur Lentilius in cauſam mali, quam ſali acido tribuit, corpus univerſum ſiccanti.

Ej. *programma invitatorium quo ſchematiſmus eterodromi medico practici exhibetur* Stuttgard 1689. 8.

Ej. *eteodromus medico practicus* anni 1709. ib. 1711. 4. *. Immenſum numerum ægrorum curandum habuit, ad 1200, eorum morbos mechanice conjicit, quod lectori minus commodum eſt, cum ejuſdem morbi hiſtoria in multa capita disjecta ſit. Pro ægrotis nomina finxit. Intercedunt ſubinde memorabiles adnotationes. Homo cui ſonus neſcio quis in pectore percipiebatur, & qui bufonem ſibi in corpore ſidere perſuaſus erat, demum inciſus, ventriculum cordis ſiniſtrum pure pleniſſimum habuit; cor ipſum peramplum: cauſa mali in contuſione fuerat. Femina, cui totis ſedecim annis inferiores artus motui voluntario negaverunt

verunt ſubjici, excrementa præter voluntatem decedebant. In aſthmatico pulmones undique grandinibus adſperſi: Vitium deglutitionis periculi plenum, ut vix liquida deſcenderent abſque magno incommodo, Stutgardiæ vulgo cognitum. Dyſenteria epidemica, neque optimi moris: adſtringentia dabat, terras, opium, non tamen ſtatim in principio morbi, quod conſtipat. Puella dormiens inſcia compreſſa, impraegnata. Morbus a lolio temulento natus, vertigo, oculorum obſcuratio, delirium, appetitus proſtratus, frigus extremorum. Analyſis ejus lolii; aqua acidiſſima, corroſiva, ſal volatile acerrimum, odore fere opii. Heliotropii coctum ſuccum in ruborem vertebat ſpiritus acidus. Piſcium morbi & phthiriaſis. Multa de medicaſtris querela.

Ej. *iatromnemata theoretico practica bipartita, quibus obſervationes, reſponſa, conſilia, caſus, epiſtolæ, diſquiſitiones, medicationes, ſelectiora omnia continentur* Stuttgard 1712. 8. *. Diſſertationes intercedunt aliquæ de hydrophobia, de phyſicis, quos vellet curam ſuam in ſanos etiam cives extendere. Methodus practica ſ. de junioris medici vivendi ratione: pro ſapientiæ neceſſitate & pietatis. Multæ formulæ elegantiores, ut emendationes formularum Mynsichti. Præcipuus tamen libri ſcopus eſt, morborum hiſtorias referre, a ſe ipſo curatorum, aut ab amicis. In dyſenteria purgantium uſum non probat; ſed nec in acutorum initiis, in quibus ipſa natura alvum claudat. Phthiſicis opium nonnunquam ſcreationem ſufflaminat. In febribus malignis cum pleno virium lapſu vinum laudat. In pleuritide emulſionem dat cum pulvere rheumatico & linimento; & venæ ſectionem omittit, quam tamen in univerſum fatetur neceſſariam eſſe. Cardialgia inveterata ſanata cydoniata gelatina, pulvere atrometico. Scorbuticorum, quod mireris, frequens mentio. In puella poſt ſcabiem, ſucceſſa pilorum de univerſo corpore eruptio. Podagrico ex facie calx effloruit, ut deterſa rediret. Tertiana cum lateris dolore punctorio conjuncta. A ſecundis retentis gangræna, mors. Ulcus auris poſt morbillos (frequens nuper in hac urbe malum potiſſimum poſt febrem ſcarlatinam).

Ej. *conſultatio medica de quæſtionibus ægrotis proponendis* Nordling. 1718. 8.

Ej. *Leichenpredigt und Gedichte* Stuttgard 1733. fol. Tr. Vita viri etiam reperitur in *Act. Erudit. Supl.* T. X. p. 522.

§. DCCCXLV.

Michael Bernhardus Valentinus.

Profeſſor Gieſſenſis, polygraphus, materiæ medicæ addictior, collector, numeroſa & voluminoſa opera edidit.

Ej. ſunt *Diſſertationes academicæ*.

Ej.

Ej. *de convulſionibus* Gieſſ. 1680. 4. *, recuſ. in *Noſocomio Academico.*

Lego Ej. eſt SCHAWARZWELDI *Opiſtotoni præſervationem univerſalem* 1681. 8. Vindicatio primi opuſculi.

Ej. *hiſtoria moxæ cum meditatione de podagra* Leid. 1686. 12.

Ej. *de Ipecacuanha* 1698. 4. *.

Ej. *de lapide porcino* 1699. 4. *.

Ej. *de filtro lapide* 1702. 4. *.

Ej. *praxis medicæ infallibilis Diſſ.* 1. *de morbis contagioſis* ib. 1704. 4.

Ej. *relatio de magneſia alba novo genuino & polychreſto & innoxio pharmaco purgante Roma nuper advento ad* G.G. LOBNIZ Gieſſ. 1705. 8. MON.

Ej. *de novellarum publicarum uſu & abuſu in rebus phyſico medicis* ib. 1607. 4. *.

Ej. *animadverſiones in Machiavellum medicum de ratione ſtatus medicorum* Frf. 1711. 7.

Ej. *de confectione alkermes* 1725. 4. HE.

Ej. *de vacillatione caſu & reparatione dentium* ib. 1727. 4. *.

Sunt etiam in ejuſdem bene multæ.

Hiſtoriæ literariæ medicæ ſpecimina VIII. in *App.* E. N. C. *Dec. II. Ann.* III. nempe recenſiones operum Academicis editorum. Continuatio VIII reperitur in *Dec.* III *ann.* VII. VIII. & continuatum cum *Armamentario naturæ ſyſtematico* Gieſſ. 1709. 4.

Sunt porro libri non pauci, omnes quidem collectitii; plerique botanici, ad materiam medicam tendentes, aut ad forenſem medicinam.

Ej. *medicina novantiqua* Francf. 1698. 4. *. Compendium artis ad textus Hippocraticos græco latinos, amplis commentariis illuſtratos. Pathologia; morborum cenſus a capite ad calcem. Semeiotica, therapeutica, diætetica, materies cibaria; cum ſingulis judiciis & medicatæ indolis & virium. Pharmaceutica cum materie medica & aliqua medicamenta ſimplicia per claſſes diſpoſita cum compoſitis.

Ej. *polychreſta exotica in curandis adfectibus contumaciſſimis probatiſſima* Francf. Mœn. 1700 4. *. *Acc. Diſſ. epiſtolicæ varii argumenti.* Diſſertationes ſunt ſeptem, Ad materiam medicam pertinet diſputatio *de faba S. Ignatii*, amara febrium, ut putabatur, antidoto, ſed obſoleta. 2, *De Ipecacuanha* nova tunc

tunc medicamento ab Helvetio priori in Galliam introducto, pro ſummo in dyſenteria remedio habito. 3, *De lapide porcino*, *ſ. pedra del porco*, qui ex hyſtricis veſicula fellea ſumitur, & etiam nunc in Belgio inter ſumma medicamenta vulgo cenſetur, ad incitandas in maxima debilitate naturæ vires. 4, *De China Chinæ*, nondum in Germania valde recepto remedio, quo tamen noſter jam tunc in curanda quartana uſus fuerat. Interponit Helvetii patris celebrioris apud Gallos Reginæ medici modum corticis in clyſtere ſubdendi. 5, *Clyſter tabacinus*, cum inſtrumento, in ſolvenda ſtrictiſſima alvo, eo aevo receptus, nunc ad ægros pene exanimes ad vitam revocandos vulgo repetitus. 6, *De methodo Gallorum ſalivatoria*; panacea nempe quæ fit ex mercurio ex cinnabari reſtituto, tunc cum tribus acidis ſpiritibus chemicis ſublimato, iterumque cum antimonii regulo reſuſcitato, inde cum mercurio reſuſcitato trito, in ſpiritu vini aromatico infuſo, quoad panacea fundum vaſis petat adjecto cinnabaris dimidio, datis quotidie a 13 ad 18 guttis.

Diſſertationes epiſtolicæ ſunt *de natura & eſſentia naturæ*, *de conſuetudine*, *de natura medica*, *de inſtinctu naturæ*, *de luſu & moribus naturæ*, cum improbabilibus hiſtoriolis: *de ſelectu principiorum & præcavenda medicinæ ruina*, & Car. Max. Speneri *de remedio hæmorrhoidum cæcarum ſ. muribus marinis diſſ.* alias dicenda. Reliqua non ſunt hujus loci.

Ej. *Declamationum panegyricarum decas*, *quæ in ſolennibus Academiæ actibus academicis habitæ ſunt* Francf. Mœn. 1701 4. *. *De medico in phyſicum deſinente*; *de periodis morborum*; *de medicina illegali & ſuperſtitioſa*; *de Haſſiæ literatæ fatis*; *de Gieſſæ ornamentis & progreſſu*; *declamatio in obitum* Sebastiani Scheffer, quem diximus & *I.* Friderici Almacher medici Francofurtenſis.

Ej. *continuatio declamationum panegyricarum* Francf. 1701 4.

Ej. *praxis medica infallibilis cum noſodochio academico & diſpenſatorio domeſtico.* Francof. 1711 4. Tr. 1721 4. *. Spiſſum opus. Primum morbi a capite ad calcem recenſi, cum exemplis & curatione, multis propriis curationibus intermiſtis, & conſiliis variorum. Ecce ſpecimina; ex *puerorum morbis*, Tinea curata multis cum formulis, fere abſorbentibus, ut ejus ſeculi mos ferebat. Adverſus lumbricos fel bovis extus illitum. *Morbi juvenum* cum ſcriptionibus celebriorum medicorum. Hydrops a muliere urina pueruli ſanatus. Luem veneream curandi methodus Brunneriana. *Morbi adultorum.* Febris lenta emetico curata. Se ipſum febre maligna poſt venæ ſectionem & vomitum, pulvere bezoardico ſolo liberatum fuiſſe. In femina, quoties utero gerit, inſenſilitas & aphonia. Catalepſis in femina illuſtri. Morbus iliacus lenientibus curatus. Abortivi putridi fetus per anum. *Morbi ſenum.* Cum medicus gonorrhœam ſe curare perſuaderetur, calculus fuit, urethræ oſculum obſtruens, reneſque purulenti.

Poſt *Praxin medicam infallibilem* edidit *Diſputationes Gieſſenſes*, omnes ut puto

 ſuas,

ſuas, ſed in brevitatem contractas, cum titulo *Noſocomii Academici:* Cuique morbo peculiare exemplum eſt pro baſi, quem deinde morbum porro exponit.

Ecce titulos.

De febre hæmoptoica.

De febre maligna phthiſi complicata.

De febre verminantium cum tæniæ icone.

De febre lenta in hecticam degenerante.

De maniacis ab uſu ſolani furioſi ſ. Belladonnæ.

De pleuritide maligna.

De phthiſi pulmonali.

De phthiſi renali.

De noſtalgia (Juvenis Thuringi).

De hæmorrhoidibus cæcis cum icone murium marinorum.

De fœtore menſium.

De hæmorrhagia uteri.

De maculis volaticis.

De rhachitide.

De ſcabie endemica & contagioſa.

De elephantiaſi Græcorum.

Diſpenſatorium domeſticum perbreve eſt.

Supplementum ad polychreſta exotica continet diſſ. *de magneſia alba* novo eo tempore & celebrato medicamento.

De filtro lapide diſp.

In Machiavelliſmum medicum animadverſiones. Liber eſt, quem dicemus, plenus conſiliis ad famam malis artibus augendam.

Declamationes academicæ nondum dictas nominaſſe ſufficit, nam priores hic redeunt; *de medicamento optimo; de medicamentorum noxa, de uſu & abuſu privilegiorum.*

Succedunt *quinquaginta* brevia ad promotiones *programmata, ad funera* aliqua, *ad doctores; ad diſputationes Hippocratico Horſtianas.*

EJ. *praxis medicinæ infallibilis pars altera. Chirurgia cum Noſocomii academici continuatione & myrothecio caſtrenſi* Francf. 1715. 4. *. Diſp. I. *de morbis infantum* prodierat Gieſſ. 1704. 4. *. In chirurgicis quidem admiſti ſunt morbi oculorum varii,

varii, & cutis morbi, & parotides, & alia, quæ ad medicinam revoces. In *Noſocomio academico* huc facit relatio de obſtructione aortæ, indeque oriunda ſyncope, quæ hiſtoria ex Abbatis DE LA ROQUE diario ſumta eſt; & de morſu canis rabidi: Diſſertatio de lue peſtifera infantis tota medica eſt. Sic altera de inſpectione leproſorum.

Una prodiit vaſta collectio, cui titulum fecit, *Pandectæ medico legales, ſ. reſponſa medico forenſia, ex archivis celebriorum academiarum depromta, latinitate donata* Francf. 1701. 4. *. Queſtiones ſunt ad medicinam forenſem pertinentes, cum Facultatum Germanicarum, potiſſimum Gieſſenſis reſponſis, aliis que ex AMMANNO & TIMÆO. Ex ampliſſima collectione non licet de ſingulis hic referre ſed aliqua exempla. P. I. Stuprum violentum ab homine patrari non poſſe. Lipſienſes partum quinquemeſtrem pro legitimo habent. Sic ſemeſtrem, alioſque paulo maturiores; ſic duodecimeſtrem. Multas harum reſponſionum jam apud AMMANNUM exſtare. P. II. De morbis agit. Curatio gravidæ imprudens per emmenagoga. Emetico ſumto & emmenagogo tamen puerum vivum enixa eſt. Melancholici variis de criminibus confeſſi, etiam veneficii, obſeſſionis dæmoniacæ. Pleuritidem malignam utique contagium habere. Hypercatharſis ab antimonio diaphoretico non rite præparato. P. III. Semeiotice. Miſera quæ pueros inſpectione & tactu faſcinaſſe dicitur, condemnata. Lepræ ſigna & a ſcabie diſcrimen. Liberati qui accuſabantur. Veneni propinati ſuſpicio, & philtri: & de arſenici toxica vi adque lethum inferendum potentia. Ab auripigmento lenta die undecimo mors. Liberatus a luis venereæ accuſatione, cui fauces ulceroſæ erant cum ſcabie. Simulatorum morborum exempla. Sanguis ſub meninges effuſus pro non lethali vindicatur. Veneni ſigna; maculæ in abdomine, cum dolores præceſſerant, palpitationes, ſyncope. P. IV. Therapeutica. Doctorum privilegia. Num carnificum filiis ea dignitas impertiri poſſit; negant Gieſſenſes, ſic & Princeps. Circumforaneorum peritia medicis debet explorari. Doctori non licere aliqua medicamenta facere fatentur Gieſſenſes. Num Judæis medicinam liceat facere. Multæ facultates negant. De *cura* magnetica; num magica ſit. ampliant Gieſſenſes. Omnino privatam diſpenſationem medicis indulgendam LENTILIUS, negant Lipſienſes. Iterum LENTILIUS, non debere intra urbes ſepeliri. De ſoſtro denegato: fere pro medico reſpondetur. P. V. Diætetica. Pellionum ſordes aerem vitiare, & potu aquæ talpa venenatæ funeſtam diarrhœam ortam fuiſſe. Mulcta irrogata tritori, qui ſiliquas, ſues ut arceret, arſenico intoxicaverat. P. VI. ad Pharmaceutica; ſtudioſum medicinæ non debere ægros curare, ſic neque pharmacopolam. L. ab HOERNICK de viſitandis ſeplaſiis (*materialiſten*) & pharmacopolis. Pharmacorum inidoneorum rejectio. Pharmacopola cum doctoris gradum accepiſſet juſſus eſt Pharmacopolio abdicare. Hydrargyrum dulcem repetito abſque novo hydrargyro addito de igne ſtillantem verum venenum eſſe, cujus funeſtus effectus recenſetur. Lipſienſes reſpondent ſandaracham venenum eſſe. Funeſti errores pharmacopœorum. Cruentationis cadaveris ad homicidæ acceſſum

 exemplum,

exemplum, ſed antiquum. Medicamenta agyrtæ arcana. P. XII. Chirurgia, quo etiam tota ſecunda pars operis ſpectat.

Non ſeparabo *Novellas medico legales pandectarum continuationem* ejusdem generis, quæ priori operi Francofurti 1711. 4.* ſucceſſit. De ſtupro dormienti illato. Pro partu duodecimeſtri Ingolſtadienſes. Fuſiſſime de conjugio eunuchi, cujus diſſolutioni uxor ſe opponebat. Arthritidem a tortura excuſare. Vir, ut videtur, fiſſa urethra pro androgyno habitus. Submerſorum ſub aqua ſigna cum Beckeri libello, qui aquam in eorum ventriculo negat reperiri. Mireris præſumtionem dati arſenici naſci potuiſſe a cruentatione cadaveris ad acceſſum ſuſpecti hominis facta. Querelæ pharmacopolarum de medicorum diſpenſatione privata. Num in ſagapeno venenum ſit, quod contra menſes retentos præſcriptum fuerit, & nocuiſſe viſum ſit. Sic Pancratii Wolfii ob datum aurum fulminans apologia. Intra 20 dies unciæ duæ ſpiritus vitrioli ad judicem delatæ, quaſi veneni loco datæ omnino nocuiſſent, cum incredibili fere medici ordinis (*facultatis*) conſenſu. Contra chirurgos morbis internis medentes animadverſiones. De medicorum in chirurgos & pharmacopolas juribus integer liber. Multa credulitatis indicia: de magis: de curationibus ſympatheticis integer liber, & de experimento natationis pulmonum in aqua. Diſpp. aliquæ una recuſæ; Hundeshagen *de ſtillicidio ſanguinis in cadavere hominis violenter occiſi, an ſit indicium homicidæ?* Caspari Æuestel J. C. *non debere morientibus pulvinum ſubtrahi.* Anonymi Jcti *de variis ſagas concernentibus quæſtionibus*, & Heurnii *de vanitate probæ aquaticæ*.

Ej. *Corpus juris medico legale, conſtans pandectis, novellis, & authenticis iatrico forenſibus, auctum caſibus recentiſſimis inauditis.* Acc. *labyrinthi medici ſtudii feliciter ſuperati recitatio a* Filio Christophoro Bernhardo Francof. 1722. fol. *.

Priora opera 18 *caſibus aucta ex* Rittmanno *& aliis* ſumtis.

Authenticæ, quas ſeorſim editas non coram habeo, ejuſdem ſunt inſtituti. *De cauſis diſſolvendi matrimonii.* J. Joachimi Schoepfer diſſ. *de partu octimeſtri* tota inſerta: Imperitus chirurgus ſe pro doctore medico venditans. Spiritus vitrioli philoſophici 25 guttæ ſingulo quadrihoria juveni præſcriptæ, in gula ardorem fecerunt, & habitum pene flammeum, tormina, ardorem ventriculi eventu lethali: circa ſuperius oſtium ventriculi ſedes inflammata, ſic duodenum inteſtinum, pulmones ſanguine pleni, cor inane. Sic ab antimonio diaphoretico tormina, anxietates, vomitus: Similia a ſmalta (vitro contuſo cobalto colorato), ut tamen æger ſervatus fuerit. Ingens culter a melancholico devoratus. De ſudore ſanguineo Chriſti C. P. Cypriani. Hippocratis in foro auctoritas, integer tractatus Sam. Henrici Musæi.

Ej. *medicina diſcens & docens* Lipſ. 1710. 8.

Ej. *Muſæum Muſæorum oder Schaubühne aller Materialien u. Specereyen.* Frf. 1704. f. *. Ingens volumen. Materia medica fuſe cum iconibus plantarum & anima-

animalium, & fuſa pariter enarratione virium medicatarum. Plurima ex POMETO: commodum hactenus pro tironibus opus.

In univerſum de muſæis condendis diſſ. & de celebrioribus muſæis ſ. rariorum collectionibus.

Ej. *Oſtindianiſche Sendſchreiben von allerhand Gewächſen, Bäumen, Juweelen, durch gelehrte Europäer, als* HERBERT DE JAGER, CLEYER, RUMPH, TEN RHYNE *getreülich aus den Holländiſchen Originalien ins deutſche überſetzt* Francf. 1704. fol. *. Commercium epiſtolicum medicorum quos dixit, qui in regionibus vixerunt, in quibus plurima de vera natura aromatum aliorumque ex Indiæ repetitorum medicamentorum vera diſcendi opportunitas ſe offerebat. Non ut botanicen characteriſticam hic quæras.

Ej. *zweyte theil, worinn die rareſten Naturſchätze aus Reiſebeſchreibungen, Kunſtkammern u. Büchern enthalten und nebſt einer neuaufgerichteten Kunſtkammer der Natur vorgeſtellet ſind* Francf. 1714. fol. *. Deſcriptiones rariorum ex tribus naturæ regnis collectorum cum breviter ex ſcriptis iconibus. Lapides figurati, terræ, metalla: artificialia item & ſculpta, gemmæ, ſigilla, plantæ, animalia. Aromatum acuratus cultus. Catalogus rariorum lapidum.

Ej. *neu aufgerichtete Kunſt- und Zeughaus der Natur anſtatt des dritten Theils des muſæi muſæorum* Francf. 1714. fol. eſt Collegium phyſicum experimentale cum ſupellectili.

Ej. *hiſtoria ſimplicium reformata muſæi muſæorum titulo edita, latine reddita a* J. C. BECKER, & *India litterata latine verſa a* C. B. VALENTINI Francf. 1716. fol. Mineræ, terræ ſigillatæ, lapides, metallæ, foſſilia quæque. Inde plantæ. De thea ex BREYNIO; de moxa ex KÆMPFERO; de laſcu ex eodem Cl. viro; de mumia, ſ. Petroleo Perſico, ex eodem. Animalia denique.

Redit hic *India literata* latine verſa.

Subjecta eſt *Mantiſſa diſputationum* GOEKELII *de ſerpentaria Virginiana tum aliorum de Agallocho, Caſſia, Cinnamomo & l. aloe. de ſanguine draconis, de balſamo Copaivæ, malo citreo.*

Redit vix mutata cum titulo *Aurifodina medica ſ. hiſtoria ſimplicium reformata* Gieſſ. & Francf. 1723. fol. *.

Ej *viridarium reformatum, ſ. regnum vegetabile, d. i. neu eingerichtetes Kräuterbuch mit etlichen tauſend ſaubern Kupfertafeln* Francf. 1719. f. *. In botanicis dictum eſt. Plantæ officinales cum iconibus, demum aliæ etiam ſpecies nullum in uſum medicum receptæ, cum numeroſiſſimis iconibus ab alio authore compilatæ, nulla cum expoſitione.

Una prodiit *opus mago cabaliſticum theologicum* Gregorii Angeli Sallwig Frf. 1719. f. *. Alias dicitur *Theoſophica mineralogia.*

Ej. *kluge Kindbeterin* Lipſ. 1726. 8.

Alia editio *Indiæ* literatæ 1733. fol.

In E. N. C. Ejuſdem ſunt Valentini.

Dec. II. *ann.* II. *obſ.* 162. In modo nato infante tumor hydrocephali non diſſimilis; abſceſſus erat inciſione ſanatus.

Obſ. 165. a venæ ſectione intermiſſa tabis metus.

Obſ. 166. Hecticæ febri ſuperveniens febris ardens eam ſuſtulit.

Obſ. 167. Calculi de pulmone rejecti.

Obſ. 168. Dyſenteria in ipſis initiis tartaro emetico ſanata.

Obſ. 169. a crebra venæ ſectione mors.

Ann. III. *obſ.* 41. mutitas dolore animi ſuperata.

Obſ. 81. diuturna alvi conſtipatio ſuperata deglutito ſubinde olivæ oleo.

Obſ. 83. ex opiato medicamento in dyſenteria, ſphincteris relaxatio, anuſque hians. Verum ego nimis novi, anum adeo non laxari ab opii uſu, ut pertinaciter ſtringatur. Laxum vero anum, ut maximum malum a viro per id ipſum ad malam paupertatem admotum vidi, quod omnibus adſtringentibus fortius fuerat.

Obſ. 84. calculi in digito a ſpina ventoſa nati.

Hiſtoriæ literariæ medicæ ſpecimina VII. *in appendicibus* E. N. C. excuſa ſunt in quibus opera ab academicis edita recenſentur.

Ann. IV. *obſ.* 97. In puero fere octenni menſtruis fere intervallis hæmorhoides.

Ann. V. *obſ.* 81. menſtruus ſanguis per ulcus tibiæ manans.

Obſ. 83. polypus cordis lapideus, ex Abb. la Roque.

Ann. VI. *obſ.* 69. Cum ſub menſium reditum cephalalgia moleſtiſſima rediret, laudano opiato ægrotam levavit.

Obſ. 6. Calculi pulmonales. Calculus piſi mole in ſeminali veſicula.

Ann. VIII. *obſ.* 80. Ante paroxyſmum epilepticum, æger manu pavimentum percutit.

Obſ. 81. Tumor in femore, cujus muſculi quaſi conciſos pulmones referebant; os ipſum eroſum, pulmo ſcirrhis refertus.

Obſ. 82. ex gonorrhæa imprudenter ſiccata eſſera.

Obſ. 84. a ſiccatis ulceribus crurum hæmorrhagia inteſtinalis funeſta.

Ann. X. *obſ.* 118. a comeſtis baccis belladonnæ, maniæ, epilepſiæ, puerorum mortes, qui deglutiverant.

Obſ. 121. a ſpiritu ſalis ammoniaci hæmoptyſis.

In *append. De conſuetudine* altera natura egit.

App. *de inſtinctu naturæ.*

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 120. Vermes ſubcutanei vaccarum.

Obſ. 123. corticem peruvianum ſe nunquam non innocuum deprehendiſſe, eumque potenter lumbricis reſiſtere.

Obſ. 125. pro re rara diarrhœa in variolis innocua.

Ann. III. *obſ.* 78. Ex trochiſcis alkekengi, ſed erant troch. alhandal ad drachmam cum opio datis, hypercatharſis, ſyncope &c..

In Appendice *de cortice peruviano ſermo.* In febribus intermittentibus & quartana divinum præſtat auxilium. Sibi medicamentum æque certum notum eſſe.

§. DCCCXLVI.

Theodorus Zwinger. Emanuel König.

Uterque profeſſor Baſileenſis, quorum poſteriorem jam ſenem juvenis adtigi, & aliquoties adii emeritum.

Zwingerus medicorum & nepos & pater, ſuo tempore praxi clinica inter celebriores floruit, abſorbentibus & Wedelianæ praxi addictior, pluſcula ſcripſit, quorum pauca coram ſunt.

Ej. *oratio panegyrica in obitum* J. Casp. Bauhini. Mongit.

Ej. *πανσοφιας αναςασις θεοϱητικη και πϱακτικη* Baſil. 1680. 4. Pl.

Ej. *ſicherer u. geſchwinder Arzt* Baſil. 1684. 8. 1686. 8. 1694. 8. 1695. 8. 1703. 8. 1725. 8. 1748. 8. Compendium populare cum formulis ad ſingulos morbos.

Ej. *theatrum praxeos medicæ* Baſil. 1710. 4. 2 vol. Amplius compendium, ad eadem principia, cum formulis.

Epitomen

Ej. *Epitomen totius medicinæ diximus*, quæ eſt compendium ex Ettmullero. Una prodiit *diſſ. de acquirenda vitæ longævitate* Baſil. 1705. 8. *. Continet diſſ. II. de acquirenda vita longæva, cum exemplis ab ipſa graviditate. Idea conſultationum medicarum. Phyſiologia, pathologia, hygieine, ubi de mineralibus, plantis & animalibus. Schroderus dilucidatus, per claſſes virium. Pyrotechnia.

Ej. *faſciculus diſputationum medicarum ſelectarum a ſuis auctoribus conſcriptarum, ſuo cum auxilio* Baſil. 1710. 8. *. ſunt omnino duodecim, 1, J. Anton. Rud. Voisin *de antipathia humana*; 2, C. J. Jac. Stefani *de ſomnambulatione*; 3, T. J. Hofer *pothopatridalgia ſ. morbus ex patriæ deſiderio*; melancholici delirii genus, Helvetis præ aliis gentibus familiare, cujus & exemplum recenſet, moduloſque ruſticos paſtorum, quos modulos aiunt hunc morbum in militibus ſuſcitare, ut etiam legibus ſanctum ſit, ne canantur: 4 Christoph Harder *de nitro, indeque elaborata panacea alcalina ſolutiva* (ſ. magneſia alba): 5 Caspar Oeri *de hydrargyri natura & uſu, & medicamentis inde præparatis.* 6 Sebastian Hoegger *de ſaliva ſana & morboſa.* 7, Jac. Riz. *de fœtoribus humani corporis.* 8, J. Andr. Cramm *de nephralgia.* Duas *de thermis Fabarienſibus* & *Plumbariis*, alias rectius dixero.

Edidit etiam a. 1716. 4. *. *diſp.* J. Rud. Miegii *de plantis naſturcinis* a. 1714. defens. Catalogum plenum plantarum hujus claſſis, cum fuſo virium medicarum cenſu. J. Beck *de epilepſia* 1714. 4. *. & J. Kupferschmidt *de morbis prœliantium* 1712. 4. *. recuſam iterum 1716. 4. *. Kupferschmidtius optime mihi notus caſtrenſis in bello civili medicus fuerat, & hic chirurgicos potiſſimum caſus recenſet; tamen & medicos, morboſque caſtrenſes, febres convulſivas, phthiſin, dyſenteriam. Alvum in dyſenteria non bene mercurio dulci ducebat, ſingulari vi teneſmos excitaturo. Sebum hircinum in clyſteribus injiciebat. Omitto reliqua.

Ej. *de methodo ordinandi medicinam mathematice* Baſil. 1714. 4.

Ej. *otojatreja ſ. aurium medicina, quæ auris morbos exponit* Baſil. 1645. 4.

Ej. *pædojatreia practica* Baſil. 1722. 8. maj. *. Spiſſo volumine percurrit morbos infantum a capite ad calcem, & cuique ſuas medelas adſignat, ſuis cum formulis; caſus etiam & curationes proprias enarrat. Inter eos morbos priapiſmum recenſet; Sic præputium tumidum; ſcroti puriginem; ejus & teſtium inflammationem. Scabiem propriis in liberis pepulit, demerſione ſ. balneo in fluvio frigido. In variolis ſub initia morbi clyſterem injicit, ut alvum leniter ducat, inde tranſit ad abſorbentia, diaphoretica, tamen ut etiam phlegma vitrioli laudet. Alvum fluidam fere funeſtam eſſe. Epidemiæ a. 1712. graſſantis hiſtoria, de variolarum confluentium genere, ſæpe funeſtæ, etiam in gangrænam tranſituræ: tamen abſorbentia ſua dabat & bezoardica.

Ej.

Ej. *ſpecimen materiæ medicæ* una prodiit 1722. 8. *. Formulæ ſecundum indicationes & virium medicarum claſſes.

Ej. *Unterricht ein hohes Alter zu erlangen* Nordhauſen 1726. 4.

Ej. *compendium medicinæ univerſæ* Baſil. 1728 8. 2 vol.

Idem J. Weckeri *l. de ſecretis* auctius excudi fecit Baſil. 1701. 8. 1708. 8. Mong.

In Ej. *obitum* J. Rud. Miegii *oratio panegyrica* Baſil. 1726. 8. B. B.

Ejus ſunt in E. N. C. variæ adnotationes. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 186. Obſtetrix, cum fungum ſanguineum ſe putaret extracturam, carnoſam maſſam apprehenderat, ſummo cum dolore; uterus erat ſphaceloſus cui adherebant varia corpora diverſæ molis, quæ prudentior alia femina detraxit; uterum una extractum ab obſtetrice, & gangrænoſum repoſuit; mulierem ſervare non potuit.

Ann. VI. *obſ.* 231. Cum adverſus alvum pertinaciter conſtipatam mercurium currentem dediſſent, alvus mota eſt; remanente intus hydrargyro, & denuo alvo clauſa; tunc demum duriſſima ſcybala ab uſu clyſteris educta, & laxantibus malum denique difficulter ſuperatum.

Obſ. 232. Palpitatio cordis, hydrops, etiam pectoris; cordis figura & ſitus vitioſi, multa in pericardio aqua, & in utroque ventriculo polypus.

Obſ. 234. Maniacus hydropicus. Rectum inteſtinum & colon maxime diſtenta, dura fæce infarcta; in inteſtino varia abſurda, lapides, ligna, oſſa. In ventriculo acidus fætor; in rene hydatides. Multa in cerebro aqua.

Dec. III. *ann.* I. in puella febris tertiana cum torminibus & convulſionibus conjuncta.

Ann. II. *obſ.* 104. Altero menſe poſt morſum canis rabidi demum funeſto eventu rabies erupit, cum maxima ſiti. In cadavere pulmo ſanguine effuſo repletus. Paſſim in viſceribus, inque reliquo corpore gangrænæ veſtigia.

Obſ. 105. in cane cauſa rabiei inventa, vermis in pedis abſceſſu.

Obſ. 106. in nodoſis articulationibus viri arthritici prurigo, vermiculi teretes.

Obſ. 107. hydrargyro vivo vomitus in volvulo ſuppreſſus, deinde alvus liberata clyſtere.

Ann. V. VI. *obſ.* 8. Aſthma, tuſſis ſicca, hydrops pectoris. Magna obeſitas, etiam in meſenterio. Hepar prægrande, pulmo ſideratus, nigris maculis conſperſus; dextra auricula cordis ſanguine grumoſo plena, ſiniſtra perparva.

Obſ. 9. Aſthma rejectis vulgaribus bechicis, incidentibus & calidis atque ammoniaco gummi &c. ſublatum.

Obſ. 11. febris maligna curata vomitu vitriolo moto, tum alcalinis.

Obſ. 12. urina ſuppreſſa a cancro devorato, lapide prunellæ ſanata.

Obſ. 276. puer phthiſicus pus exſcreans. Glandulæ meſenterii ſcirrhoſæ; hepar maximum, perdurum, pulmo vomicis plenus, pericardium craſſum, pene cartilagineum.

Obſ. 277. hydrops pulmonis poſt coſtarum fracturam.

Ann. VII. VIII. Scriptio ſirupi *de longue vie* conſtat ex melle cum ſucco mercurialis, borraginis & bugloſſi cocto, miſto cum infuſo vinoſo gentianæ & iridis noſtratis. Nullum proprium tamen benignæ efficaciæ experimentum habet.

EMANUEL KOENIG ex ſchola Pariſina prodiit, magis legendo & colligendo delectabatur, & hactenus chemicus.

EJ. *κερας Αμαλθειας, theſaurus remediorum e triplici regno, vegetabili, animali, minerali* Baſil. 1693. 4. BUR.

In Collectione pars 1. WALDSCHMIDII eſt *cenſus medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, quæ in officinis Francofurtenſibus veniunt cum pretiis & viribus medicatis*, non exiguus libellus. 2. J. BOHNII *proceſſus in* VIGANI *medullam Chemiæ* 3. GEORGII BATE *remedia anglica*, formulæ nempe ILL. viro familiares. 3, *Remedia miſcellanea*, & BARBEIRACI *formulæ*. 5, *diatypoſis pharmaceutica brevis*, ſ. generalia operationum pharmaceutico chymicorum. 6, LANGELOTTI & KOENIGII *chemia phyſica* alias dicenda.

Tria regna ſcripſit ad proprii nominis imitationem.

EJ. *regnum animale* Baſil. 1682. 4. & auctius 1698. 4. *. Multa interna ex animalibus non firma medicamenta: cæterum huc referas, quod ad materiam medicam faciat, vireſque ſalutares recenſeantur, quæ ſint in animalibus, eorumve partibus, uſuſque diæteticus; & venenatæ demum vires.

EJ. *regnum minerale generale & ſpeciale* Baſil. 1680. 4. 1688. 4. P. altera. Ita legi. 1686. 4. nempe utraque 1703. 4. *. Metalla: lapides, terræ, ſulfura, ſales, aquæ medicatæ. Ex quoque corpore foſſili medicamenta recenſet, quæ ex eo parari ſolent. Collectanea, aliqua etiam inedita. FRANCISCI SPINOLÆ *epiſtola de lapide pyropo*. Non oderat alchemiſtas, & ex iis multa habet.

EJ. *regnum vegetabile quadrupartitum* Baſil. 1708. 4. *. Pars III. & IV. huc pertinet, quarum illa collectionem, præparationem ad uſus diæteticos & medicos, cum operandi modo tradit; hæc ſingulas plantas medicas recenſet: cuique accedunt vires medicæ, & ſingularia, etiam medicorum de ſalutari earum uſu teſtimonia. Faciliorem autem ſe noſter in univerſum præbuit, ut plerique medici.

EJ.

Ej. *güldener Arzneyſchaz neuer niemals entdekter medicamenten wider allerhand Leibeskrankheiten* Baſil. 1703. 8. 1723. 8. Leuw.

Ej. *exercitatio medica vere curioſa de eo, quod ſummum eſt in medicina* ib. 1710. 4. Leuw.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 94. Purulenta vomitu reddita, hinc & alimenta poſt ſingulos paſtus, cum tabe.

Ann. VI. *obſ.* 28. helleboro (in puero) rebelles quartanæ ſanatæ.

Obſ. 39. nucleus ceraſi de pulmone rejectus, quem calculoſa cruſta obduxerat.

Ann. VIII. *obſ.* 131. Veſicatoria in febribus malignis convulſionum mortiſque fuiſſe cauſas.

Obſ. 33. hydrops poſt febrem malignam ſanatus lumbricorum pulvere.

Ann. X. *obſ.* 113. urina viſcidiſſima fila trahens; ſcirrhus in oſtio urethræ.

Obſ. 114. Cornu digitale ex pollice pedis.

Obſ. 115. de hipecacoanha: in dyſenteria optime reſpondiſſe in principatu Nebcomenſi, cum unica doſis aureo Ludovico veniret.

Obſ. 117. abſceſſus hepatis poſt cataplaſma molliens, ſanatus fætida materie per anum edita.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 148. emplaſtrum Helmontianum ex foliis nicotianæ, certum in quartana remedium expertum eſſe.

Obſ. 151. hydrargyrus præcipitatus ruber ad hydropem, arcanum Helmontii remedium.

§. DCCCXLVII. J. Helwig.

J. Helwig, phyſici Ratisbonenſis.

Ej. *medicina hippocratica* Norib. 1631. fol.

Ej. *obſervationes phyſico medicæ poſthumæ ſcholiis auctæ a* Luca Schroeckio Lucæ Fil. Aug. Vind. 1680. 4. *. Adnotationes omnino 163 partim propriæ, partim collectæ, ſcholiaque Schroeckii quibus ſimiles caſus continentur. Non deſunt ſuſpectæ obſervationes, ut cerebri a tabaco conſumti. Hydrocephalus carnoſus circa ſagittalem ſuturam craniique defectum. Cæcitas ſubitanea ex cauſa interna, ſuperata clyſmate. A ſcabie, dum æger Laconico uteretur, ſurditas, ſublata ſubinde materie de aure manante. Puella a frigore hæmorrhagia narium violenta correpta & exſtincta: & ex dente carioſo magna etiam ſanguinis jactura. Linguæ maximus tumor diſcuſſus inciſione & gargariſmis. Plica Polonica: cum capilli detonderentur, ſanguis manavit & æger interiit, alterum fratrem medicus prudenter omiſſo capillitio ſanavit. Vertigo periodica apoplexiam præceſſit. Ex animi commotione melancholia cum imaginatione læſa. A cicuta in cibo ſumta delirium, ſopor. Ex nimio laudani uſu mors. Ex tabaci fumo apoplexia; in cadavere meninges nigræ, cerebrum nullum. Paralyſis capitis ſiniſtri ſanata ſetacei uſu, & ex frigore nocturno, gutturiſque, ex potu frigido, denique ex hypercatharſi. Epilepſia a lumbis adſcendens cum ſingulari delirio reſtitutis menſibus ſanata.

ſanata. Opiſthotonus facile ſanatus clyſtere, inunctione. Pulvis arboris orientalis. *Eſiopata* ad rheumatiſmum efficax errhinus. Hirudines in faucibus. Phtiſicus materiem tophaceam rejiciebat. In quartanaria cor marcidum. Cibi potuſque per quindecim dies abſtinentia innoxia. Vomitus rerum abſurdarum. Lapilli in veſicula fellea anguloſi. Cor in hydropica duplo majus undique adhærens pericardio & in utroque ventriculo polypus. Hydrops ex venæ ſectione intempeſtiva. Hydrops cathæretico ſublatus, aliuſque muria braſſicæ. Tympanites ſublatus umbilico ſponte rupto. Volvulus ex caſeo & ex globulis tophaceis. Lien cartilaginoſus. In hypochondriaco numeroſiſſimi calculi fellei. Exanthemata crurum & lituræ in ſcorbuto bonæ. Nono die calculi poſt iſchuriam ejecti; & alius calculus gnomonis figura. Quæ pro gravida habebatur, tabida erat; In demortuæ cadaveræ maximus abſceſſus in veſica inventus ab ictu. Veſica exulcerata mitibus commode tolerata. Clitoris dimidii cubiti mole. Menſes per oculos. Tertiana halecis uſu curata. Anxietas & ardor gulæ ex antimonio & a mercurio dulci mors. Tabes curata miti alimento & excarni.

Ej. *prodromus apologeticus ſuper relatione medica de Lord de Wartenberg* morbo & obitu 4.

Ej. etiam citatur αδιφαβητον ιητρικον Nurnb. 1631, fol.

§. DCCCXLVIII. Varii.

Theodorus Jansen *ab* Almeloveen Profeſſor Harderwicenſis, vir literatus, veterum lectioni innutritus.

Ej. *diſp. de ſomno* Utrecht 1680. 4.

Ej. *de aſthmate* ib. 1681. 4.

Ej. *inventa novantiqua* Amſterd. 1684. 8. *. An medicina ars ſit an ſcientia. Non eſſe ſcientiam Galenus. Hiſtoriæ primorum medicorum Græciæ, ab ipſis retro fabulis. Inſcriptiones aliquæ medicæ, & privilegia medicorum romanorum, ad Cæſorum tempora. Sectæ medicorum, medici ocularii &c. Loca anatomica veterum, in quibus videntur eadem non undique ignoraſſe, quæ nuperi inter ſua inventa recenſent; Ita circuitus ſanguinis, ovarium: ſic ductus ſalivales aliaque, quæ quidem noſtro ævo omnino ſatis plene innotuerunt, ut tamen aliquid in veterum vocibus ſit, nunc demum intellectum, poſtquam res ipſa nuper patefacta eſt, & quod inventa nuperorum quaſi præcedat.

Ej. *Onomaſticon rerum inventarum eſt* lexicon artium, ut quæque inventorem habet.

Ej. *antiquitates & conjunctanea bibliotheca promiſſa & latens* Amſterdam 1694. 8.

Franciscus Henriquez *de* Villacorta Caroli II. Hiſpan. R. Archiater. Ej. operum vol. I. *de phyſiologia, de tumoribus, ulceribus, ſpiritibus & partibus corporis humani* Lion 1680. fol. vol. II. *de febribus, urinis, pulſibus, ſanguinis miſſione, humorum expurgatione, ophthalmia, parotidibus, hydrope, angina maligna, phthiſi, dyſenteria* ib. 1688. fol. vol. III. *methodus medendi, alimentorum facul-*

facultates in particulari, de victus ratione in morbis acutis, de balneorum materia & uſu, ægrotorum balneo, prognoſticis, criſibus, facultatibus, venenis & locis adfectis ib. 1690. fol. In alio titulo legi etiam; *de facultatibus & locis adfectis inſtitutiones theoreticæ; diſſ. apologetica de ſanguinis miſſione ex talo* SEG.

Pharmacopœa Londinenſis Lond. 1680. 12.

RICHARDUS HOPE edidit Londini 1680. 8. GEORGII THOMSON *experimenta admiranda cum obſervationibus inſolitis medico chymicis.*

J. H. D. M. *Portatile medicum ſ. regularum pharmaceuticarum atque chymicarum in uſum ſtudioſorum medicinæ & pharmacopœæ collect.* accedit MICHAELIS *modus pharmacopolia viſitandi* 1680. 12. L.

J. JAC. WAGNER *hiſtoria naturalis Helvetiæ curioſa* Tiguri 1680. 12. ad medicinam pauca. Longævos Helvetos recenſet, non quidem ſeſqui ſeculares; ſed frequentes ſeptuagenarios, octogenarios. Ægagropilæ. Lapides in animalibus vitio nati. Plantæ, mineræ, animalia, quæ in medicina adhibentur, aquæ minerales & thermæ. Ignes electrici, tempeſtate ſæviente, de caçuminibus ædium erumpentibus Vitoduri viſi.

In E. N. C. IDEM.

Dec. II. *ann.* III. *obſ.* 186. Ex eſu lolii vomitus & convulſiones emetico & alexipharmacis ſublatæ. *Obſ.* 187. Glandulæ carnoſæ poſt magna tormina & diarrhœam ſanguineam per alvum excretæ. *Ann.* IV. *obſ.* 75. Calculoſus, cui poſt ingentem circa pubem dolorem excrementa per penem ejiciebantur. *Obſ.* 77. Lapis ex vaccæ ventriculo ultra tredecim unciarum pondere. *Ann.* V. *obſ.* 105. Pilæ piloſæ tres ab equo per alvum excretæ. *Ann.* VIII. *obſ.* 147. Tubuli, coralliorum marinorum ramulos æmulantes in hepatibus bubulis oſſei & lapidei. *Ann.* IX. *obſ.* 25. Convulſivo prius ſiniſtri, poſt vero dextri lateris antepilepticis ſpirituoſis expugnata. *Obſ.* 26, Ex immoderato ſternutatoriorum uſu auditus difficultas nullis remediis levanda. *Ann.* X. *obſ.* 108. Poſt eſum baccarum ſolani melanoceraſi cardialgia, lethargus, mors. *Obſ.* 109. Puella cæterum ſana ex intuitu inciſionis tumoris ſola imaginationis vi, pari tumore correpta. *Obſ.* 110. De cochlearum præſtantia in diſcutiendis coagulis lymphaticis. *Dec.* III *ann.* II. *obſ.* 159. Ex gangræna digiti tetanus & ſpaſmus cynicus nono die lethalis. *Obſ.* 160. Convulſiones, choream S. Viti æmulantes, ſenſu tamen ac ratione perſtantibus. *Obſ.* 161. Epileptica, quæ durante paroxyſmo pſalmos decantabat. *Obſ.* 162. Ab eſu pomorum calce viva infectorum ardor œſophagi, ſitis ingens, convulſiones, demulcentibus & cardiacis feliciter ſublatæ. *Obſ.* 163. Poſt immodicum aquæ frigidæ potum febris continua cum ſingultu perpetuo; hic opiato, illa catharticis & diaphoreticis diſſipata.

HENRICI MUNDII medici Oxonienſis, *βιοχρηστολογια, ſ. commentarii de aere vitali, eſculentis & potulentis, cum corollario de parergis in victu* Oxon. 1680. 8. 1685. 8. Lond. 1681. 8. Frf. Lipſ. 1685. 8. *. Collectio, non ea abſque judicio compilata. Aeris hiſtoria, tum cujuſque plantæ aut animalis, unde cibus aut potus ſumitur.

EJ. *opera omnia medico phyſica de aere vitali, eſculentis & potulentis, cum append. de parergis in victu, & chocolata, thea, coffea, tabaco* Leid. 1685. 8.

Zacharias Sylvius medicus Roterodamenſis. Ej. eſt *Schola Salernitana, ſ. de conſervanda valetudine præcepta metrica*, Arnoldi Villanovani *in ſingula capita exegeſi recenſente* Z. S. Roterd. 1649. 12. ſic legi 1667. 12. L. 1683. 12. Haag 1683. 12. *. L. Regenſp. 1722. 8. 12. Præfatio ejus eſt de antiquitate ſcholæ Salernitanæ, de carminis occaſione, ſcopo.

Petri Guenellon *epiſtolica diſſ. de genuina medicinam inſtituendi ratione* ad J. Munniks Amſterd. 1680. 12. *. Anatomes neceſſitas, cujus ab ignoratione multi errores in medicinam irrepſerint. Ut in anatome addiſcenda ſit progrediendum. Chirurgiæ peritia medico decora eſt & neceſſaria.

In *Nouv. de la Republ. des Lettres* 1686. ſunt calculorum hiſtoriæ.

Felicis Plater, celebris Felicis ex Thoma nepotis, *obſervationum ſelectiorum mantiſſa, opera & ſtudio* Francisci F. Baſil. 1680. 8. *. Bona collectio. Epilepſia ex aura adſcendente erumpens, curata uſu ſeri lactis. Tremor pedis ſenſim adſcendens, & demum in funeſtam epilepſiam abeuns, ſic carus poſt diuturnam cephalalgiam lethalis; In phthiſico pili conglomerati de alvo deſcendebant. In cadavere hydrope thoracis laborantis viri cor amplius, aorta latiſſima; ſubitanea mors poſt ventris inflationem, qui enormi volumine pectus ipſum replebat, pulmoneſque deſtruxerat. Vomitu rejectus vermis octodecim pedibus inſtructus, cute cornea, eo rejecto ſanitas reſtituta. Poſt olei uſum & clyſteres demum, longa poſt mala dejecta oſſicula animalis, etiam os coccygis, cum femore. Hemitritæus recidivus; hepar permagnum, ſcirrhoſum, pulmonis pars purulenta. Scirrhus hepatis exulceratus; hydatides per abſceſſum abdominis egeſtæ; ſanitas lixiviis reſtituta. Hæc pauca ex 50 obſervationibus, cum quibus diarium curationis ſolet conjunctum eſſe.

Ch. Love Morley M. D. *de morbo epidemico obſervationes* Lond. 1680. 8. Tr. Osb. 1682. 12. Tr. Ed. II. Lond. 1686. 12. *. Acc. Lucæ Schacht *de eodem morbo ad auctorem narratio epiſtolica & app. de proprii morbi narratione.* Febris annis 1678. & 1679. in Belgio graſſata eſt ſcorbutica, in omne genus intermittentium febrium degeneratura. Initium a vomitu, nauſea, languore, anxietate. Morbus facile recurrebat, paucos interimebat. Aliqui medici vomitum in principio ciebant, averſante plebe. Venam ſecabant iidem ſed rarius & parce; purgatio felicius ſuccedebat. Hinc ad diaphoreſin ciendam tranſitus fiebat. etiam per calida obtinendam. Ad aphthas dulcia uſui erant lactiſque ſerum. Febrem nunc intermittentem amaris, moſchata nuce, etiam cortice chinæ chinæ, querno & fraxineo debellabant. Certe Schachtum fraxino, albo græco & quercu quartanas ſuſtuliſſe. Morbus Morleyi proprius gravis fuit. Pulſus naturali ſimilis, ſumma debilitas cum febris remitteret. Cucurbitulas adplicuit, lente ad ſe rediit. Hunc morbum paſſus eſt, poſtquam priora ſcripſerat.

Ej. *Collectanea chymica Leidenſia* Leid. 1684. 1688. 4. & aucta a Theodoro Muykens medico Amſtelodamenſi, Antwerp 1702. 8. *. German. Jen. 1696. 8. 1700.

1700. 8. 1726. 8, Studioſi opus. Continentur CAROLI MAETS medici chemici proceſſus, eique debentur fere, quæ MORTLEY chemica habet. Deinde labores CHRISTIANI MARGGARD tum JACOBI *le* MORT repetit. Scriptiones ſunt medicamentorum, præparationes, doſes, vires medicæ. Artificum vero conſilia eſſe continuo adgnoſcas. Ordo alphabeticus. De ſuppellectili chemica & operationibus breviter.

EJ. in *Phil. Tranſ.* n. 227. femina gravida pauca oſſicula per anum excrevit.

JACOB JOSEPH IOEPSER Phiſici Iglavienſis, Iſagoge, *ſ. manuductio ad vitam longiorem* Nurnberg 1680. 4. *, De cibo & potu, de aquis patriis, de nitro ex cellarum parietibus efflorescente, de vino, cereviſia, reliquis rebus non naturalibus: etiam de tabaco. Morbi. Phrenitis ex ſummo æſtu aeris nata. Auxilia, venæ ſectio, hirudines, veſicatoria. Melancholia thermarum Carolinarum uſu curata. Aurum utique vim poſſidere ſalubrem. Morbi Moraviæ endemii. Arthritis, colici dolores: ejusmodi dolores a ranis in corpore viventibus nati. Opium vitam producere. Calculus, ejus exempla. Calculi ſub lingua exciſi, tum in pulmone viſi, inque vena cava. In cadavere lien putridus, mole auctus. Vena renalis a calculo perforata. Calculi abſque dolore tolerati. Quæ femina biuncialem calculum exploſit. Calculi ex pene exciſi. Qui tantum egeſſit lapillorum, ut pileum replerent. Hydropis aliquot exempla, curati purgantibus.

ANDREAS LOEUW Sempronienſis.

EJ. *diſp. de lue venerea* Jen. 1680. 4. *.

EJ. *diſp.* Præſide FASCHIO, *de morbo Hungarico* ib. 1683. 4.

Hiſtoria epidemiæ Hungaricæ, de morbis acutis, de febre petechiali, morbillis, variolis, dyſenteria in *app.* E. N. C. a. 1688.

EJ. *obſ. medicinales Hungaricæ* MS. WESZPREMI.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* VIII *obſ.* 123. Æthiops a vinolentia febrem paſſus exanthematicam epidemicam. Maculis conſperſus eſt albicantibus, ſanatus tamen.

Obſ. 124. febris quotidiana cum maxima ſiti, palpitatione cordis, lipothymia, convulſionibus: flatubus erumpentibus æger levabatur, quibus etiam mala noſter tribuit, quæ cor paſſum eſſet.

Obſ. 125. ſanguinis vehemens vomitus, ut æger exſanguis interierit. Lien ſolito major, hepati adnatus. In ventriculo grumus ſanguinis, ſic in inteſtino ileo; vaſa brevia, exigua, neque in ventriculum aperta.

Obſ. 127. In febre tertiana ſpaſmus cynicus, genarum etiam muſculi rigidi, ſanatus tamen.

Ann.

Ann. IX. *obſ.* 16. Secundæ biduo retentæ dein fruſtulatim de utero pulſæ, ſed putridæ & fætidiſſimæ.

Dec. III *ann.* V. VI. *obſ.* 153. Hydrops per poros ſub epigaſtrio ſerum lacteum gelatinoſum exſudavit, ut demum per ſubnatum ulcuſculum natura ſe liberaret.

Obſ. 154. Hydrops pectoris & pericardii.

Obſ. 155. podagra in caput retrocedens, inde apoplexia, convulſio, cita mors.

Obſ. 156. arthritis, mota per hydrargyrum ſaliva, ſanata.

Zachariæ Regis *morborum princeps*, *ſ. meditationes de natura & conceptu peſtis* Brieg 1680. 8. Tr. Sanguinem in febris æſtu lentius circumire.

Casp. Hofmann Altdorfini, *praxis medico curioſa acc. vita medica & de dicterio, medice vivere peſſimum eſſe, cum oratione* J. Georgii Volcamer edidit Sebastian Scheffer Francf. 1680. 8.

J. Henrici Schweling *carmen admirandam microcoſmi fabricam exhibens* Lond. 1680. 12.

J. Bapt. Alpruni *experimentum de contagione Viennenſi, cum ejuſdem auctoris præſervatione* Prag. 1680 4. Hic auctor eſt audaciſſimi experimenti, quo pus ex peſtilente bubone analyſi chemicæ ſubjecit, & mire volatilem ſpiritum eduxit.

Nicolai Marchionis Cevol de Carreto *rationalis, ſ. methodica medendi methodus contra pſeudo medicos & abuſus phlebotomiæ* Tornaci 1680. 8.

Raphael Fabrotti in *l. de aquis & aquæductibus veteris Romæ* diſſ. III. Rom. 1680. 4. Paris 1680. 4. recuſ. in *Theſ. Roman. Antiquit.* T. IV; agitur de medicis caſtrenſibus Romanorum.

In Octavii Scarlatini *homine ſimbolico & figurato* Bonon. 1680. Aug. Vind. 1695. f. *. excuſo, paſſim etiam medica intercedunt, non quidem artificis.

Pharmacopæa collegii medici Bergomenſis Bergomi 1680. 4.

§. DCCCXLIX. Nuperæ Linguæ.

Matthiæ Godofredi Purman chirurgi in exercitu Brandenburgico caſtrenſis *wahrhaftiger Feldſcherer, oder die wahrhafte Feldſchererkunſt* Halberſtatt 1680. 8. Heist. Munden 1682. 8. cum ſolis literis M. G. P. porro & Breslau 1687. 4. 1725. 8. 1738. niſi error eſt, invito auctore: inde 1690. 8. 1693. 8. 1698.

1698. 8. Tr. Lipſ. 1715. 8. *. cum nomine P. 1721. 8. Leipz. 1745. 8. Tr. Pluſcula capita ad medicinam faciunt. Morbi caſtrenſes ſectionis IV. Angina; in ea gargariſmos adſtringentes nocere, etſi & ipſe ſuis herbas ejus ſcopi admiſcet. Valde laudat bellidis folia, ut acetarium comeſta, aut ſuccum expreſſum, tum eſſentiam plumbi in aqua diffuſam. Bronchotomen ſibi feliciter ſucceſſiſſe. Dyſenteria: rheum dat, clyſteres mollientes, etiam cum laudano; tum laudanum, equidem cum inutilibus cryſtallis; raſum priapum cervi ſæpe ſibi ſalutarem viſum: tunc adſtringentia, folia querna, radicem biſtortæ & tormentillæ, cum glutine. Febris caſtrenſis, emeticum in principio, aut certe alvum quod ducat, rheum, jalappæ reſina; abſorbentia, alia ex ſeculi more, tamen etiam opium, Malum venereum. Lignorum doctorum non ſufficere, neque chinæ radicem: verum auxilium eſſe in mercuriali inunctione. Sic alii morbi, & ciſta militaris cum formulis & ſcriptionibus.

Ej. *Peſtbalbierer — das iſt eine grundrichtige Beſchreibung wie man alle Arten der Geſchwulſten, Peſtbeulen, Carfunkel, Drüſen, Pfefferkörner, unterſcheiden u. curiren könne* Halberſtatt 1683. 8. Lehmann Francf. Leipz. 1705. 8. 1715 8.*. 1721. 8. Peſtem in civitate Halberſtatt & vidit, & ægris adſtitit. Canibus etiam & porcis per contagium funeſtos bubones erupiſſe. Infantes & florida juventus potiſſimum periit. Se bubonem totis tribus menſibus abſque ſymptomate aluiſſe, qui tum demum ſuppuratus fuerit. Non omnino nunquam peſtem bis eundem hominem inficere. Quinque ſibi fuiſſe bubones, & gravem morbum. Contagium in familiam & domeſticos ſe continuo diffudiſſe. Infectos quidem fuiſſe, qui cauteria fonteſque geſſiſſent mortuum tamen nullum. Amuletorum noxa, carnes ad ſternum uſque exedunt (puto arſenicalia). Urinæ potæ nullas fuiſſe vires. Nicotianæ fumum peſtem non avertere. Venæ ſectionem prophylacticam nocere. Maturandæ medelæ, primæque horæ morbi in uſum medici vertendæ. Sudorem pellentia ſola hic prodeſſe, & aliquoties, ter, quater debere reverti. Confectionem alkermes utilem fuiſſe. Hæmorrhagiam narium boni eſſe præſagii; ſic modicam diarrhœam. Utile bubones & carbunculos mature erumpere. Nullum evaſiſſe, cui maculæ nigræ effloruerint. Manifeſto maximum fuiſſe fætorem, qui a macerato lino oritur. Judæos contagium cavendo ſe tutos præſtitiſſe. Allium veſpillones in peſſimo fætore cadaverum putridorum degentes tutos ſervaſſe. Sulfurei fumi utiles. Hæc fuſe, neque licet conſilia & adnotationes repetere.

Ej. *ausführlicher Unterricht wie die Salivationscur nach allen Umſtänden aufs beſten u. ſicherſte vorzunehmen* Liegniz 1691. 8. 1692 alii; 1700. 8. Tr.

Ej. *groſſer u. neu gewundener Lorberkranz der Wundarzney — unterſchiedene merkwürdige Caſus, bewährteſte Arzneymittel* Fr. Leipz. 1692. 4. 1705. 4. *. Artis chirurgiæ compendium. In quo, ut ſolent, practici ſunt argumenti morbi oculorum aliqui, & cutis, ut tinea, tum angina, narium hæmorrhagia, gonorrhœa, morbus venereus, atrophia, ſcabies, eryſipelas, aut certe cum chirurgia communia cauteria, medicamenta infuſoria. Ecce aliqua ſpecimina. Quando ſaliva

a vi hydrargyri nunc manare incipit, deſiſtendum aliquantiſper, ne peſſima ſymptomata & ipſa mors ſuperveniat: princeps conſilium eſſe, neque nimiam hydrargyri copiam inungere, neque ſalivationem vehementer urgere. Balnea Germanis ignota, ſatis probat, etiam ad experimentum ſuum; inungit autem 4 ad 7 diebus, poſt finem vero ſudandum. Juvenis cum eſſet auctor, eique ſcabies moleſta eſſet, aquam cochleariæ cum ſpiritu theriacali in venam ſibi injici curavit, ſcabiem ſanavit, ut tamen diuturni abſceſſus in brachio ſupervenirent. Sic quotidianam febrem diuturnam in ſe ipſo injecta aqua cardui benedicti ſuſtulit. Chirurgiam transfuſoriam etiam vidit, & adminiſtrantibus adfuit, ut medici ex agni vena jugulari ſanguinem in venam brachii injicerent, optimo eventu: non ita militibus herpete laborantibus, quibus eadem operatio nocuit. Moxæ nullum eſſe periculum, quam laudat, tamen ne inveteratum malum continuo ceſſurum ſperes, neque motum amiſſum recuperatum iri.

EJ. *chirurgia curioſa* Frf. 1691. 4. 1699. 4. TR. Leipz 1716. 4. *. Anglice cum figuris SOLINGENII SPRENGELS *nature and cures of all diſeaſes* Lond. 1706. MARSH. Ejuſdem fere ſcopi. Tinea, eryſipelas, hydrocephalus, herpes, hydrops varius, lues venerea, œdemata, atrophia. Chirurgia infuſoria. Ecce iterum ſpecimen. Feminæ epilepticæ ſpiritum pœoniæ in venas injecit, eam ſanavit, tum aliam aqua hirudinum cum ſale volatili ſuccini: æque hic repetit, quæ in priori opere, dicta ſunt. Hydrocephalus infantis, inciſione levatus, rediit, & cum ſecundo aperiretur, in mortem abiit. Lingua læſa, loquela tamen recuperata. In hydrope ſcarifationes fere in gangrænam abire. Aquæ modicum emittit in una paracenteſi, neque tamen nimis parce. Eventum feliciſſimum narrat, ut morbus etiam integre ſuperatus fuerit. Hydrops labiorum vulvæ: in ſummo periculo gravidam feminam ſervavit ſcarifando; cum gangrænam hic minus metuat. Sic in alia. Puerum hydropicum fruſtra & eventu funeſto tentavit; gelatina per celluloſam telam effuſa erat. Femur enorme, durum, immenſa vi aquæ liberatum, ipſeque morbus ſuperatus.

EJ. *fünfzig chirurgiſche Obſervationes* Fr. Leipz. 1710. 4. *. Sunt omnino octoginta. Aliqua huc faciunt. Virgo epileptica, variis vulgatis medicamentis fruſtra adhibitis, inuſta in concurſu ſuturæ ſagittalis & coronariæ, ad calvariam uſque, optime curata: hanc uſtionem noſter aliquoties adminiſtravit, in eo audax. Aliud exemplum hydropici, cui immenſa vis aquæ per paracenteſin educta fuit: verum hic idem malum funeſto eventu rediit. Gonorrhœa inveterata male curata, cum bubonibus, injectionibus, inſuflato pulvere ceruſſæ, cereis balſamicis, pariter cum plumbo, tandem ſanavit. Alia mala: gonorrhœa purgantibus mercurialibus, injectis ſaturninis, & ſaturninis pariter cereis curata. Malum iſchiadicum vehemens moxa, & uſtione loci dolentis ſublatum rediit, & multa inde ſuppuratio ſecuta eſt, non ſine calumnia chirurgi injuſta.

§. DCCCL. Peter Rommel.

Peter Rommel *von der - Peſt* Frf. 1680. 8.

Ej. *de fetibus leporinis extra uterum repertis & de conceptione extra uterina ep.* Ulm. 1680. 4. *. Fetus in ventriculo animalis repertus.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 97. Apoplexia, inde loquela pene amiſſa, ut tamen aliquas voces monoſyllabas pronuntiaret. Diuturnum neque ſanabile malum.

Ann. IV. *obſ.* 26. paralyſis brachii dextri, ut nullus ejus motus eſſet, niſi dum homo oſcitabat.

Obſ. 3. improbabilis efficacia piperis albi, cujus grana devorata tot ad dies menſium fluxum imminutum ſuſpenderent quot grana femina deglutiverit.

Ann. V. *obſ.* 29. ſerio putat, feminas neſcio quibus ligaturis menſtruam eruptionem differre poſſe.

Obſ. 140, 142, 143, 144, 145. Aphonia, confuſio memoriæ, paralyſis, convulſio, delirium, amblyopia, a venæ ſectione nata & in *obſ.* 141. paralyſis venæ pedis ſectione extemplo ſublata.

Obſ. 149. in gravida frequens & innocua diarrhœa.

Ann. VI. *obſ.* 225. capillos ſe in cranio infixos vidiſſe.

Obſ. 236. & virides in ruſtico, neque eo metallifoſſore.

Obſ. 238. Scarifatione in paroxyſmo ſublata tertiana.

Anu. VII. *obſ.* 207. anevryſma ſponte ſubſidens.

Obſ. 212. Venetiis vidit nanum, ſoluto præmio admiſſus, cui oſſium cerea quaſi mobilitas erat, ut ſtare nequiret, vel gradi, & brachia pedeſque ipſe manu ad lori modum flecteret.

Obſ. 213. tertiana nimium menſtruum fluorem ſedavit.

Obſ. 214. ab amiſſa uvula deglutitio difficilis, ut non facile ſolida, fluida vix ullo modo deſcenderent, & inde phthiſis.

Obſ. 216. felix temeritas purgantis medicamenti tripla doſi dati.

Ann. VIII. *obſ.* 176. Cachinnus hypochondriacus ſedatus antiſpaſmodicis & hypochondriaco malo contrariis.

Obſ. 177. puerperæ lac uberrimum per umbilicum erumpens.

Obſ. 184. calculus quindecim drachmarum diutiſſime in alvo geſtatus, denique maximo nixu edito excluſus.

Ann. X. *obſ.* 193. menſes ſuppreſſi, per diarrhœam compenſati.

Obſ. 198. ſuperſtitioſum auxilium adverſus menſium ſuppreſſionem fruſtra adhibitum, nempe indutum induſium feminæ menſes nunc maxime patientis.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 211. ophthalmia gravis, ſubinde recurrens, mutato oculo.

Obſ. 212. a ſumto pharmaco purgante ſudor effuſus.

Obſ. 213. caſei majori doſi ſanata diuturna dyſenteria.

Obſ. 219, 220. tumores magni verminoſi.

Dec. III. *ann.* IV. *obſ.* 11. morbilli epidemici, pernicioſi. Symptomata. Raucitas diu poſt morbum ſuperſtes; aſthma; demum ſanato jam morbo pruritus faciei pene intolerabilis. Calidis utebatur.

Obſ. 13. Urina in pleuritide nigra; & *obſ.* 14. ex uſu prunorum damaſcenorum, nec quidquam inde mali.

Obſ. 17. tumor enormis mammarum quadruplo mole auctarum, cum febre & metu gangrænæ. Spiritus ſalis feliciter adhibitus.

Obſ. 18. tumor in hypochondrio: rejecti ab emetico ſumto vermes.

Obſ. 19. a verme, ut putat, aſthma.

Obſ. 20. ex ægroti relatione hydrops in ſpelunca ſerpentum prope Neapolim ſanatus, lingentibus ſerpentibus, triduo continuo per octo vel decem horas admiſſis.

Ann. VII. VIII. *obſ.* 39. clyſter a ſano homine abſque cauſa manifeſta, & abſque noxa, per os rejectus.

Obſ. 40. picæ exempla varia.

Obſ. 41. femina abſque menſtruo fluxu fecunda.

Obſ. 43. ſomnus titillatis pedum plantis provocatus.

Obſ. 44. ſola aqua pluviali menſes ſuppreſſi revocati.

Obſ. 46. a venæ ſectione in ſano homine cæcitas incurabilis.

Obſ. 47. puero a variolis confluentibus uberrimis, gula ruptis puſtulis pene clauſa; ridicula oblata & deglutita, via reſerata.

Obſ. 48. & quartana febris lacte ſæpius curata.

§. DCCCLI.

§. DCCCLI. Varii.

J. Mauritii Reinesii *conſilium medicum, wie ſich die Stadt Magdeburg gegen bevorſtehende Gefahr der Peſtilenz in Verfaſſung ſetzen könne* Magdeb. 1680. 4. Gunz.

Halberſtattiſches Peſtbedenken, beydes zur præſervation und curation von den Medicis daſelbſt beſtellt 1680. 12.

Des Officii zu Bamberg höſtnützliches Tractätlein von der abſcheulichen Peſtilenz Bamberg 1680. 8. Tr.

Martin Herr *Conſilium zu præſervation u. curation der Peſt* Görliz 1680. 4.

Ej. *kurzer Bericht wie der lieben Armuth zu gute ein jeder in der Peſt ſich mit Hausarzneyen rahten ſolle*, 1680 4. Tr.

Ej. *conſilium dyſentericum* una prodiit.

Ej. *introductio in archivum archæi vitale & fermenta* Johannis B. v. Helmont 1703. 4. Tr.

Lego etiam *in Phyſiologiam Helmontianam* Tr. X. de archæo ſ. archæi totidem deſtinatis ſedibus reſidentes.

Der medicorum zu Nürnberg u. Ulm Bedenken u. Unterricht, wie man ſich vor der Peſt verſehen u. curiren ſoll Francf. 1680. 12. Huth.

Der Stadt Leipzig verneuerte Ordnung wie es bey anſtekenden Seuchen zu halten Leipz. 1680.

Leipziger Peſtſchade u. Gottes Gnade Altenburg 1681. 4.

Aug. Mich. Dörner *Bericht von der anſtekenden Seuche* Northauſen 1680. 12. Boecl.

Mediciniſches Bedenken wie man bey Infectionszeiten ſich zu verhalten habe Dreſd. 1680. 4.

Des Rahts zu Dreſden Ordnung wie bey ereignenden gefährlichen Seuchen ſich zu verhalten, nebſt angefügten mediciniſche Bedenken Dreſd. 1680. 4.

Der Fürſten u. Stände in Ober u. Niederſchleſien neue Infectionsordnung Breslau 1680. fol.

Christian Ernst M. zu Brandeburg, *Ordnung wie es in ſeinen Landen bey der Peſtilenz gehalten werden ſolle* Bareut 1680. 4.

Ezech. Bauler *kurzer Raht wie ſich der gemeine Mann in Sterbensläuften verhalten ſolle* Ingoldſtatt 1680. 8.

Peſtconſilium von den breslauiſchen phyſicis Breslau 1680. f. Tr.

Kurzer Nachricht wie in Peſtzeiten u. wenn die rothe Ruhr graſſirt, die Landleute ſich præſerviren können Braunſchw. 1680. 4. Tr.

Zelliſche Peſtordnung Zell 1680.

Gott. v. Lankisch *Bericht wie man ſich bey jeziger Peſtilenz zu verhalten* Zittau 1670.

J. Georg Sartorii *Raht in der Peſtzeit* Nürnberg 1680. 8. Boecler.

Ej. *admiranda narium hæmorrhagia nuper obſervata & curata* Altdorf. 1682. 4 *.

Ej. *compendioſa medendi methodus* ib. 1682. 4.

Ej. *de morbo militari ſ. caſtrenſi ſynopſis* Bamberg 1683. fol. Tr.

In E. N. C. *Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 121. Ej. phthiſis poſt hæmoptoen demum victu lacteo ſanata.

Obſ. 123. Gravis angina, ut reſpiratio interciperetur, inciſis venis ſublingualibus, veſicatoriis, enematibus, gargariſmis ſanata.

Christoph Trew *entſchuldigung des lauferbiers u. deſſen Bereitung* Stutgard 1680. 4.

C. W. *einfältiger Diſcours über den jezigen höchſtgefährlichen Zuſtande der ſchädlichen Contagion* 1680. 4.

Bericht wie, ſo die jezund hin und wieder graſſirende Seuche der Peſtilenz, auch in dem herzogtum Würtenberg einreiſſen würde, männiglich ſich zu verwahren und ohne Medicum curando zu verhalten Tubing. 1680. Huth.

Kurzer Bericht wie man ſich wider die Seuche der Peſtilenz verwahren ſoll Tubing. 1680. 8. an idem lib.

J. Christian Voigt *Bericht von einer bequemen Haus- Reiſe- und Feldapotheke* Tr.

J. Chr. Mack *der Obererzgebürgiſchen Kreiſe Schutz und Nothwehr, d. i. mediciniſcher Bericht wie bey den einbrechenden peſtilenziſchen Seuchen ſich zu verhalten* Schleuſingen 1680. 4.

Ej. *parentalia* Schneeberg 1702 fol. Tr.

Frankfurter Apothekertax Francf. 1680. 4.

Country man's phyſician Lond. 1680. 12.

Remède univerſel pour les pauvres gens & leurs beſtiaux 1680. 4. Falc.

Gui.

GUI. ALLARD *Bibliotheque du Dauphiné, les noms de ceux qui ſe ſont diſtingués par leur ſavoir, & le denombrement de leurs ouvrages depuis douze ſiècles* 1680. 12. B. B.

De la CHAUME *tr. de médecine contenant la parfaite connoiſſance de l'homme, la ſanguification* Auxerre 1680. 12. Urinarum prognoſtica. Lego etiam medicamenta deſcribere ſpecifica.

Hiſtoire de la peſte d'Allemagne, ſon origine, ſes progrés, les ravages qu'elle cauſe &c. 1680. A præſidiariis turcicis Neuhäuſelii malum manaſſe.

Guériſon des fièvres par le Quinquina Lion 1680. 12.

Differenza tra il cibo ed il chocolate Firenz 1680. 8.

J. a DEODATUS NAVARRO *hacha de ulices cui reſplendor flammante de luz a las obſcuridades deſvanece los ſombrales que contiene un diſcorſo medicinal y queſtion medico moral quæ pretende probar que la inſeperation de habito que obſervan los PP. Capuchinos en ſus enfermidades is in compatible con el buon methodo curativo, i conſiguientemente inloable ni meritoria* Hiſpal. 1680. 4. C. de V. Capucini in ſuis morbis debent veſtes mutare.

MATTHIAS DE BEINZA *dos diſcurſos uno ſobre los univerſales polveres purgantes de la quinta eſſencia del ſol chymico con los quales ſin ſangria ſe pueden curar todas las enfermidades que ſe tienen per incurables, con una declaracion al fin de la utilitad del arte chymica contra los que tienen averſion a ella* Bajon. 1680. 8. C. de V.

Regole per contagio Ferrar. 1680. cum remediis.

JOH. ALVERES BORGES ex dioceſi Braccarenſi medici veterinarii, *practica y obſervationes pertenecientes al arte de abbeiteria en que ſe manifeſta del modo particular con que ſe doven curar las mas graves cauſas que ſe pueden oferr en eſta arte* Madrid. 1680. 4. C. de V.

SAMUEL JANSON *verhaal van venus plage of vuyle pokken* Roterd. 1680. 8. 1685. 1736. 8. ASTR. Germanice *Abh. von der Venuskrankheit wie dieſelbe ohne ſalivation zu curiren und worinn die vom Autor gut befundenen Medicamenten gezeigt werden.* Dreſden 1703. 8. Negat luem veneream in America endemiam eſſe. Ortum mali ad Africanos Ætiopes transfert; ſalivationem rejicit, guaiacum laudat & decoctum ſudoriferum.

A true Account of the Royal Bagnio with a diſcourſe on its virtues Lond. 1680.

J. FRID. RAVIN ſi recte lego, *præſervatorium univerſale in omni morbo* Laubac. 1680. 8. Lapis philoſophorum.

GOTTR. DAVID CLEMASIUS *de medicina ægrotorum* Turin 1681. 8.

§. DCCCLII.

§. DCCCLII. DISPUTATIONES.

BENJAM. FISCHER *de ſcorbuto* Leid. 1680. 4. *.

ARNOLD v. DYCK *de paſſione colica* ib. 1680. 4. *.

AMELDONCIUS v. FORSTT *de epilepſia puerorum* Leid. 1680. 4. *.

. . . . FUTZIUS *de vertigine* Leid. 1680. 4. ex catal.

THEOD. HEISTERMANN *de ſuppreſſione menſium* ib. 1680. 4.

J. GEORG POTTER *concluſiones ex univerſa tum clinica tum chirurgia medicina deſumtæ* Leid. 1680. 4. *.

JAC. BODOLO *de cephalalgia* ib. 16*0. 4.

PETRI JENS *conſiderationes quædam circa corpus humanum* ib. 1680. 4. *.

ABR. BEX *de melancholia* Utrecht 1680. 4. *.

GEORH KEMBLE *de catarrho* ib. 1680. 4. *.

J. DIETERICH BRANDES *de epilepſia* Utrecht 1680. 4. RIV.

CNT. FRID. DANKWERTS *de phthiſi* ib. 1680. 4. PL.

PETRUS SCHEITSMEIER *de epilepſia* Utrecht 1680. 4.

S. GERLACH EBEL *de ileo* ib. 1680. 4. *.

JAC. CURTIUS *de phthiſi* id. 1680. 4. *.

HENR. DAELHAUSEN *de inflammatione* Duisburg. 1680. 4. *.

GUIL. HOLTMAN *de Hemitritæa ſ. febre tertiana continua* ib. 1680. 4. *.

JUL. JOACN. FRISIUS *de aquæ potu* Regiomont 1680.

J. E. PFUEL *progr. in funera* NIC. SCHULZII *medici* Stettin 1680. 4. B. B.

EJ. *Programma in funera* JAC. TOPPII Helmſt. 1080. 4.

J. GERDES *de peſte ejuſque veneno & indole* Wittenbergæ 1680. 4. HANSEN.

ARNOLD CURTIUS *de ſcorbuto* Marpurg. 1680. 4. *.

J. WERNER GILLENIUS *de variolis* ib. 1680. 4. *.

SIM. HERM. MUSÆUS *de* HIPPOCRATIS *in jure tum canonico, tum civili authoritate* Gieſſ. 1680. 4. *. & in VALENTINI collectione integrum ſyſtema medicinæ legalis.

J. G. BECHT *de ſyncope* Gieſſ. 1680. 4. MENZ.

J. JAC. MISLER *de viſus ſtatu naturali & præternaturali* ib. 1680. 4. *.

ERN. ARNOLD *de epilepſia* Erfurt 1680. 4.

JAC.

JAC. FRID. DEHNROTHFELSER *de experimentorum chymicorum quorundam regni mineralis iniqua applicatione & explicatione* Erfurt 1680. 4. Si huc facit.

ERN. FRID. SCHELHAS *æger catarrhali defluxione laborans* Jen. 1680. 4. HEF.

PET. MULLER *de jure prægnantium, vom Recht ſchwangerer Weiber* Jen. 1680. 4. recuſ. 1732. 1742. 4. Wittenberg. 1708. HEF.

J. VIT. HELMUTH *S. Apollinæ palæſtræ acies* Herbipoli 1680. 4. TR.

FRANCISCI KLEIN *an transfuſio ſanguinis utilis ſit & admittenda* Herbipoli 1680. 4. Leid. 12. TR.

J. CHRIST. CÆSAR *de aſthmate* Altorf. 1680. 4. HEF.

LUD. MILLER *de varcibus* ib. 1680. 4. HEF.

J. CHRISTOPH MASER *de pernionibus* ib. 1680. 4. HEF.

FRANC. JAC. KELLER *de pleuritide legitima* Baſil. 1680. 4. PL.

J. RUD. BECK *de gonorrhœa virulenta* ib. 1680. 4.

FRID. HAUCK *de vi medicinali* ib. 1680. 4. MOELL.

PETRI PAULI GAYANT & J. CLAUDE *de l'*ARBRE, *Non E. ſi materia non turgeat, ineuntibus morbis purgandum* Pariſ. 1680.

PETRI CRESSE' & J. CLAUD. *de l'*ARBRE *E. duntaxat declinante paroxyſmo febrium utilis purgatio* ib. 1680.

PETRI *le* RAT. & PONT. MAURIN *Non E. rejicienda qualibet nutrix, cui fluunt menſtrua* Pariſ. 1680.

§. DCCCLIII. DIARIA ad a. 1680.

In *Zodiaco Medico Gallico, ſ. temple d'Eſculape* NICOLAI BLEGNY.

BELIN medici Vaslanienſis. Menſes per oculos quatriduo, & periodice, manantes.

GUENIOT medicus Lagnienſis paſſus eſt febrem quartanam quam deſcribit & cujus duo quovis die erant paroxyſmi, ut tres horæ frigoris eſſent, ſeptem caloris, intermiſſio adeo non ſupra tres vel quatuor horas ſibi haberet; morbi diuturni tandem catharticum finem fecit, quo ſumto vomitu rejecit maſſam fibroſam ſolidam membrana tectam.

MOTTE chirurgus, Femina, quæ gravida putabatur, aqua ex utero egeſta convaluit.

GUIDO CRESCENTIUS FAGON, inde comes archiatrorum in epiſtola *reſponſoria* ad Abb. BOURDELOT inſerta in *Temple d'Eſculape* in *Zodiaci medico Gallici* annum 1680, de morte agit ducis *de la* ROCHEFOUCAULT, quem peripneumonia abripuerat.

PETRUS RUSSE medicus, in corde ipſo lapidem vidit, tum in muſculo deltoide, inque teſticulo.

D. HABERT Pharmacop. de efficacia aquæ ſtillatitiæ e ſucco vermicularis ad arenulas renum.

BAUX medicus Nemauſenſis. Puer cachecticus inciſus. Viſcera abdomini tranſpoſita in alterum latus, cor maximum, una dextrorſum ſpectans. Caput juſto majus.

LANGE medicus Lexovienſis. Apertus, qui febre continua laboraverat: hepar ampliſſimum, corpuſculis duris undique adſperſum; lien etiam triplo juſto major; in ventriculo dextro cordis polypus.

IDEM de electione venarum ſecandarum.

EJ. *traité des vapeurs, ou leurs effets & leurs remedes ſont mecaniquement expliqués* Paris 1689. 12.

EJ. *hiſtoire de la fille maleficiée de Courzon* Liſieux 1717. 12. Vomuerat corium multæ acus ſub cute eminentes excidi poterant, etiam de mammis.

DUPUY medicus in *Fontenai le Conte*. In phthiſico duo lienes; ex ea fabrica putat phthiſin natam. Abſceſſus mediaſtini, qui ad octo uncias puris dedit, abſque prægreſſo ſymptomate.

D. LANDEUS BAUGRAND chirurgus: Abſceſſus ſupra apophyſin mamillarem, ortus a purulento pulmone. In cerebri ventriculis pus effuſum. Calvaria tota carioſa.

DE LA SAUX ſcriba, cum ſenex nuptias iteraſſet, neque poſſet neceſſario opere defungi, repertum eſt verumontanum tumidum, juglandi æquale, durum, ſemen in lapides redctaum, ut duriſſimi calculi piſi mole in vaſis hærerent ejaculantibus.

JAMOT chirurgus; in puella, cui urina ſuppreſſa fuerat, ren alter deerat, alter duris glandulis plenus; pelvis & ureter inanis, pectus ſero plenum.

MONGNOT *de la guériſon de la fiévre par le Quinquina* Lion 1679. 12. hic redit, latine verſ. a BONETO. De cortice Peruviano. In vino debere infundi; poſſes & aqua uti, ſed aucta tunc quidem corticis doſi. Fermentum acidum præcipuam cauſam eſſe febrium; huic corticem mederi. Poſſe opium addi, non tamen neceſſe videri. Ne morbus redeat, octiduo uſus corticis continuandus. in continuis febribus corticem non valde probat, niſi in principio.

GALTERII medici in Niort.

De utilitate miſſionis ſanguinis diſſ.

IDEM

IDEM *an potum glacie refrigerare conveniat?*

ID. *de malo effectu pathematum animi.*

In *Temple d'Eſculape* 2 tom. pro a. 1680. Pariſ. 1680. 12. Virgo per anum dejecit acus balænarias, virgas minutas, fere abſque fæcibus.

CRETET diarrhœa longa a calculo, ut putat, bilario, totam replente veſiculam.

ROBERTE chirurgi, de ſurditate curata extracta de aure gypſea maſſa.

DE PASSIS de diabete. Quæ plurimum aquæ bibit ob ſitim intolerabilem, cum vomitu & diarrhœa ſalutari.

IDEM de morbo nigro, vomitu fuliginis ſimili, inde funeſto maraſmo.

Tabidus cum pure vermes rejecit felici eventu.

In *Journal des Savans* 1680. n. 8. Epiſtola de educandis abſque nutrice infantibus, pulte, aqua cum aniſo cocta & pane biſcocto.

N. 14. de experimento ALPRUNI dubia GEORGII FRANCI, & ad ea reſponſio MOYSIS CHARAS.

SIMONIS SCHULER ſermo adverſus Judæos medicos.

Lettre à M. DODART *ſur la préſervation de la peſte.*

In THOMÆ BIRCH T. IV. varia exſtant de lapido illo medicato ſerpentino, quem KIRCHERUS laudaverat.

CROUNIUS amarum eſſe invenit, & eundem putat cum lapide porcino.

PAMAN de enormi calculo ex veſica equi.

§. DCCCLIV. BERNARDINUS RAMAZZINUS.

RAMAZZINUS Mutinenſis medicus & philoſophus, profeſſor primarius Patavinus.

Primum ejus opus initium facit aſperæ controverſiæ cum J. ANDREA MONEGLIA medico practico.

Scripſerat RAMAZZINUS *relazione ſopra il parto e la morte della S. Marcheſina* MARTELLINI BAGNESI Modena 1680. f. CINELLI 1681. MONGIT Puerpera, cui ſecundæ non evulſæ fuerant, tertia a partu hora obierat.

Ad hanc relationem MONEGLIA cenſuram ſatis aſperam ediderat, magno crimini imputaverat, quod ſecundæ non ſolutæ fuiſſent, quæ non quidem putridæ, ſed preſſione ſua potuerint matri nocuiſſe. Exſtat in *collectione* poſthuma.

Reſpondit RAMAZZINUS *in riposta alla censura del* D. MONEGLIA.

Eodem adhuc anno MONIGLIA edidit *riſpoſta ad una riſpoſta del* S. B. RAMAZZ. &c. Firenz 1681. fol.

Iterum reſpondit RAMAZZINUS, *riſpoſta alla ſeconda cenſura del* S. J. A. MONIGLIA Reggio 1681. f. & Firenz 1681. fol.

Tertiam cenſuram addidit MONIGLIA Florent. anno 1682. fol. CINELLI cum primo RAMAZZINI libello; titulus eſt *Riſpoſta ad una ſcrittura del* S. D. B. RAMAZZINI.

Reſpondit RAMAZZINUS in *riſpoſta alla terza cenſura del* S. J. A. MONIGLIA *ſtampata a Colonia*, & cenſuram ipſam recuſam dedit Modena 1682. fol.

Iterum MONIGLIA repoſuit *Riſpoſta alla terza cenſura del* S. B. RAMAZZINI cum reſponſione RAMAZZINI Firenz. 1682. fol.

Succeſſit nova reſponſio RAMAZZINI *diſcorſo legale ſopra le riſpoſte date del* S. MONIGLIA *contro l'opuſculo del* S. RAMAZZINI *in occaſione del parto e morte della* S. M. BAGNESI Modena 1682. f. Hoc ſcriptum, tum quæ ſequuntur tria alia, non exſtant in *collectione Mutinenſi*.

Et novum ſcriptum MONEGLIÆ, *riſpoſta*, neſcio an fuerit *diſcorſo cavalleresco ſopra le querele del* S. RAMAZZINI *e* D. G. H. MONEGLIA *dependenti d'alle ſcritture publicate da medeſimi in occaſione della morte della March.* N. N. Firenz. 1682. fol.

Ej. denuo RAMAZZINI *conſulto etico legale ſopra la ſcrittura ultimamente publicata per parte del* S. MONEGLIA *nella controverſia da lui moſſa al* S. RAMAZZINI Francf. 1683. fol.

Et iterum J. R. MONEGLIA *diſeſa del diſcorſo cavalleresco ſopra le querele del* S. RAMAZZINI *e* MONEGLIA *in occaſione della morte della Marcheſa N. N. contro il conſulto etico legale ſopra la ſcrittura ultimamente publicata dal* S. MONEGLIA &c. Lucca 1684. 4.

Præparaverat denuo RAMAZZINUS *riſpoſta alla quarta cenſura del* S. G. A. MONEGLIA.

Relazione di tutto quello che ſagiuto nella controverſia litteraria tra gli S. N. N. B. RAMAZZINI, *intorno alla malattia e morte della S. Marcheſa N. N.* Sienna 1683. fol. Opprobrioſum ſcriptum eſſe; CINELLI.

Ea cum lite *faſciculo poſthumo* prodiit Mutinæ 1758. 4. *. cum titulo, *controverſia medico letteraria fra* G. A. MONEGLIA *e* B. RAMAZZINI *in occaſione del parto e della morte della Marcheſa* MARTELLINI BAGNESI: edidit JOSEPHUS RAMAZZINUS, BERNARDINI *nepos*, *&* *lucubrationes medico chirurgicas* addidit *de* com-

communi perículoſa methodo evellendi manu ſecundinas ex utero. BERNARDINUS defenderat, non a placenta reſide, ſed a febre maligna illuſtrem puerperam exſtinctam fuiſſe, cujus febris ſeminia præſto fuerant, quæ eadem multas domos dudum infecerant. Aſpera ironia utrinque adhibita fuit, ut demum princeps ſcriptum RAMAZZINI ſupprimeret. Nepos oſtendit periculo plenam rem eſſe ſecundam evellere, vetereſque maluiſſe rem naturæ committere; in brevi tempore placentam non poſſe nocuiſſe, & tentatam evulſionem in illa puerpera dedecori medico fuiſſe ceſſuram, qui tentaſſet.

EJ. *de conſtitutione anni* 1690. *ac de rurali epidemia, quæ Mutinenſis agri colonos adflixit diſſ. &c.* Mutin. 1690. 4. TR. in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* 9. Multo utilior labor. Præceſſerat frequens tritici rubigo: tum frigida & pluvia hiems, iterumque rubigo, vernæque febres, quæ per æſtatem in duplices ſemitertianas degenerarent, quas nullus fere colonorum effugit, plurima cum verminatione. Accedebant in nonnullis ægris parotides, quæ in ſuppurationem verterentur. Corticem peruvianum malo fere opponebant, infidam vero curationem obtinebant. Theoria: malum ab acore noſter derivat, aque rubigine. Medicamentorum nullus erat effectus. Non proderat ſanguinis miſſio, etiam ut noceret: cortex peruvianus ægros in maximum diſcrimen præcipitavit.

EJ. *conſtitutio epidemica anni* 1691. *ad* LEIBNIZIUM Mutin. 1691. 4. TR. Frequentes fuiſſe polypos, ſic apoplexias. In leviori apoplexia deglutitio abolita per 66 dies, ut æger ſolis clyſteribus aleretur, demum ſponte fere reſtituta. Inde ſcabies epidemica. Per æſtus æſtivos febres tertianæ intermittentes, etiam cum papulis efflorescentibus.

EJ. *de conſtitutionibus trium ſequentium annorum* 1692, 1693 & 1694. *in Mutinenſi civitate & ditione* Mutin. 1695. 4. Patav. 1704. 8. Pluvius primus annus & multa iterum rubigo: hiems anni 1693 & 1694. rigida. His tribus annis dominata eſt febris petechialis, ut tamen purpura non erumperet, niſi æſtate. Duas eclipſes multos adflixiſſe. Pulſus parvus, vires proſtratæ, morbus ipſe florenti ætati gravior. Multis facies inflammabatur, exulcerabatur. Unica criſis erat. Petechiarum eruptio. Frequens ſingultus; multis ſuppreſſa urina: multi veternoſi, ſtupidi; gravius adfligebantur urbani. Sanguis fluidus, ruber & diſſolutionem prodens, idem certa cum pernicie ægroti mittebatur. Alcalinorum remediorum malum effectum cum perſpexiſſet noſter, ad acida confugit, neque ſucceſſus defuit. Saburram utiliter de ventriculo expurgabat. Corticis peruviani uſum potius nocuiſſe. Dyſentericis anni 1693. opium proderat.

Has *conſtitutiones epidemicas* edidit extractu cum SYDENHAMIO Genevæ 1728. 4. *.

EJ. *de abuſu chinæ chinæ diſſ. epiſtolaris.* Nullam excretionem ab eo cortice promoveri. Male in omni febre, etiam intermittente, abſque diſcrimine cor-

ticem exhiberi: neque ſe felicem ejus effectum expertum eſſe: nocere melancholicis, pituitoſis; febrem ſupprimere, ſed cum majori damno. Abunde ſe corticem exhibuiſſe, malis ab eventibus prudentiam didiciſſe. Nunquam ab eo auxilio perfectam apyrexiam obtineri. In continuis febribus & malignitatem habentibus vulgo exhiberi, ſe vero teſtem eſſe pernicioſi effectus & proſtratarum ab ejus uſu virium.

Ej. *de morbis artificum diatriba* Mutin. 1700. 8. LAMPRECHT. Ultraj. 1703. 8. *. PORTIO *de vetere medicina.* Cum *ſupplemento ejusdem argumenti, & diſſ. de ſacrarum virginum tuenda valetudine* Patav. 1713. 8. ASKEW. Venet. 1743. 8. Utrecht 1707. 8. TR. Italice *malattie degli artifici* Venez. 1745. 8. Germanice *Unterſuchung von den Krankheiten der Künſtler u. Handwerker* Leipz. 1705. 8. 1718. 8. cum BAGLIRI praxi med. Anglice Lond. 1725. 8. *diſeaſes of tradeſmen* ſic 1746. 8. Belgice *van de ziekten der kaufemans ambapteteden en handwerkers* Lond. 1724. Hujus libri ſumma ubique fuit exiſtimatio, cum novum argumentum pro dignitate tractaſſe videretur. Multa quidem collegit, & aliqua mala paſſim putes, alicui peculiari morbo propria eſſe, multa tamen prior & utiliter vidit, & ſparſa ad perficiendum argumentum apta collegit. Morbi metallici, hi minus pleni, ut in viro a metallis remoto: morbi inauratorum, jatroliptarum, ſeu chirurgorum, qui mercurialia unguenta illinunt. Morbi chemici: lis mota chemico, ob officinam, in qua vitriolum calcinabat; teſtimonium medici accolas tabidos frequenter interiiſſe; vitriolum tamen, merito ut puto, abſolutum eſt Figuli morbique ſaturnini, breviter. Stannarii; arſenicum tamen in ſtanno latere noſter ignorabat. Vitrorum coloratorum artifices; uti antimonio cum auro contrito; inde pulmones aliis exulcerari, alios ſubito interire, proprio experimento. Pictores valetudine eſſe infirma: RAPHAELEM ante tempus periiſſe. Sed plura omitti neceſſe eſt.

Ej. *orationes jatrici argumenti* Patav. 1708. 8. *. Venet. 1739. 4. 2. vol. Rhetorice in univerſum ſcripſit empiricis propior. 1. In ſolenni Mutinenſis Academiæ inſtauratione. 2. *Secularis* Patavii habita 1700. Inventa ſeculi nunc maxime elapſi. Circuitum ſanguinis SARPIO tribuit. 3. Felicius curari plebeios quam nobiles 1701. 4. Veram febrium theoriam eſſe inter deſiderata. 1702. Hactenus tamen corticem peruvianum laudat, ut valde deſideret ſimilis efficaciæ remedium adverſus continuas febres. 5. Medicam artem ſimilem eſſe navigatoriæ, anni 1703. 6. Multum conferre practico medico, ſi norit quænam ſit publica de ſe opinio, 1704. 7. Medicum & antiquitatis ſtudio & novitatis perfici 1705. 8. Simplicitatem in medendo compoſitis præferendam 1706. 9. Nullum eſſe theoricæ medicinæ jus, ut ſupra practicam dominatum adfectet 1707. Multa in medicos theoreticos. MERCURIALIS & CAPIVACCII in peſte adgnoſcenda & curanda infelicitas. In nimium corticis peruviani uſum, de medicina ex ſacris literis eruenda. 12. Mediçinam cepiſſe negligi, cum magis

magis eſſet æſtimanda 1710. 13. De lue bubula repetenda 1713. 14. Medicum valetudinarium melius valetudini ægroti conſulere, quam alium cui firma eſſet ſanitas. 15. De peſte repetenda. 16. De medica peregrinatione ſi non neceſſaria ſaltem perutili 1714. Porro in edit. 1739. 12.

Ej. *hiemalis conſtitutio algidiſſima anni* 1709. ſenſim etiam dato Patav. 1709. 8. *. Celebrem hanc ob ſuam immanitatem hiemem deſcribit; barometricis adſuetus adnotationibus, multa inde mala metuit. Magnam id frigus ſtragem edidiſſe civium.

Ej. *de principum valetudine tuenda* Lipſ. 1711. 8. Traject. 1712. 8. Venet. 1743. 8. Aeris in corpora humana poteſtas, nuperis melius cognita. Principes fere minus idoneis cibis uti: corporis exercitationem principi valde neceſſariam eſſe. Minus ſalubriter noctes vigiliis, ſomno diem traduci. Periculum ab animi adfectibus eſſe maximum. Principem literas amare poſſe, nimium iis indulgere non debere. Obeſitatis incommoda. Ut cavendum ſit a morbis, quibus venus & bacchus ſunt pro parentibus. Ratio vivendi.

Ej. *de contagioſa epidemia, quæ in Patavino agro & tota fere Veneta ditione in boves irrepſit Oratio, dicta a.* 1711. 9. Nov. Patav. 1710. 8. 1712. 8. & n. 13. Lipſ. 1713. 4. Tr. Germanice Hannover 1746. 4. Cum primum illa lues in Europa innoteſceret, quæ ſopita paſſim, nunquam ſerio ſuppreſſa fuit, medici Itali in ea deſcribenda & conſiliis dandis multi fuerunt, pene abſque experimento tamen, & ex cathedra. Noſter equidem ad extiſpicia refert, in omaſo durum parietibus valide adhærens corpus repertum fuiſſe; in cerebro & pulmonibus veſicas aere plenas, quæ diſſectæ mephitidem exhalarent; ulcera in media lingua: ita manifeſto diverſorum morborum ſymptomata immiſcuit. Febrem eſſe malignam a bove Dalmatico in Italiam illato. Morbum obeſos & ſaniſſimos boves potiſſimum adgreſſum. Corticis peruviani uſum permittit, ſed magis adhuc cornu cervi, viperinas carnes, antimonium diaphoreticum. Cautelæ aliquæ.

Ej. *de peſte Viennenſi diſſ. habita a.* 1713. *die* 10. *Nov.* Ab hieme tamen mitigatam fuiſſe Patav. 1713. 4. & 1748. 8.

Ej. *adnotationes in librum* L. Cornarii *de vitæ ſobriæ commodis* Patav. 1714. 4. maj. Tr. Exemplum viri, cui carcer 19. annorum podagram abſtulit. Poſſe tamen nimia jejunia nocere. Fætor oris jejunantium nimis certus.

Opera omnia, qualia eo tempore prodierant, conjuncta prodierunt Colon. 1689. 4 Wachend. Deinde plenius Genev. 1716. 4. 1717. 4. *. Lond. 1717. 4. vel 1718. 4. quæ editio nihil differt. Neapoli 1739. 4. Venet. cum nomine Londini 1742. 4. 2. vol. Lego etiam Patav. 1718. 8. 4. vol. pleniſſime prodiiſſe.

Vita

Vita acceſſit, *ſcripta a* BARTHOLOMÆO RAMAZZINO *nepote.* Prodierat etiam Lipſiæ 1711. 8. cum l. *de principum valetudine.* In editione Genevenſi 1717. 4. tres poſthumæ orationes acceſſerunt.

§. DCCCLV. LUCAS TOZZIUS.

Averſinus, CORNELII Conſentini diſcipulus, Archiater Pontificius, Neapolim rediit, ibique vitam finiit, eclecticus, multa ſimilia habens placitorum & ſtudiorum LEONARDI a CAPOA.

EJ. *medicinæ pars prior theoretica* Lion 1681. 8. *. Venet. 1717. 4. Additur multo hanc editionem eſſe auctiorem.

Pars major phyſiologici eſt argumenti: ſuccedunt aliqua pathologica, de morbis, de morborum cauſis, de morborum ſymptomatibus, de ſignis adverſæ valetudinis, de temporibus morborum, de criſibus & diebus criticis.

Denique practica nonnulla, de methodo WALÆI & HELMONTII, de experientia, ratione & analogiſmo, de pharmacis, catharticis & emeticis, diureticis, hidroticis, de venæ ſectione &c. Mortuos eſſe tres homines, qui in ciſternam cloacinam deſcenderant purgaturi. Pilulæ cera obductæ poſt triduum integræ rejectæ, cum ſucci ventriculi noſtri ceram minime reſolvere valeant. Morbum a tarantulæ morſu naſcentem adeo verum eſſe, ut increduli Hiſpani animalculi morſum experti ſæviſſima ſymptomata paſſi, & fruſtra ad choreas invitati fuerint. Venæ ſectionem non valde probat. Galenicis nuperis infenſus, chemica remedia laudat.

EJ. *medicinæ pars altera practica* data a. 1686. Bonon. 1697. 4. GMELIN, 8. TR. Morbi a capite ad calcem recenſi, cauſæ cujuſque morbi, ſigna, curatio; in qua magnæ ſunt partes auxiliorum chemicorum. Plethoram, venæ ſectionem, veſicatoria rejicit; in febre, podagra, arthritide alcalia laudat; demum in continuis febribus mercurium dulcem accenſo ſpiritu vini elotum; in tabe aquam deſtillatam ſcrofulariæ. Teſtem ſe offert, in empyemate iridem florentinam, carduum benedictum, ſulfuris balſamum utiliter data fuiſſe. In ſanguine ſiſtendo certas eſſe vires polypori, in aliis etiam excretionibus compeſcendis. A variolis in pulmone erumpentibus, & ulceribus inde natis, phthiſis. Tabem in tota gente hereditariam fuiſſe. Cauſam palpitationis ponit in polypo, in ramo venæ cavæ adſcendente poſito, quo auriculæ dextræ committitur. Sacerdos, qui nunquam ſitiit, & parciſſimo potu contentus vixit. Plagii crimine non purum eſſe MORGAGNI *Ep.* I. n. 80.

EJ. *commentarius in Hippocratis aphoriſmos* Neapol. 1693. 4. & in *Oper. omn.* T. II. & III Fuſum opus, plenum ratiociniis & nuperorum theoriis, quibus ſenis viri effata fulcire conatur & declarare. Aliqua propria habet experimenta & reſtaurationes effatorum nimis generalium HIPPOCRATIS. Contra uſum

uſum medicamentorum purgantium in univerſum declamat. Fermentum febrile expugnari cortice peruviano, neque unquam cathartico etiam validiſſimo. Quartanam nos facile ſanare, hactenus veteribus ſuperiores. Dolorem minorem a majori exſtingui. Elephantiacum monachum vidit, qui tamen neminem inficiebat. Variolas & morbillos Græcis non videri ignotos fuiſſe morbos. In variolis laudat calida, dat aquam theriacalem, elixir proprietatis, viperarum pulverem. Bilem in venas non reſorberi. A medico ebrius pro apoplectico curatus, cum ſummo dedecore. Aſcitica mulier concepit, peperit, a partu tamen interiit. Moſchus innoxius, nonnunquam feminas fecundas reddidit. Scabiem eſſe ab animalculis, curari per ea, quæ eas beſtiolas enecent. Qui a paracenteſi levatus videbatur, cito tamen interiit.

Ej. *in* GALENI *artem parvam paraphraſtica anacephalæoſis*, parum habet proprii Patav. 1711. 4. TR. 1717. 4. Phlegmonem ab acido derivat; venæ ſectionem negat in inflammatione utilem eſſe.

Peculiares libelli *de recto uſu rerum non naturalium* Venet. 1713.

De faſcino & incantamento credulus, morbos a dæmonibus per ſagas inmitti credit.

Theſes phyſicæ ex ſacris literis ſumtæ citantur in T. XII. *Giornale de letterati*; neſcio an ad nos faciant.

Opera omnia 5. vol. Patav. 1711. 4. Venet. 1721. 1728. *. 1747.

Vitæ compendium eſt in *Giornale de letterati* T. XXXV. & cum operibus.

Elogium in HYACINTHI GIMMA *Elogi academici della ſocietà degli ſpenſierati* Napoli 1703. 4. B. B. Sed obiit a. 1717.

§. DCCCLVI. VITUS RIEDLIN.

VITI fil.

Ulmenſis medicus clinicus hoc anno 1681. *de aqua minerali.*

An fuerit Ej. *diſp. inauguralis de loquelæ ſymptomatibus* Argent. 1652. 4. Vix puto.

Sed ejus eſt *obſervationum medicarum centuria* Aug. Vind. 1682. 12. Ejuſdem libri *altera centuria* Ulm. 1721.

Ej. *Anmerkungen zur ſorgfältigen Auferziehung der Kinder* Nürnberg 1688. 8.

IDEM a. 1691. 12. Aug. Vind. edidit *patavinarum obſervationum medicarum centurias tres.*

Ej. *linearum medicarum per ſingulos menſes continuo ductarum* anni 1695, 1696, 1697, 1698, 1699, 1700, 1701, 1702. 8. vol. Aug. Vind. 8. *.

quem numerum plenum eſſe puto, non undique certus. Adnotationes ſunt varii momenti, numeroſæ, ad quadringentas in unico anno 1700. Curandi ratio debilior, qualis paſſim eo ævo in Germania præſcribi ſolebat; multum pulverum, multum cinnabaris. Credulus paſſim recenſet, quibus fidem habere nequeas. Morborum cæterum ſunt hiſtoriæ cum proëmiis. In hydrope ſaccato vidit tubam dextram aqua diſtentam ad quatuor libras; in altera tuba hydatis, veſicula fellis ulceroſa cum bile alba. Ante hydropem, cum nullus ſudor prodiret, urina naturalis quidem ſimilis, ſed potu dimidio parcior. Pro theæ innoxio uſu apologia. A febre vehemente puſtulæ in præputio & pene. Opium in maniaco utile. A mercurio dulci ſumto vomitus. Ab eodem cum jalappa miſto, tamen ſalivæ fluxus in nocturno dolore ſalutaris. Femina hydropica umbilicum ſibi ipſa felici audacia incidit. Scarifatio ſcroti funeſta, cum gangræna cohibita fuiſſet. Cephalalgia graviſſima, & intra vigeſimam quartam horam recurrens, plurima prius aqua ſpumoſa per os & nares ejecta. Sphacelus pedis neglectus, idem funeſtus. Felix uſus pulveris ſtomachici BIRKMANNI, etiam adverſus ventriculi dolores.

EJ. *iter medicum* Aug. Vind. 1702. 8. *. Ex febre icterum paſſus erat, hinc arthritidem; ad eam curandam acidulas Ubukingenſes adiit, & obvia adnotavit, quæ inter multa ex ore cauponum hauſit, manifeſto fabuloſa. Aſarum pro hepatica a pharmacopola oblatum. Sphacelus ſcroti curatus. Subluxata vertebra, urina ſuppreſſa: malum tamen facile venæ ſectione ſuperatum.

EJ. *methodus curandi febres genuina & hodierna baſi* 30 *annorum ſuperſtructa* Ulm. 1705. 8.

ID. *manuductionem ad ſtudium medicum patris brevem notis ſuis auctam* edidit Aug. Vind. 1706. 8. *. Notæ filii ipſo paterno opuſculo ampliores ſunt, & laudes aliquot librorum continent, quos in arte utiliores eſſe putat. Laudat opus botanicum ineditum CHRISTOPHORI JACOBI LAUBER Auguſtani qui diverſorum botanicorum varia in unum catalogum collegerit: tamen & in univerſum Germanorum fere libros citat.

EJ. *medulla pharmacopœæ Auguſtanæ* Ulm 1707. 8. TR. 1711. 8. cum viribus medicamentorum ſimplicium tum compoſitiones aliquæ.

EJ. *Bericht von den fürnehmſten Verrichtungen eines Wundarztes ſamt einem Anhang von dem Urtheil aus dem Harn* Ulm 1721. 8.

EJ. *curarum medicinalium millenarius* Ulm 1709. 4. *. Frf. Leipz. 1736. cum titulo: Obſervationum medicophyſicarum ſylloge. Practicas ſuas adnotationes admiſcet: collectio ex nuperis ſcriptoribus, etiam potiſſimum ex VERHEYENIO, credulus idem & ſuperſtitioſus. Non ideo ut amplum volumen uſu careat. Ab unguento mercuriali alvus citata. Impetigo humida ſempervivi ſucco curata. Mercurio mota ſaliva, ſed una menſes redditi.

A

A diarrhœa ſuppreſſa aſthma. Oleum macis ſtillatitium in vomitu conpeſcendo efficax. In febre petechiali, cum ſanguis decolor decederet, & per errorem aqua perlata clyſteris loco infuſa fuiſſet, felix fuit effectus & ſanguis ſuppreſſus. In cancroſa fruſtra hydrargyro ſaliva mota. (Citam inde per convulſiones mortem vidi ſucceſſiſſe). Salicis foliis impoſitis pedum tumor diſſipatus. Tuſſis in gravida bellidis juſculo curata. Mortes inter choreas ſubitæ. Atrophia a carnoſa maſſa pingui mole ſua duodenum comprimente.

Ej. *Unterricht von den Embrochis* Ulm 1710. 8. *. Hiſtoria embrochæ ab ipſo Celſo jam laudatæ. Morbi in quibus profuerit (paſſim collecti); tamen etiam propria teſtimonia, in dolore cervicis, malo hypochondriaco. Embrochæ calidæ, frigidæ.

In E. N. C. *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 185. convulſiones periodicæ & una iſchuria ut paroxyſmum tertianæ febris imitaretur.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 126. ex pota ab æſtuante frigida empyema, inciſum, feliciter curatum.

Ann. II. *obſ.* 169. in puero aphonia. Surditas faſcinationi tributa, cum carbo, aciculæ, ovi putamina per vomitum rejicerentur, tum ferramenta & alia aliena.

Obſ. 170. recte vanas fuiſſe artes quibus ebrietatem volebant eradicare.

Ann. III. *obſ.* 131. tumor in abſceſſum verſus circa iſchion male pro magico habitus.

Obſ. 132. arthritidi ſuperveniens febris maligna pernicioſa.

Ann. V. VI. *obſ.* 127. Cramerus ſalivationem in morbis malignis magni faciebat. Exemplum ubi ejuſmodi febris ſalivatione ſoluta fuit.

Obſ. 241. calculus ſalivalis ſub lingua poſt maximos dolores eductus.

Ann. VII. VIII. *obſ.* 49. mania hereditaria. (In civitate mea inſignes familiæ ſunt ex matribus parum ſanæ mentis ortæ: in iis familiis non omnes, perpetuo tamen aliqui nepotes maniaci ſuperſunt.)

Obſ. 129. ſpiritus difficilis; repertus ſanguis circa aſperam arteriam effuſus, grumoſus & durus, a lapſu.

Obſ. 131. a frequente uſu fumi Nicotiani polypus narium, certe ejus non exigua portio deceſſit.

E. N. C. *Dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 145. cum ozœna calculus, eo de naribus extracto malum ſublatum.

Obſ. 148. iſchuria funeſta die 14. veſica ſumme diſtenta, ureter ampliſſimus, ren calculoſus, proſtata tumida, exitum veſicæ acurate claudebat.

Obſ. 149. perutile in Eryſipelate ſero manante, ſempervivum.

Ej. *Anweiſung die Krankheiten zu curiren* Ulm 1709. 12.

Ejus eſt Sinceri Jatrophili *Unterweiſung wie die meiſten Krankheiten ſicher zu curiren ſeyn* Francf. 1709. 8. 1716. 8. 1728. 8.

§. DCCCLVII. Varii.

Angelus de S. Josepho pridem dictus la Brosse interpres eſt ex Perſico *Pharmacopœæ Perſicæ* ex editione Pariſ. 1681. 8. *. Medicinam apud Perſas ubique fecit, cum Miſſionarii munere id etiam auctori ſtudium a juventute fuiſſe lego, ſui laboris utique fructus carpſiſſe, cum magnates in *Miſſionibus* medicinæ ope faventes ſit expertus; aliquos, dum eos ſanabat, etiam ad fidem Chriſtianam converterit. Libro titulus eſt *Murekebat karabadin* auctore Mouzaffer Eben Mouhammed El Hoseni. Secundum ordinem literarum alphabeti perſicos titulos compoſitionum cum ſuis ſcriptionibus diſponit & uſu medico. Ea nomina ſæpe Græca ſunt aut ex Græcis detorta. Reperias ſubinde medicamenta penitus inſolita, hic in compoſitiones recipi, ut Napellum. Ceruſſam ſtanni, (quid?) ſemen glaſti inter aromata, aſarum in conf. de cinnamomo. Badmuſchul ſalium odoratum. Theriaca paulo minus compoſita, aliaque bene multa peculiaria. Subinde nomina noſter non interpretatur, ut zaffarani, pro croco, ut videtur.

In *notis* ſubjectis quædam medicamenta ſimplicia peculiari cura exponit. Gummi ex tamariſco manans; ſacchari genus, gallinſecto cuidam ut videtur, adhærens, in arbore tithymalis adfini, quæ Thevenoti eſt *Zenchar*. Ribes Arabum, ſpecies Lapathi. De opii a Perſis maxime adamati effectibus medicis. Aſſa fetida.

Ej. *gazophylacium linguæ Perſicæ* Amſterd. 1684. fol. Vocabula etiam medica interpretatur.

J. Schneidermann *de phlebotomia exercitatio* Helmſt. 1681. 12. *. Fermentationem Carteſianam admittit. Hæmorrhagiæ a ſanguine rarefacto fiunt. Venæ ſectionem ſoli plethoræ ſubvenire. Revulſionem derivationi præfert. Subtilem ſanguinem putat ex proximo, craſſum ex remoto venæ ſectionem poſcere. Contra nimis largas veterum ſanguinis miſſiones. Selectum venarum non eſſe tanti momenti.

J. Georg

J. Georg Greulich *curandi hydropis vera methodus, una cum diſſ. de bile, ſecunda morborum parente* Francf. 1681. 8.

Ej. χολιλογια *ſ. themata paradoxa de bile ſana & ægra* Francf. 1682. 8. *. Sputi flavi redditi abſque pulmonum vitio exemplum. Aliud exemplum ſputi, etiam muci narium flavi, cum hepatis certo morbo, quoad abſceſſus in lumbis ſubnatus felicem effectum haberet. Ab ulcere tibiæ clauſo tuſſis & tabes, & in alio ægroto funeſta peripneumonia. A diarrhœa ſuppreſſa cruris alterius gravis dolor & ſpaſmus. De calculis bilariis & hepaticis. Calculus de ductu ſalivali excuſſus 160 gr. pondere. Aſtrorum influxum valde metuit, in epidemicis, etiam in bilem. Ab ea maculæ cutaneæ morborum malignorum. Maculas eo in caſu ambra gryſea expulit, ad novem granorum pondus exhibita.

Franciscus Maria Nigrisolius Ferrarienſis.

Ej. ſunt *tractatus varii ad recentiorum mentem concinnati, collecti, notis aucti* Ferrar. 1690. (Manget) vel 1689. abſque ſcriptoris nomine. Morbi a capite ad calcem. Theoria ſalſa, propria pauca. In peripneumonia jubet laudano abſtinere & emeticis. Phthiſicos ibi numeroſiores eſſe, ubi aquæ minerales ſcaturiunt. In menſium ſuppreſſione utiliter hirudines ori uteri admoveri (hic citatur H. Nigrisolius). Hyſtericum malum veram eſſe epilepſiam; balneum hic convenire & lactis uſum. Hydropem fieri a ruptis hydatidibus. Luem veneream veteribus notam fuiſſe, & in lege Moſaica de ea eſſe teſtatum. Carbunculi curatio fuſius, per venæ ſectionem, clyſteres, ſcarifationem. In febre maligna ſanguinem dextro e brachio duxit.

Ej. eſt *febris china chinæ oppugnata, ſ. illuſtrium virorum opuſcula, quæ tradunt methodum febres china chinæ curandi* Ferrar. 1687. 1700. 4. Collectio libellorum Blegny, Monginoti, Restaurand, Sponii.

Ej. *parere intorno alla corrente epidemia delli animali bovini* Ferrar. 1714. 8. Germanice, *Gedanken von der Viehſeuche, u. vornehmlich des Hornviehs, überſetzt durch* J. Adolf Provansal Leipz. 1749. 8. *. Parvus libellus ad luem Venetam pertinens, quæ a bove Dalmatico in Italiam adlato, etiam nunc in Gallia ſtragem edit. Nulla viro cum ipſo malo conſuetudo fuit, atque ex ſola theoria ubique conſilia dedit. Natum videri ex putreſcentium cadaverum exhalationibus; mucoſum quid apicibus graminis matutinis horis inſediſſe, pabulum adeo infectum. Ulcus cum lithargo pediculo . Ventriculum tertium in nonnullis bobus pene ambuſtum, potius effectum quam cauſam mali videri Non debere pecora mane in prata venenato rore madentia agi. Medicamenta nihil profuiſſe, neque venæ inciſionem, neque purgationem quæ potius pecora diſponebat ut facilius luem conciperent, neque fere alia. Suadet tamen ſetacei uſum, infuſum vinoſum cum camphora, croco & myrrha. Salem ammoniacum nihil boni feciſſe, lotium vero vehementer urſiſſe in *nota* additur. Ad avertendum malum antimonium in potu infundit.

Ej. *pharmacopœæ Ferrarienſis prodromus ſ. determinationes & animadverſiones circa plurium medicamentorum compoſitionem* Ferrar. 1723.

Ej. *conſigli medici* Centur. I. II. Ferrar. 1726. 4.

Vita viri exſtat in *Giorn. de letter.* T. XXXVIII.

Petri Mariæ Terzaga *relatio circa diſtantiam ſationis oryzæ a civitate Novarienſi pro aeris ſalubritate* Mediolan. 1681. fol.

Antonius *le* Grand *in curioſo rerum abditarum naturæque arcanorum perſcrutatore* Nurnberg 1681. 8. *. Multa habet medica, vires medicatas plantarum, aliorumque ſimplicium medicamentorum, morborum naturam & curationem, fere collectanea. Pleraque ſumta ſunt ex Baricelli *horto geniali.*

Henrici Tencke, prof. Monſp. *inſtrumenta curationis morborum depromta ex pharmacia, chirurgia & diæta* Lion 1681. 8. 1614. 12. 1755. 8. Bitionis 1686. 12. Ast. Gallice Lion 1682. 12. Houss. 1712. 12. Legi, *notas* autem neſcio quomodo amiſi; probum utique compendium.

Abrahami Munting *de vera herba Britannica diſſ.* Amſterd. 1681. 4. *. 1698. 8. *. Multa ab hac herba alieniſſima. Ad hiſtoriam medicinæ. In jatraliptas, in circumforaneos. De ſcorbuto, de bronchocele. Exempla ſalubris in ſcorbuto efficaciæ hydrolapathi, tum in variis rheumaticis doloribus, aliis malis; denique vis formularum.

Cornelii a Beughem *bibliographia medica & phyſica perpetuo continuanda* Amſterd. 1681. 12. Catalogus librorum qui de hac arte ab a. 1652. editi fuerunt.

Ej. *ſyllabus recens exploratorum in re medica, phyſica & chymica, prout in* E. N. C. *Germaniæ, Galliæ, Daniæ & Belgii ſparſim exſtat* Amſterd. 1696. Astr. 1699. 12.*. Adnotationum tituli, quas quiſque ſcriptor in diariis academiarum edidit.

In Jobi Ludolfi viri doctiſſimi, *Hiſtoria Æthiopica* Francf. 1681. fol. B. B. *Commentario ad hiſtoriam Æthiopicam* ib. 1681. B. B. Varia ad rem medicam aut propius faciunt, aut eminus. De nigredine Æthiopum integrum caput: redit ad unicam generis humani ſtirpem; Æthiopes enim Arabes facit & linguam habet conſentientem. Ad clima, æſtum regionis; ad mineras Abiſſiniæ, ad animalia, & herbas, & medicamenta inde deſumta, qualis eſt torpedinis vis adverſus febres intermittentes; ad pſyllos, ad ſerpentes venenatos, ad antidotos. Locuſtæ edules. Medicina Æthiopum, uſtio adverſus icterum, herbæ a parentibus nepotibus traditæ.

Antonius Galante medicus Pincianus. Ej. *tractatus de minorativa purgatione, ubi utiliſſimæ diſquiſitiones tam practicæ quam ſpeculativæ conformes includuntur* Cæſar. Auguſt. 1681. C. de V.

Philo-

PHILOTHEI CASTELLI *flagellum calumniantium, ſ. apologia, in qua anonymi calumniæ refutantur, ejuſque mentiendi libido detegitur, clariſſimorum medicorum luſitanorum methodus commendatur* Amſterd. 1681. 8. L.

ANTONII MAZÆ, *urbis Salernitanæ hiſtoriæ & antiquitates* Neapoli 1681. 4. & in theſ. BURMANN, IX. n. 4.

LUDOVICI CARNOLÆ *de lactis & ſeminis mulorum commixtione* Venet. 1687. 4. TR. Si recte legi.

. . . CORONATI *medicina aphoriſtica, h. e. Aphoriſmi Hippocratis juxta inſtitutum & praxin medicam diſpoſiti* Hamburg. 1681. 8. GUNZ.

DAVID LICHTENHAN *de religione gentium, inprimis Romanorum in peſte* Schneeberg 1681. 4. UFF.

J. ALB. HAASSLEBEN *armamentarium antipeſtinum* Cölln. 1671. 4. BOEHMER.

LEPIDI PACIFICI *Reſponſio ad epiſtolam bibliopolæ Leidenſis græco latinam de exilio medicorum Romanorum & de abſurdis libellis Drelincourtinis* Leid. 1681. 12. Forte BOECKELMANNI opus.

Myſteria phyſico medica Syriace, Arabice & Græce ſcripta nunc ex membranis latinis luci expoſita Francf. 1681. 4.

THOMÆ SMITH *vitæ quorundam eruditiſſimorum virorum* Lond. 1681-1701. CARRERE.

Et WILLIAM BATES *vitæ ſelectorum aliquot virorum* Lond. 1681. 4. ID.

SAMUEL SCHOENBORN *manuale medicinæ practicæ* Argent. 1681. 13.

GODOFR. DAVID *Diſcurſus medico chymicus de medicina magnatum* Bremæ 1681. 8. TR.

Tractatus de peſte Halæ 1681. P. I. continet ſpeculationem phyſicam auctore JOHANNE A FELDE: poſterior ea quæ artis medicæ ſunt propria remedia, nimirum contra peſtem auct. F. G. KIRCHEIM.

ERNEST STOKMAN *hodegeticum peſtilentiale ſacrum, ſ. quæſtiones theoretico practicæ de peſte* Zeiz. 1681. 12.

J. DANIEL GLOBITZ DE BUCZINA *tripus medicinæ oracula Hippocratis divulgans, ſ. Hippocratis aphoriſmorum omnium in tres ſectiones nova digeſtio* Nurnberg. 1681. 12. TR.

§. DCCCLVIII. J. Helfrich Jungken.

Medicus Francofurtanus.

Ej. *chymia experimentalis curioſa* Francf. 1681. (*Journ. des Savans*) Francf. 1684. 8. Tr.

Ej. *medicus præſenti ſeculo accomodatus* Francf. 1682. 8. 1689. 8. 1697. 8.

Ej. *Notæ* in *notas & commentaria* J. Agricolæ *in* Poppium Nurnberg 1686. aliqua habent huc facientia.

Ej. *Anmerkungen von der ſorgfältigen Auferziehung der jungen Kindern u. deren Gebrechen* Nurnberg 1688. 12.

Ej. *praxis medica ſ. corporis medicina* Francf. 1689. 8. 1698. 8. 1703. 8. Hiſtoriæ & curationes morborum.

Ej. *lexicon chymico pharmaceuticum* Francf. 1693. 8. Tr. Nurnb. 1699. 8. 1709. 8. Tr. 1716. 8. 2 vol. *. 1732. 8. 2 vol. Formulæ & modus præparationis medicamentorum, potiſſimum tamen chemicorum, ex nuperis ſcriptoribus collecta. P. I. magis chemica. Pars ſecunda magis Galenica eſt. Huic adjectæ ſunt adpendices. Præparationes quorumdam ſimplicium, ex pharmacopœa auguſtana renovata. De delectu ſimplicium, qui catalogus eſt plantarum & aliorum ſimplicium, cum aliqua eorum hiſtoria & medico uſu.

Ej. *compendium chirurgiæ manualis abſolutum* Francf. 1691. 8. Nurnberg 1700. 8. *. lego & 1710. 8. Habet, ut fieri ſolet, aliqua capita medica intermiſta, ut de lue venerea, quam acido tribuit, cum medicamentis potiſſimum internis; deinde externis & ſalivatione. Debere poſt eam finitam ſingulo hebdomade doſin mercurii dulcis exhiberi. Lignorum uſus.

Ej. *fundamenta medicinæ modernæ electica ubi phyſica ad Carteſii potiſſimum mentem præmiſſa ex celeberrimis medicis neotericis per omnes medicinæ partes ſelectus traditur* Nurnberg Francof. 1693. 8. 1718. 8.

Ej. *praxeos medicæ vademecum* Nurnberg 1694. 8. 1707. 8. 1740. 8.

Ej. *opiologia nova* Frf. 1679. 8.

Ej. *corpus pharmaceutico chymico medicum* Francof. 1697. 4. 2 vol. Edente David de Spina Francof. 1732. fol.

Ej. *Beſchreibung der von dem Obriſten Monk bekannt gemachten panacea und tinctura aurea* Francf. 1698. 4.

Ej. *vernünftiger und erfahrner Leibarzt, welcher lehret, wie ein jeder Menſch ſich in allen Krankheiten ſelbſt rathen könne* Leipz. 1698. 8. 1709. 8.

Ej. *manuale pharmaceuticum* Francf. 1698. 8.

Ej. *Emſerbad und Brunnencur* Frf. 1700. 12. Tr.

Ej.

Ej. *Grundregeln der Medicin oder ſorgfältiger Medicus* Nurnb. 1701. 8. 1703. 8. 1720. 8.

Ej. *wohl unterrichteter Medicus* Nürnberg 1725. 8. Idem ut puto.

Ej. *chymia experimentalis: acc. monita medica de infantum morbis, & experimenta circa rerum naturalium principia* Francof. 170 . 4.

Ej. *compendioſe Reis, Feld, und Hausapothek* ib. 1716.

§. DCCCLIX, Galli nuperi.

Petri Sylvani Regis phyſici & mathematici.

Cours entier de philoſophie Amſterd. 1691. 4. 3 vol. *. In l. VII. agit de hominis phyſiologia, deinde *de febribus*. Febres eſſe a fermentatione nimis violenta, ſalibus ſanguinis nunc nullo oleo obvolutis, & vehementius conſtringentibus. Continuas febres eſſe ab acido, & malignas eſſe, quando is acor ſanguinem cogit, demum peſtilentiales, quando diſſolvit. Theoria febrium continuarum & intermittentium. Alii nonnulli morbi.

Anatomen duorum vitulorum, quibus cor nudum de pectore pendebat, habet in *Journal des Savans* 1681.

Petrus Dionis chirurgus Delphinæ, homo hactenus modeſtus & medicorum amicus.

Tota clinici argumenti eſt *Diſſertation ſur la mort ſubite, avec l'hiſtoire d'une fille cataleptique* Paris 1710. 8. *. 12. *. 1718. 12. ſcripſit occaſione libri Lancisiani ejuſdem argumenti. Multos ſe apoplecticos incidiſſe; ſæpe, non tamen ſemper, reperiſſe ſanguinem in cerebro, aut circa cerebrum effuſum. Sic in duce Aurelianenſi, cætera ſano; in alia principe femina. Quare phethoram mali cauſam fuiſſe, idque averti ſanguine miſſo. Intermittentis pulſus cauſam ſæpe in polypis cordis eſſe. Vidiſſe ſe duram matrem oſſeam, quæ ſecundam quaſi calvariam efficeret: alias maxima glandula utero adnata. In ſubita morte pulmo conpreſſus, ſanguine plenus, & lienis ſimilis, cerebro ſano. Sic in alio cætera ſano, uno in latere, & cor peramplum. Ludovicus XIV. ſaniſſimus vixit, cum ſingulo menſe alvum duceret & frequenter venam ſecaret. In Ill. Seignelais poſt multos angores demum mortuo glandulæ pleuræ ejuſque propaginum conſpicuæ, ipſæque membranæ craſſiores; ſanguis ad coralliorum modum in vaſis cordis coactus. In alio ſubito mortuo, ſanguis poſt mortem de vena abunde fluxit, & de ſcarifato vulnere; cerebrum ſanum; in veſicula fellis calculi; pulmones ſanguine pleni, cor inane. Exercitio corporis apoplexiam evitari, & victu parciori. In homine omnia revomente, pylorus callosus clauſuſque. Eſſe ubi nullum vitium in cadavere ſubito demortuorum apparuit. Poſt hœmorrhagias

gias utiliſſimum eſt ſubinde & parce juſcula ſumere. Virginis catalepticæ ſuſpectæ hiſtoria, quæ nihil ſentiebat; ſanata eſt menſibus ſponte redeuntibus, qui deficiebant, & alvi fluxu.

Cum Ej. *Diſſertation ſur la génération de l'homme* prodiit Paris 1698. 8. *. Inciſio hominis cui auricula dextra cordis enormiter dilatata erat, & intus oſſea cruſta obducta. Poſt mortem ſanguis de nare fluxerat.

In Ej. *Cours d'opérations de chirurgie* ſæpe excuſo, Paris 1707. 8. & Bruxell. 1708. 8. *. & Paris 1740. 8. *. multum mutato a D. LA FAYE, ad morbos equidem potiſſimum reſpexit, qui manu curantur, ſubinde tamen medica tractat, ſtrumam, ſcrofulas, venæ ſectionem; carbunculum, anthracem, veſicatoria, ſetacea huc etiam referas, ſed conprimis hiſtoriam celebrium medicaſtrorum ſui ævi; medici boarii per urinarum cognitionem celebris; chemicorum nonnullorum & pharmacopolarum; medici ruſtici, quem vocabant DU CHAUDRAI herbis medentis, chirurgi CHAMBON. Infelices nonnullorum curationes. Brevis omnium fama fuit.

Ej. *traité général des accouchemens* Paris 1718. 4. 1724. Bruxell. 1724. 8. *. Belgice Leid. 1735. 8. Germanice per I. T. Argent. 1723. 8. Anglice Lond. 1719. 1724. Hoc opere noſter minus ſuæ famæ conſuluit, ut ne plagii quidem accuſationem effugerit. Magna pars libri argumenti eſt pathologici & clinici. Fetus extra ventrem concepti. Morbi gravidarum; vomitus etiam, hydrops, hæmorrhoides. Morbi puerperii, dolores, hæmorrhagiæ, lochiorum ſuppreſſio, uteri inflammatio. Infantiles morbi nonnulli. Nutricis requiſita. Inſtrumenta pro luſcis, eburnea lamina cum foramine in quo vitrum. Molæ ex coacto ſanguine factæ, etiam in virginibus, in nonnullis feminis frequentes. Falſa germina ſecundi, tertii menſis duritate, quæ galli ventriculi eſt, aqua intus plena, in qua minimum germen.

Ej. *partus tubarius* redit in *tr. de generatione*, in *Cours d'anatomie*, in *Zod. med. Gall.* T. IV. in *append.* T. II. *Dec.* II. E. N. C. & ſeorſim, *hiſtoire d'une matrice extraordinaire* Paris 1683. 12.

In *anatomie de l'homme demontrée* Paris 1690. fol. 1698. 8. 1716. 8. *. huc faciunt obſervationes fetuum ventralium, de partu tubario, anevryſmate. Pili per lotium decedentes, ſeptem & octo pollicum longitudine.

JEAN PASCAL M. D. *nouvelle decouverte, & les admirables effets des ferments dans le corps humain* Paris 1681. 12. *. Juvenis 21 annorum opus. Fermenta ſingulorum membrorum corporis, acida, volatilia, alcalina; fervores ſanguinis inde nati. Phyſiologica potiſſimum ſomnia, tamen & pathologica. Maniam fieri a ſulfureis liquoribus ad cerebri ſpiritus admiſtis.

Ej. *tr. des eaux de Bourbon l'Archambaut* Paris 1699. 12. continet etiam conſilia medica rationem aquis Bourboniis utendi, morbos quibus medentur.

Ej. *diſcours contenant la conference de la pharmacie chymique avec la Galenique* dicitur Jacobi eſſe Pascal.

A. la Selve, ſub nomine *le Philoſophe inconnu de Coutances traité de l'origine, des progrès & de l'etat préſent de la médecine.* In *Mercure galant* 1681. tom 15. Exſtat etiam in *Zod. med. Gall.* 1681.

Remy Fort *le médecin d'armée, ou entretiens ſur les maladies des ſoldats* Paris 1681. 12. Rast 1685. 12. Houss.

Franc. Tolet *de la lithotomie* Paris 1681. 12. 1607. 12. Varia alia mala viarum lotii ex aliis præter chirurgicas cauſas nata, medicamenta prophylactica, lithontriptica.

De la guériſon des fiévres par le kinkina Lion 1681. 12. Non poſſum conferre cum Sponio & titulus mancus eſt.

Les nouvelles decouvertes qui ſe ſont faites par les plus grands hommes de notre ſiècle 1681. 12. ſi huc facit.

Diſſertation ſur les nouvelles réflexions de la nature de l'aſthme Bourdeaux 1681. 12. Bur.

§. DCCCLX. Leonardus de Capoa Italus.

Vir ingenioſus, variarum linguarum gnarus hactenus chemicus, ab anatome alienior; ſatyricus & acris, magnus empiricorum defenſor, ſcholæ Galenicæ & venæ ſectionis oſor, & theriacæ; veterum lectione quidem inutritus, ſed iis ipſis iniquus, chemicis æquior, fermentationum in ſanguine patronus.

Ej. *raggionamenti, ne quali narrandoſi l'origine e li progreſſi della medicina, e l'incertezza della medeſima ſi manifeſta* Neapoli 1681. 4. Bur. B. Hugon. 1689. Colon. 1714. 8. *. Quinque ſunt *raggionamenti*, quibus hiſtoria antiquæ medicinæ continetur; ſed ea ut Galenum quantum poteſt deprimat, faveat Asclepiadi, etiam Dioscoridi. Græcorum opiniones recenſet, ingenium tamen miraculis deditum, credulumque fabulis & naturæ ignarum increpat. Noſtri ſeculi cognitionem longe præfert. Sed neque Hippocratis aut aphoriſmis parcit, aut conſiliis. Legi poteſt, ut memores ſimus ingenii, quod auctori fuit.

Ej. *del parere di L. de C. diviſati in otto raggionamenti, ne' quali partitamente doſi l'origine e'l progreſſa della medicina narranchiaramente l'incertezza della medeſima*

 ſi

ſi manifeſta Tom. II. ib. ſunt *raggionamenti* VI, VII & VIII. In VI theoriam ſcholarum refutat, & chemicas hypotheſes Galenicis ita præfert ut tamen & ipſas carpat. PARACELSUM excuſat, qui multa, quæ ipſi tribuuntur, aut omnino non ſcripſerit, aut non perfecerit. Inde CAMPANELLÆ, JOH. FABRI, HELMONTII, OLIVÆ SAMBUCÆ, WILLISII, SYLVII, MEYSSONERII, MEARÆ, GLISSONII ſcripta recenſet, & ſub finem rabie quaſi aliqua percitus in medicos, inque eorum perfidiam invehitur, qui TYCHONEM gratia regia ejecerint; PETRUM DE APONO ſint perſecuti; in ipſum porro CARPENSEM, qui vivum hominem diſſecuerit, in medicos qui hæretici fuerint, aut avari, ut INGRASSIAS. Deinde in VII *ratiocinio* ambitum artis metitur, ut amplitudinem ejus, hinc natam difficultatem oſtendat. Hic chemicis totum ſe addictum demonſtrat. Chemiæ ignorantiam cauſam errorum in veteribus fuiſſe. Quantum ſimplicia medicamenta compoſitis præſtent. Chemicorum remediorum innocentiam tuetur, pulveris etiam Algaroth fruſtra a Mediolanenſibus medicis proſcripti, & antimonii, quod innoxium ſit: ejus præparationes, quas inter vinum præ reliquis probat. Botanicæ tamen neglectum ſtudium commendat. In VIII. *ratiocinio* aliqua dicit de Academia *degli inveſtiganti*, ſuadet ut jugum ARISTOTELIS excutiatur, eum multis refutat. Objicit ei viro anatomes ruditatem, vitia hiſtoriæ animalium oſtendit: ALEXANDRI, ARISTOTELI potius infenſi, liberalitatem pro fabula habet. PLATONEM deprimit, & DEMOCRITUM præfert.

EJ. *raggionamenti intorno alla incertezza di medicamenti* Napoli 1695. 1698. 4. HEFTER, forte 1689. Cologna 1714 8.*. Multis conatur oſtendere, rationem humanam cauſam operationis medicamentorum non adtingere: ſed neque experimentum de iis viribus legitimum teſtimonium præſtare; neque a ſaporibus, odoribus certe quid diſci; ſed neque a chemica analyſi, quæ naturam corporum vehementer mutet: quare neque virium a ſalibus interpretationem admittit, neque a qualitatibus galenicis. Neque doſes purgantium medicamentorum per experientiam determinari, cum varii homines ejuſdem medicamenti alias & alias doſes ferant. Equos antimonio ſaginari & porcos.

EJ. *Lezioni intorno alla natura delle moffete* Napoli 1683. 4. Cologna 1714. 8.*. Hoc opus alterius eſt ſaporis, neque perinde ſarcaſticum. Scopus LEONARDO eſt, deſcribere antra Acherontia de quibus ſuffocans vapor adſcendit, in agro Neapolitano non rara, in iis præſertim ſpecum illam celebrem Agnani lacus. Recte negat, aerem altorum montium noxium eſſe. Inquirit in cauſas noxiæ poteſtatis mephitidum. Sulfureas eſſe putat, & ſurgere de aliqua metalli aut vitrioli vena calcinata a ſalibus acetoſis corrodentibus. Se vapores mephitidis ſimiles produxiſſe, miſto antimonio, vel marcaſita, cum ſpiritu vitrioli. Occidere animalia, quod aerem de pulmone expellant.

NICOLO CRESCENZO *orazione funerale fatta in morte di* LEONARDO DE CAPOA exſtat in *Lettere iſtoriche politiche ed erudite*, *raccolte de* ANTONIO BULIFON Napoli

Napoli 1679. 12. *Raccolta* IV. B. B. & in elogiis Arcadum illuſtrium ſcriptis a NICOLAO AMENTA editis a CRESCIMBENIO Rom. 1710. 4. B. B.

GIOS. FRANC. BORRI *chiave del gabinetto col favor delle quale ſi vedono varii lettere ſcientifiche chimiche e curioſe ed inſtruzioni politiche &c.* Colon. 1681. 4. 2 vol. BUR.

CARLO CELANO *degli avanzi della peſte* Napoli 1681. 8. 2 vol. FALC.

SEB. BARTHOLI *del ghiaccio e della coagulazione* Rom. 1681. 4. MEAD.

DCCCLXI. BELGÆ.

HEIDENTRYK OVERKAMP M. D. de Carteſii ſecta, acris ſcriptoris, amici CORNELII BONTEKOE & paris ingenii.

EJ. *reden over het leven van de Doctor* CORN. BONTEKOE Amſterd. 1685. 4. 1689. B. BUR.

EJ. *van de pokken* 1685. 8. & in operibus omnibus Germanica verſio peſſimis erroribus inquinata.

EJ. *gebouw der chirurgie of Heelkonſt* Amſtd. 1686. 8.

EJ. *medicinale chirurgicale en philoſophiſche Werken* 2. T. Amſterd. 1694. 4. & Germanice Lipſ. 1705. 4. *.

EJ. *van de natuur der fermentatien en deſſelfs effecten in't menſchelyke ligham.* 1. *deel*, *van de nieuwe beginſelen tot de genees en heelkonſt.* Prodierat Amſterd. 1681. 4. Phyſiologia nonnullis practicis interſperſa, ut capite de ebrietate, alio de fluore albo. 2, *Tafelpraatje* de cibo, digeſtione, & variis phyſici argumenti. 3, *agter middags praatje*, de putredine, gangræna, febre, contra ſcholas. Clyſteres nullius uſus eſſe, niſi ad quosdam extremi inteſtini morbos, ut dyſenteriam, duras fæces, colicam, non ut cauſam morbi iis auxiliis tollas. 4, *Notæ in Sanctorii medicinam ſtaticam.* 5, In T. II., *chirurgia*, cujus capita pluſcula medici ſunt argumenti, cum calidis, acribus, alcalinis medicamentis. Inflammatio; curatur adtenuatis humoribus per calida omnia, aromatica, camphoram, intus opio. Eryſipelas. Angina; PLATERI remedia recenſet & refutat, quod non eorum loco camphoram, theriacam, & aromaticum cataplaſma cum ſalibus volatilibus & gummi ammoniaco adhibuerat. Simili modo HILDANI curationes adgreditur, & male omnia egiſſe it oſtenſum, quod CARTESII placita non ſecutus ſit, de lue venerea, quam non inunctione, ſed præcipitato albo, cum gummi ammoniaco trito, curare ſuſcipit.

Medicina pharmaceutica oft de oogh berykende geneeskonſte met annmerkingen op verſcheyde misbruyken die ſowel in de medicine als chymie zyn voorvallende Bruſſels 1681. fol TR.

NEHEMIAS GREW, vir egregius. EJ. eſt *Muſeum Regalis ſocietatis, or a catalogue of natural and artificial rarities belonging to the R. ſociety, and preſerved at Greshams college* Lond 1681. f. *. Huc pertinent morborum veſtigia & cauſæ. Dentes ex ovariis mulierum exciſi tum crines. Oſſa per ancyloſin connexa, & pumicoſa. Oſſis fragmentum & ſphæra plumbea per lotium egeſta, tum calculus enormi mole. Calculi ex animalibus, & pilæ crinitæ. Lacrymæ lapideæ cervi, & os de corde ejus animalis.

... GRIFFITH *a la mode phlebotomy no good faſhion* Lond. 1681. 8. OSB.

DCCCLXII. GERMANI ALIQUI.

WOLFGANG HELMHARD v. HOCHBERG, nobilis Auſtriaci, *Adeliches Land und Feldleben* Nurnberg 1681. fol. 3 vol. 1716. 3 vol. *. Stylum calamumque præſtitit FINK, qui vulgo ERASMUS FRANCISCI audit. Ampliſſimo ambitu domum ruſticam deſcribit, cum omnibus partibus, aut naturæ donis, quæ quovis modo ad villam nobilem pertinent. In Lib. II, de peſtilentia, & inde neceſſariis adverſus ejus pericula cautelis. De ſex rebus non naturalibus; de victus ratione, de longævitate. Liber III. ad rem cibariam, ſed potiſſimum diſpenſatorium domeſticum; formulæ aquarum ſtillatitiarum, balſamorum, aliorum remediorum ad varia mala demum; Deinde de morbis a capite ad calcem, deque eorum curatione, abſorbentia & alia ejuſmodi auxilia, qualia eo ævo in Germania fere ſola obtinebant. L. IV. Vinum, omphacium, vina medicata, artificia ad vinum præſervandum, reſtituendum. L. V. Hortus etiam medicus, ſ. plantarum ad medicinam uſitatarum cenſus. L. VII. de vario potu, cereviſia, cerealibus. L. VIII. morbi equorum, & eorum cura, fuſe. L. IX. Reliquorum animalium cura. L. XI. Aquæ minerales, thermæ, varia animalia unde ſumta medicamenta; cancri, eorum lapides; etiam de refocillandis, qui ſub aqua merſi fuerunt.

T. III, qui priorum eſt ſupplementum, a MARTINO ENDTER adjectum, L. 2, denuo de cura neceſſaria peſtilentium temporum, de conſervanda valetudine, avertendis & curandis morbis. L. 3, condita varia, deinde medicamenta interna, externa. L. 4, vini artificia, & vina medicata, vireſque medicæ vini. L. 5 & 6, plantæ utiles, medicatæ, edules, fructus horæi. L. 7, de cereviſiis. L. 8, de equis, eorum morbis & remediis. L. 9, ſic de ovibus & armentis. Demum coquinaria.

J. CHRISTOPH HAHNEN *Gotteshand u. Geiſel oder wahrhafte Beſchreibung der meiſten denkwürdigen Peſtſeuchen und giftigen Krankheiten* Leipz. 1681. 12. TR.

DAVID KELLNER *Anweiſung ſich vor der Peſt zu præſerviren* Meiningen 1681. 8. BOECL.

J. Car. Habersac *relation welcher geſtalten die wieneriſche Neuſtadt mit der Peſt angeſtekt werden* Wien 1681. 8.

Ober und Nieder Schleſien Infectionsordnung Francfurt 1681. 4. Hans.

Hilarii Liberti *regimen in den Steinbeſchwerden* Arnſtadt 1681. 8.

J. Christoph Götte *Bericht von dem himmliſchen Theriak oder theriaca cœleſtis gegeben durch* N. C. V. 1681. 12.

Philip May *grundlicher Bericht ob aus der Phyſiognomie des Menſchengemüth, Geſundheit und Krankheiten können abgenommen werden neben einem conſilio von Peſtzeiten* Dreſd. 1681. 8. Gunz.

J. Conrad Aitinger *vollſtändiges Jagd und Waldbüchlein* Caſſel 1681. 4. De canibus & avibus.

Der Stadt Eyſenach apotheker Taxbuch 1681. 4.

Neſcio quid ſignificet titulus MS. *præcipitation des oſtindiſchen Mercuri ſamt einer compoſition Saturni aus Oſtindien, in die Europäiſchen Länder mit Bewilligung Philandri Philothei durch* J. Kayser v. Buda *überſezt* 1681. 12. Tr.

DCCCLXIII. Disputationes.

Mos. Seibstius *de arthritide* Leid. 1681. 4. *.

A. v. Waart *de ſpina ventoſa* ib. 1681. 4. *.

C. Udemans *de chloroſi* ib. 1681. 4. *.

Ej. *de motus impotentia & in ſpecie de paralyſi* ib. 1681.

Caspar Draper *de pleuritide* ib. 1681. 4. *.

Henric. Savage *de arthritide* ib. 1681. 4. *.

Martin Moeuch *de peſte* Utrecht 1681. 4.

J. Pancovius *de lochiorum ſuppreſſione* Utrecht 1681. 4. *.

Henr. Starke *de fluxu hepatico* Regiomont 1681. 4. *.

Martin Rund *de lue jam temporis multas civitates atque regiones depopulante ſcil. peſte* Erf. 1681. 8.

Casp. Cramer *de vertigine* ib. 1681. 4. Pl.

Just. Henric Mangold *de delirio* ib. 1681. 4. *.

Ej. *de cachexia* Rinteln. 1698. 4. He. Menz.

Ej.

Ej. *de adfectus varioloſi natura & cura* Rinteln 1699. 4. He.

Ej. *theſes medico practicæ* ib. 1709. 4. Tr.

Ej. *de tincturis alcalicis* ib. 1710. 4. Tr.

Ej. *de variolis & morbillis* ib. 1717. 4. Tr.

Ej. *de peripneumonia* ib. 1724. 4. He.

Ej. *de vero naturæ & artis principio* ib. 1730. 4. He.

Ej. *obſervationes medico practicæ* 1721. 4. *.

Joach. Felleri *progr. ad exequias* Mich. Henrici Horn Lipſ. 4. B. Bun.

Wilhelm Zesch *de termino vitæ homini divinitus præfixo* Jen. 1681. 4. *.

J. Frischmuth *de anthrace, carbunculo & althauua* ib. 1681. 4.

Joh. Cyprianus *de præſagiis mortis* Lipſ. 1781. 4.

Andr. Hochmuth *an fuga tempore peſtis ſit licita* Witteb. 1681. 4.

J. Thile *de ſale tartari volatili coagulato* Witteb. 1681. 4. Pl.

Ej. *acidularum artificialium materia minera martis ſolaris* ib. 1682. 4. Pl.

Ej. *de actu purgatorio* ib. 1683. 4. Riv.

Ej. *de tuſſi* ib. 1685. 4. He.

Ej. *de purpura epidemica ſcorbutica* ib. 1685. 4. *. hiſtoria morbi, & malorum ex uſu ſecalis corrupti natorum.

Ej. *theologia medica de uſu & abuſu potus calidi cum herba thea* ib. 1687. 4. He.

J. Georg Laub *de ægro phthiſico* Altdorf 1681. 4. ex piloſellæ folliculo, ejuſque ſucco rubro arcanum ad eum morbum medicamentum, adfine vermiculo kermes.

Petr. Neithard *de tributo lunari feminarum intercepto in certo quodam caſu* ib. 1681. 4. He.

Ambros. Heigel *de opio* ib. 1681. 4. *.

Progr. in funere H. Conringii Helmſtätt 1681. 4.

Joh. Fried. Ortlob *de fonticulis* Francf. Viadr. 1681. 4. *.

Ej. *de ſalivatione* Lipſ. 1681. præſide M. Fries.

Ej. *de rachitide* ib. 1687. 4.

Ej.

Ej. *αντιπραξις partium œconomiæ animalibus legibus minus conformis* Lipſ. 1693. 4. He.

Ej. *de dentione puerorum difficili* ib. 1694. 4. He.

Ej. *de ictero* ib. 1695. 4. He.

Ej. *de hydræ in hypochondriis nidulante origine, indole, antidoto* 1696. 4. Pl.

Ej. *de pleuritide* ib. 1696. 4. Riv. Hæn.

Ej. *de rheumatiſmo* ib. 1696. 4. Pl.

Ej. *ſcrutinium recidivarum* ib. 1696. 4. Riv.

Ej. *de veſicatoriis* ib. 1696. 4. He.

In hiſtoria partium & œconomia hominis ib. 1697. 4. *. aliqua paſſim pathologica intercedunt.

Ej. *de pleuritide & peripneumonia* ib. 1699. 4. Pl.

Ej. *de tono & atonia* ib. 1700. 4. Vat.

Programma Cypriani in ejus funere Lipſ. 1700. fol. B. Bun.

Dominici Beddevole *de epilepſia* Baſel 1681. 4. Pl.

Andr. Darneddeni *de ileo* Baſel 1681. 4. Pl.

J. Rud. Salmon *de claudendis ædibus peſte infectorum* Argent. 1681. 4. *.

J. David Rein περι της γυναικογονιας ib. 1681. 4. Menz. ſi huc facit.

J. Braun *de gutta roſacea* ib. 1681. 4. *.

J. Balth. Feyerabend *de affectione cœliaca* ib. 1681. 4. *.

J. Casp. Eisenschmid περι χοιραδων *de ſcrofulis* ib. 1681. 4. *.

J. Gummert *de peſte* ib. 1681. 4. Pl.

Philip. Tourbier & J. *du* Mesnil *E. ſanguineis ſenſus acutiores* Pariſ. 1681.

Ægidii *le* Bel & Guy. Emmerez *E. ab animi pathematis ſanitas deterior* ib. 1681.

Car. Marteau & Mich. *de* Hodenq *Non E. carnoſi minus ingenioſi* ib. 1681.

Ant. Morand & J. Boudin *Non E. qui humidioribus veſcuntur diutius vivunt* ib. 1681.

Alb. Mich. Denyau & Mich. *de* Hodencq *Non E. ſana nutrix menſtruis obnoxia* ib. 1681.

Cl. *de* Frades & Pont. Maurin *E. mulieri gravidæ conducit ambulatio* Pariſ. 1681.

J. Cl. *de* Larbre & Guy. Er. Emmerez *E. diuretica hydropis præcipua remedia* ib. 1681.

Petr. Legier & J. *du* Mesnil *E. hypochondriaci mollius purgandi* ib. 1681.

Franc. Sorand & J. Poisson *E. calculus a caſeo* ib. 1681.

Nic. Rainssant & Rod. Oren *E. ſterilitati aquæ nitroferratæ potus?* ib. 1681.

§. DCCCLXIV. Diaria.

In *Journal des Savans* 1681. aliqua de re medicamentoria indigenarum Virginiæ relata a Johanne Laderer, qui decennio in ea regione vixerat.

Traité hiſtorique & medico phyſique touchant les enfants nouveaux nés. De alimento tenellorum. Lex a parlamento ſancita. Non videri aqua frumenti poſſe eos infantes ali, lacte vaccino utique mammæ ope artificialis hic depictæ. Redit in *Zod. med Gall.* 1681.

Duo canes nati corde extra pectus pendulo, ſterno fiſſo.

In *Zod. med. Gall.* ann. 1681. Anonymus de ſale ſulfuris adverſus morbos pulmonum comendatio.

Anonymus in puelli ſexenis poſt graves anxietates & leipothymias demum exſtincti cadavere, lien & hepar marcida atque exſiccata; pulmones partim abſcedentes partim lapideæ duritiei; in cordis baſi abſceſſus.

Gautier Medicus Niortenſis *Num ab animi pathematis immineat probæ valetudini detrimentum.*

Creter Medicus Gratianopolitanus calculus totam veſicam felleam occupans poſt diarrhœam quatuordecim annorum.

Clericus Medicus Compendienſis puella per quinque tamen dies vitalis abſque cerebro inventa.

Ferrant medicus Lovanienſis de ſuppreſſione urinæ abſque cathetere ſublevanda, cathetere in veſica relicto.

Medicamenta aliqua.

Pichart de mola veſiculari.

Roberdeau de ſurditate curata oleo lini in aures infuſo.

D. Depassis diabetes cum febre & ſiti intenſa, non lethalis.

Ej. morbus niger periodicus demum funeſtus.

Ej. Phthiſis uſu lactis muliebris curata.

Carron chirurgus. Hydrops uterinus enormis, qui fluori albo ſucceſſerat, & una natæ in utero pilæ.

Id. a. 1682. Femina melancholica quadraginta dierum jejunium molita periit. Pulmo purulentus; veſicula fellea ampliſſima, ventriculi nulla mentio.

§. DCCCLXV. F. Slare.

Fridericus Slare.

Chemicus, vir inſignis, & propriis nixus inventis.

De calculis egit in Birchii diario a. 1681. & in omni calculo docuit alcalinam naturam eſſe.

Ej. *experiments and obſervations upon oriental and other ſtones, which prove them to be of no uſe in phyſik.* Gasgoigni *powder examined, cenſured and found imperfect. A vindication of ſugars againſt the cenſure of Willis and common prejudices* Lond. 1715. 8. *. Egregius liber. Inutilitatem lapidis Bezoar detexit qui in capræ ventriculo generatur. Experimentis factis minimum quid dare acidi liquoris & florum ſiccorum. Non fervere neque ſolvi ab acore; a ſpiritu nitri ſolo ſolvi, ſapore deſtitui, nullum habere elementum activum. Ægris exhibitum nihil in morbo mutaſſe, etiam ad viginti grana ſumtum. Æque inutiles uniones eſſe & corallia, paulo plus in lapidibus cancrorum virium eſſe. Pulverem, qui a *Gaſcoigne* nomen habet, imbellem eſſe. Porro lapidem porcinum amarum quidem eſſe, minus tamen gratum eſſe amarorem, quam abſinthii: pilis fieri abſque fibris, ut ex ventriculo potius ſecerni videatur, qui & alias pilos contineat. Ægagropilam perinde fieri pilis conglobatis; pilos vero cum periculo deglutiri.

Inde *Sacharum* non acidum eſſe neque a calce noxii quid recipere. Negat etiam aſperum eſſe, aut cauſtici quid habere. Dulcia in univerſum ſalubria eſſe; gingivas putrefactas eadem ſanare. Dentibus non nocere; fructuum horæorum maturitatem accelerare. Igne ſubjectum dare liquorem grate acidum, quem abſque noxa in ore contineas; nullum in capite mortuo ſalem eſſe. Fermentatum fundere grate dulcem ſpiritum, fere qualem panis dat. Externo uſu, ut plumbum, utile eſſe. Melli merito præferri. Exempla hominum, qui magna pondera ſacchari devoraverunt & ad longævitatem pervenerunt.

In *Phil. Tranſ.* n. 157. ſpecimen dat ſui de calculo humano operis, quod nunquam perfecit. Neque a calore calculum cogi, neque ex muco conſiſtere, qui plurimus ſit in hominum urina in quibus nunquam ullum ſymptoma calculi apparuit. Sed neque ad modum offæ Helmontianæ cogi, cum animalia, quæ a vino conſtanter abſtinent, a calculo non immunia ſint (murium exemplo). Calculos humanos leves eſſe, non multo aqua ponderoſiores, & ſolo nitri ſpiritu ſolvi. Ex fluida parte corporis & ſeri adfini conſiſtere, quæ heterogeneis particulis feta ſit. Igne ſubjectos alcalinos volatiles liquores edere. Calculi exemplum qui de deſtructo rene ſuperſit ejusque fere figuram retineat. Calculus ramoſus enormis magnitudinis.

N. 182. Experimenta facta calculis Laverianis Bernæ accerſitis. Ab omni

 acore

acore ſolvebantur, contra quam calculus veſicæ. Igne ſubjecto parciſſimum dabant alcali volatile. Nullum ferri ſignum.

N. 193. de viro ruminante quindecim minutis poſtquam cibum deglutierat, potum etiam citius in os revocabat, grato cum ſapore, cætera ſanus.

N. 229. Faſti emortuales anni 1695.

N. 351. experimenta de aquis pyrmontanis; etiam germanice recuſa 1718. 8. alias dicenda.

§. DCCCLXVI. Joh. Maria Lancisius.

Archiater pontificius, qui plurimum apud Clementem XI. gratia valuerit, vir eruditus & philanthropus, adjuvare merentes, lites componere amans. In aula, & alia inter negotia non potuit utique opera ſua perficere, & in hypotheſes, ſales & fervores Sylvianos paulo pronior fuit.

Ej. ſunt *lucubrationes de virgine quadam Callienſi, mirabili vexata ſymptomate* Rom. 1682.

Ej. *de ratione philoſophandi in arte medica in Galer. di Minerva* T. IV. & Venez. 1700.

Ej. *de mortibus ſubitaneis* L. II. Rom. 1707. 4. *. 1708. 4. quæ tertia eſt editio Livorno 1707. 4. Venet 1708. 4. Cum nuperrimis annis apoplexia plures ſubito mortales Romæ abriperet, in cauſam hujus mortalitatis inquiſivit. Reperit in victus mala ratione, intemperantia, tum in cordis & magnorum & curvorum vaſorum vitiis, ut per exempla oſtendit, ex percuſſione ad ſternum; ex ſanguine circa cerebrum effuſo; ex corticis cerebri abſceſſu polypi adfini; ex hydatide cerebri; ex vaſis cerebri ſanguine farctis; ex ſeri effuſi ubertate. Porro apoplexiæ fiunt ex adfectibus cordis; ex interno aneuryſmate. Exempla cordis mole aucti. Inde cadaverum inciſiones. Sarcomata in arteriarum magnarum valvulis, cum quibus perſiſtentem pulſus conſtantiam admireris. Cor & potiſſimum vena cava & auricula mole auctæ. Cor itidem mole auctum ſed ſiniſtra potiſſimum cavea & aorta; cor ipſum de ſede ſua delapſum. Aortæ arteriæ aneuryſma, & vena cava intra pericardium rupta. Hiſtoriæ morborum felicius cedentium. Remotiorem cauſam neque infrequentem hujus infortunii in intemperantia quærit. Præſagia futuri morbi. Neminem ſubito interire, quin prius cauſarius fuerit. Modi quibus imminens periculum avertatur, potiſſimum etiam venæ ſectione. Ingens undecim librarum de naribus hæmorrhagia impendentem apoplexiam avertit. Signa mortis perfectæ. Vox emiſſo ſanguine ſubito reddita.

Ej. *de nativis & adventitiis aeris Romani qualitatibus* Rom. 1711. 4. *. Aerem romanum ſibi relictum ſalubrem eſſe, neque inconſtantia ſua nocere, vitiari vero a paludibus pomptinis, de quibus prætervectus auſter noxios vapores in urbem ad-

advehat. Ea occaſione fuſe diſputat de ſylva urbi & his ipſis paludibus interjecta, quam domini concidere volebant. Noſter obtinuit, ut Pontifex maximus juberet conſervari.

Aquæ Romanæ potabiles & medicatæ. Experimento facto noſter pauxillum ſalis continere reperit, ſubamari, ſublixivii. Romanorum bonum eſſe habitum & vividum ingenium, & frequentem longævitatem. Morbos eſſe vel a paluſtribus effluviis vel a frigore aeris ſubito & vehementi. Timorem ſomni in aere Romano capiendi partim prudentem partim anilem eſſe, & victum intemperantem plus nocere. Tiberis inundationes malignæ. Epidemia rheumatica 1709. cum acutis febribus conjuncta poſt rigidam hyemem: medicorum hic conſilia. Morbus malignitatem contraxit, ut venæ ſectio funeſta fieret. Edicta pontificia ad repurgandam urbem, & aquas ſtagnantes removendas. Hujus epidemiæ deſcriptio ſeorſim Genuæ 1713. 12. excuſa eſt.

EJ. *raggionamento intorno all' epidemia de cavalli* Napoli 1712. recuſa cum l. *de lue bovilla* Rom. 1715. 4. *. Hæc epidemia bubulæ ſucceſſit. Duo erant morbi; alter febris acuta cum torminibus & viſceris alicujus inflammatione, valde exitialis, alter morbus frequentior ſed minus pernicioſus, anginæ de genere eſt, cum tumore gutturis. Conſilia ad utrumque morbum. In poſteriori, ut ego intelligo morbo meſocolon inflammatum; ſic lingua, & fauces, & aſpera arteria inflammata. In alio equo, ad morbum ut puto priorem, ileon & ventriculus cum meſocolo inflammatus, in aſpera arteria nihil mali.

EJ. *diſſ. hiſtorica de bovilla peſte ex Campaniæ finibus* a. 1713. *Latio importata deque præſidiis ad avertendam aeris labem & annonæ caritatem a Pontifice maximo adhibitis* Rom. 1715. 4. *. Morbus idem, quem Dalmaticus bos in Italiam attulit. Cautiones. Suadebat noſter boves ſuſpectos continuo occidere; quod utinam conſilium prævaluiſſet. Immenſæ jacturæ per tot annos in Europa factum eſſet compendium. Verum mitiora conſilia prævaluerunt, & interclusa tantum commercia; carnibus interdictum; cadavera ſepulta. Interierunt ex genere bubulo in ſtatu eccleſiaſtico 26252. In P. III. demum de ipſo malo. Veterum monumenta. *Malis* erat veteribus. Morbi ſymptomata. Duriuſcula maſſa pabuli in omaſo. Sphacelus pulmonum, inteſtinorum; quibus noſter ſignis non multum tribuebat. Malum non eſſe a bupreſte, ſed neque a vermibus ſinuum mucoſorum. A ſolo contagio morbus naſcebatur, aque particulis ſubtilibus ad fermenti modum in ſuam naturam humores animalis convertentibus.

EJ. epiſtola al P. ANTON. BORROMEO *intorno all epidemia de buoi* Napoli 1712. 8. Inde latina verſio hic recuſa. Linguam ulceroſam fuiſſe, acceſſiſſe anorexiam, mæſtitiam, inertiam, febrem cum calore & frigore, tremores, anhelitum difficilem, tubercula de cute effloreſcentia; pulmonem in pleriſque hydatides, aut vomicas occupaſſe. Abſtinendum a venæ ſectione, purgantibus. Specificum remedium non dari. Ad oris ulcera acida & aromatica abſque noxa adhibita fuiſſe &

& decocta cum alumine & aceto. Satis autem adparet, a nullo horum remediorum ipſum LANCISIUM multum ſperaſſe.

EJ. *diſſ. de recta ſtudiorum medicorum ratione inſtituenda* Rom. 1715. 4.*. Aven. 1716. 8. quæ editio altera dicitur. Studia medico opportuna & neceſſaria: nempe fere quidquid ſciri poteſt. Matheſeos abuſus & alchemiæ. Veteres diverſos morbos eodem nomine tradidiſſe. Eximios fuiſſe medicos, qui in chirurgicis excelluerint.

EJ. *de noxiis paludum effluviis eorumque remediis* Rom. L. II. 1716. 4. 2 vol. 1717. De melioris notæ operibus. Paludum noxæ. Siccatis paludibus agro Piſana ſalubritas reddita. Et tamen Romæ & Bononiæ vicinias a febre epidemico immunes fuiſſe (ob acorem, quo utuntur, plurimum). Inſectorum in corrumpenda paludum aqua poteſtas. Lini macerationem peſtilentem eſſe. Effluvia inorganica & organica alia atque animalcula. Effluvia paludum ab auſtro & a nebulis deteriora reddi. Inſecta de paludibus adſcendentia cum cibis & cum aere reſpirato in corpus humanum recipi & nocere. Juxta paludes dormientes magis quam vigilantes lædi. GUILIELMUM RIVAM interiiſſe ex febre peſtilenti a. 1676. cum ſub arbore in agro romano ſomniculoſus conſediſſet. Febres paludoſas certe a principio de tertianarum eſſe tribu. Remedia. Siccare paludes; id ut fiat, LANCISIUS obtinuit, ut fovea inſectis plena & ſtagnante aqua intra ipſam urbem ſita terra adgeſta repleretur. Siccandæ paludis ratio: aquarum averſio. Ignis in aere corrigendo poteſtas, Sylvarum utilitas, quæ peſtilenti Auſtro opponuntur. Diſſertatio de Sylva *ciſternæ & ſerminetæ*, quam dominus exſcindere volebat. Noſter ſe oppoſuit, ne liberior auſtris a paludibus pomptinis ad urbem aditus aperiretur. Moderationem certe & aliquas cautelas, obtinuit. PROSPERI LAMBERTINI, qui poſtea BENEDICTUS fuit XIV. de eadem quæſtione conſilium: Interlucationem admittit. Pontifex fere in ſententiam LANCISII edixit.

Quinque epidemiæ pernicioſarum & caſtrenſium febrium, quæ diverſas pontificiæ ditionis urbes pene vaſtaverunt, una excuſæ ſunt. I. Epidemica febris *Romana* in nonnullis urbis regionibus a. 1695. ex cœnoſis foſſarum & cloacarum aquis orta. Ex fætore ſepulchrorum veſpillonum morbus. LANCISII conſilium: immiſſa aqua pura putris illa diluenda; accenſis ignibus effluvia diſſpanda. Neutrum factum. Morbus malignus venæ ſectionem non tolerabat: tertianæ erant in continuas degeneres cum vomitu etiam vermium, ſudore effuſo, mentis inde commotione, pulſu parvo, inæquali, toto malignitatis ſatellitio. In demortuis vermes, gangrænoſæ maculæ, abdominis viſcera corrupta; quando vero malum in continuitatem tranſierat, cerebrum adfectum & ſanguineum ſerum in ſulcos effuſum. Saluti fuerunt veſicatoria, cortex peruvianus, in febre non continua, & eadem præſidia, & in principio tamarindi & ſcarifatæ cucurbitulæ, & adverſus vermes non quidem mercurius dulcis funeſtas facturus dyſenterias, ſed anthelmintica. Parotides ſæpe funeſtæ, etiam per ſuppurationem pauciſſimi evadebant. Dyſenteria nonnunquam ſalutaris.

Secunda epidemia: febris caſtrenſis per aliquot annos in urbe veteri graſſans. Stagna ad cannabis macerationem effoſſa aerem corruperant, ciſternæque neglectæ. Regnarunt febres partim intermittentes, partim continuæ, peſtilentiales, alterne recru-

recru-

crudeſcentes, in ſoporoſos adfectus abeuntes. Vomitus utilis erat & acidi nitroſique ſales; diaphoretica nocebant.

Tertia Balneoregii graſſata eſt a. 1707. Cauſa ad lacunas ſtagnantium aquarum refertur. Febres erant verminoſæ non facile cuiquam in domo parcituræ, in quam irrepſerant. Maligni generis erant poſt ſeptanam erumpentibus maculis accedente dolore capitis etiam comate, nono, undecimo aut decimo quarto die plerumque funeſtæ. Levabantur pauci papulis uberioribus, ſudoribus, larga narium hæmorrhagia. LANCISIUS valetudinarium inſtrui curavit, vomitum, veſicatoria, corticem peruvianum ſuaſit. De eo morbo JOS. MARIÆ FLASCI relatio. In cerebro ſanguis congeſtus viſus. In cerebro macula glanduloſa viſa. Demum obtinuit noſter, ut hyeme lacunæ exhaurirentur, & futuræ civium ſaluti proſpiceretur.

Quarta Piſaurenſis a. 1708. epidemia a fluvii adluvionibus & immunditie publica atque ſtagnantibus aquis. Olim parum ſanum aerem duces Urbinenſes correxerant. De morbo ad LANCISIUM retulit HORATIUS BARTHOLOMÆUS TRAVERSARIUS. Intermittebant aliquæ, remittebant aliæ febres, aliæ erant continuæ, omnibus anxietas, vomitus fellei, pulſus humilis, lipothymia, pene aphonia; in progreſſu mali convulſiones, petechiæ lividæ, parotides. Non tamen valde ferales fuerunt; inferior pars urbis ſola morbum ſenſit. LANCISIUS, ſi ſopor adeſſet, venam jugularem ſuadebat incidere. Parotides & diarrhœæ periculo plenæ erant, tum ſudores colliquativi. Aqua in canalem reſtituta epidemia deferbuit, cortex peruvianus ſaluti fuit.

Quinta epidemia Ferentini & in vicinia graſſata eſt a. 1709. Lacunæ pernicioſæ erant in vicinia, & ſordes lini maceratio augebat. Fontes ſulfurei in lacunam confluentes paſſim aquæ ſtagnationem efficiebant. De hac febre ANTONIUS COCCHI Romam ad LANCISIUM retulit. Malignæ erant, periodice recuredeſcebant, tertianæ typum imitabantur. Facies icterica. Vomitus verminoſus, cardialgia, ſyncope, lingua nigra, arida, vigiliæ, ſopor, parotides in gangrænam degeneres, ſæpiſſime lethales. LANCISIUS corticem chinæ chinæ commendavit oleo MATHIOLI irroratum, enemata acida, cardiaca, veſicantia. Mercurialia noxia. Pluviæ morbum fugaverunt, deinde cloacæ purgatæ, ſordes in fluvium evacuatæ; lini & cannabis maceratio proſcripta.

In Epiſtola *de Plinianæ villæ ruderibus* Rom. 1714. f. *. de cauſis agit, ob quas Tiberis iter impeditum fuerit.

Collectionem operum LANCISII eo ſuperſtite Romæ prodiiſſe legi, annum non reſcivi. Succeſſit editio *operum, quæ hactenus prodierunt omnium*, quæ collegit PETRUS ASSALTUS Genev. 1718. 4. *. Continentur præter priora hoc volumine octo diſſertationes aliæ, quorum quinta, practici argumenti eſt *de triplici inteſtinorum polypo* quæ a. 1710. prodierat cum opere VALISNERI *de vermium generatione in corpore humano*. Feminam tuſculanam ejecto verme lato febre fuiſſe levatam. Noſter non vermem fuiſſe opinatur, cum nihil haberet organici, ſed ſuccum omnino concretum.

Multo plura opera præterea poſt mortem ſecuta ſunt. Primum *de motu*

cordis & aneuryſmatibus Rom. 1728. fol. *. ſplendide ſed multo auctius Rom. 1745. 4. *. excuſum etiam eſt Leid. 1743. 4. Neapoli 1738. 4. In priori editione de aneuryſmatibus brevius agebatur, plenius in altera. Neque facile plenius de morbo parum perſpecto opus exſtabit. Primum veri aneuryſmatis diſcrimen & ſpurii, quod eſt ecchymoſis ex vulnerata vel rupta arteria. Inde de aneuryſmate vero, ut ex contuſione oriatur. Hujus mali exempla. Ab ictu in dorſum accepto aneuryſma, quod pro apoſtemate habitum inciſum continuo ægrum exſtinxit. Aliud ab ictu lapidis, Aorta dilatata & ab ea dirupta mors. Iterum aliud exemplum aneuryſmatis in ſede dextra arcus aortæ foramine pertuſi. Aneuryſma hereditarium. Aliud poſt levem contuſionem in aorta thoracica natum rupto folliculo funeſtum. Ab humorum vitio deducit aneuryſma carotidis. Aliud in aorta a ſuppreſſa ſcabie coſtis exeſis cœptum, & ſubito ut ſolent, funeſtum. Aliud in aorta abdominali in homine venereis malis obnoxio, iterum ruptum. In ſimili ægro aneuryſma renalis arteriæ. Item ſubclaviæ in alio pene ſimili homine aneuryſma. Argenti vivi uſum poſſe ad aneuryſmata producenda conferre. Nunc aneuryſma ſpurium, quo quidem priorum pleraque referri potuerunt. In cœliaca arteria hypochondrium frequenter aneuryſmata alere. Ut a compreſſione diuturna arteriæ polypoſa natura ſubnaſcatur; ut aneuryſma ſpurium a vi cunei ſimili impacti ſanguinis, ut a convulſione, ut putat, arteriæ. Exempla ejuſmodi ſpurii aneuryſmatis ſanati in arteria cœliaca inque aorta inferiori. De cauſa dilatati cordis & exempla ſuper diaphragma prolapſi; totum in hydropem degenerans. Iterum eo mole aucto gangræna a pedibus ad lumbos adſcendens. Aliud exemplum cordis mole aucti in hypochondriaco. Cordis dilatatio ab impulſu ſanguinis, ab animi affectibus, a violento motu, a ſanguine acri. Iterum alia cum coſtis eroſis & parte aortæ in oſſeam duritiem verſa. Ab aortæ magna dilatatione hydrops. Cum cordis aneuryſmate arterias fere anguſtiores conjungi. Cur polypoſus ſanguis dilatatas arterias replevit.

EJ. *epiſtola de mola in ovario reperta & mola veſiculari apud* VALISNERIUM oper. Vol. II.

Metallothecam MERCATI edidit idem 1718. fol.

In editione Veneta 1739. fol. *. eadem quæ in editione Veneta redeunt cum vita viri. Præfatus eſt EUSEBIUS SGUARIUS.

Romæ. a. 1745. 4. *. prodiit *collectio* in qua ll. *de motu cordis & aneuryſmatibus* & *epiſtolæ de gangliis & de vena azyga.* Eodem anno Romæ 4. prodiit *Diſſertationum variarum ſylloge.* In hac editione reperiuntur alia. *Forma & methodus deſcribendi morbi hiſtoriam.* Ex E. N. C. Cent. III. append.

Duæ epiſtolæ ad PHIL. DE TURRE in *Giorn. de litter.* T. XXXIII. *Lettera ſopra il difetto d'oculi d'una fanciulla* ib. Adnotationes in hiſtoriam morbi Cardinalis COLUMNÆ.

LAURENTII

Anno 1745. 4. 2. Vol. prodierunt M. MALPIGHII & J. MAXIM. MALPIGHII conſiliorum medicorum & diſſertationum nonnullarum editio noviſſima cum 59. manuſcriptis ineditis LANCISII ex noſocomio S. SPIRITUS in Saxia repetitis.

Conſilia etiam italice Rom. 1761. T. I.

Poſthuma eundem reliquiſſe Giornale dell' ultima infermità d'INNOCENZO XI.

Proluſum ad HIPPOCRATIS prognoſtica.

Proluſum de medicina HIPPOCRATICA.

De febribus.

De urinis.

Conſiliorum volumina italice ſcripta X. latine III.

Vitam dedit FABRONIUS & in *Giorn. de Letter.* PETRUS ASSALTUS recuſam in E. N. C. *Cent.* X. *Append.*

Bibliotheca Lanciſiana ſ. hiſtoria dedicationis bibliothecæ quam A. 1714. noſodochio S. SPIRITUS dedicaverat, authore CHRISTOPHORO CARSUGHI, qui orationem de recto uſu bibliothecæ addidit. Rom. 1718. 4.

§. DCCCLXVIII. GOD. BIDLOO. J. MUYS.

Profeſſor Leidenſis, anatomicus & chirurgus.

EJ. *variæ poſitiones anatomico-medicæ* Leid. 1682. 4.

EJ. *oratio in funere* PAULI HERMANN. ib. 1795. 4.

EJ. *Brief over de dieren, die man in't lever der Schaapen vind.* Delft 1692. 4. ſ. *de vermibus in hepate ovillo detectis* Leid. 1698. 4. Deſcriptio & icon ad microſcopium parata. Animalculum os habet, oculos, quod mireris, cum in hepate vivens nihil viderit unquam, cor, inteſtina. Vivit in bile tamquam in ſuo elemento.

EJ. *Verhaal der Ziekte van* K. WILHELM Leid. 1702. 8. germanice *Bericht von der letzten Krankheit und Tode* WILHELM III. *König von Gr. Britt.* Leipz. 1703. 8.

EJ. *exercitationum anatomico-chirurgicarum decades duæ* Leid. 1708. 8. *Secunda* eſt de hydatidibus. In abdomine feminæ hydatis in qua quadraginta aquæ libræ. Tumor aquoſus ab aure ad ſcapulam protenſus, ex quo inciſo hydatides proſilierunt quo ſinus integre conferbuit. Hydatides per anum excretæ. Placenta hydatidibus compoſita. Exerc. III. de phlyctæna. *Quinta* de amuletis & curatione morborum myſtica & fraudulenta; de viribus imaginationis. Amuleta tamen admittit quæ ſomnum inferant.

In Decade II. n. VII. a vulnere naſi perpetuus aquæ de naribus fluxus cum convulſionibus. Spina bifida liquorem plorans, ſphacelata, funeſta. Vertebræ colli dehiſcentes. De amauroſi.

Ej. *Opera omnia anatomico-chirurgica* Leid. 1715. 4. continent priora; nempe *exercitationes & diſp. de vermibus ovillis*; deinde *diſp.* Christiani a Steenvelt *de ulcere verminoſo*. Ulcus de quo multa carioſa oſſicula prodierunt & in quo vermes abundarent perexigui muſcæ partus carnivoræ.

Vertit Cokburne *de morbis navigatorum* Lond. 1701. 8.

Joh. Muys *praxis medico chirurgica rationalis cum decadibus quatuor obſervationum* Leid. 1682. 8. melius forte 1684. 12. demum *duodecim decades* Amſterd. 1695. 4. & in verſione gallica *Nouvelles obſervations de chirurgie ſuivant l'opinion des modernes*, germanice etiam verſa. Medica varia intercedunt Theoria in qua acidum dominatur, omnium febrium cauſa, quas adeo omnes alcali expugnat. Caſus hemiplegiæ ſanatæ. Sphacelus a febricula in ſene. Felis a fumo ſulfuris ex templo exſtinguitur. Tendo crepitans. Umbilicus hydropicus ruptus funeſto eventu. Epilepſiæ exemplum ſingularis in puero. Spaſmus muſculorum temporalium, cum febris paroxyſmo conjunctus. Femina, quæ mammas exſugendo victum quærebat, lue venerea infecta, plurimas Arnhemii mulieres infecit. Hydrops ovarii. Lumbrici ex fiſtula abdominis. Spina bifida tertio menſe feralis. Singultus pervicax. Hepatis abſceſſus ſanatus.

Ej. *Podalirius redivivus* Lond. 1686. 12. chirurgici argumenti.

Danielis *Phyſica hippocratica recentiorum commentis illuſtrata* Francof. 1682. 12.

§. DCCCLXVIII. Varii.

Julii Malvicini Veneti Sanctorii diſcipuli & adfinis *utiles collectiones medico phyſicæ ad medicinæ inſcios prolatæ* Venet. 1682. 4. Loci excerpti ſcriptorum ad varios ex arte medica titulos. Item ad morbos, ad materiam medicam. Multa ex Galeno. Aliqua tamen habet propria. Vir ſanguinem vomebat ob vulnera ventriculi & deorſum egerebat, ſanguine miſſo, cibo levi ſubadſtringente & extus ſpiritu vini cum thure & myrrha ſanatus. Feles rabie correptas vidit. Fonticulo in ſutura coronali epilepſia ſublata. Narcoticis in phrenitide non utendum, ne malum in lethargum confirmetur. Diarrhœa antiqua ſanata diureticis. Ulcus œſophagi adſtringentibus ſanatum.

Guilielmus Musgrave per experimenta etiam anatomica celebris viri *de arthritide anomala* ſ. *interna*. Exon. 1707. 8.

Ej. *de arthritide ſymptomatica* Genev 1736. 4. Tr.

Sola prior diſſ. coram eſt; dignum omnino opus. Ex arthritidis repulſa aut

aut non rite per artus expurgata materia oriundos morbos perſequitur, cujuſque exemplum dat & curationem. Ea auxilia fere in univerſum ſunt emeticum deinde purgans medicamentum, tum calida, aromatica, theriaca, vina fortiora, chalybs & una ad articulos quo morbum vult decumbere, acria emplaſtra & ipſæ cantharides. Eventus bonos maloſque per exempla demonſtrat. Anomalam, nempe internam ad ſedem compulſam arthritidem ſenibus potiſſimum infeſtam eſſe. Poſt vomitum laudanum exhibet. Ita primum arthritidem ad primas vias converſam expugnat. Repulſa fuerat, in exemplis, a balneo frigido, ab ira, ab aere frigido. In colica arthritica poſt vomitum motum alvum ducit. Colicæ vero davonicæ non meminit, etſi mediis in Davoniis medicinam fecit. Diarrhœa dolorem quidem aufert & minus malos habet eventus, calida tamen dat, adſtringentia & hypnotica, ita in vomitu aut alvo movenda hic cautior eſt. Dyſenteria arthritica perinde poſcit morbi ad exteriora revocationem. Sed etiam inteſtina ab arthritide abſceſſibus iiſque grandibus tentari vidit, nempe circa anum ſubortis abſceſſibus, quos aperire ſit neceſſe. Inteſtinum ab arthritide adfectum per aloetica in gangrænam verſum eſt. Porro melancholia arthritica, quæ poſcit ſeorſum purgantia & deorſum. Syncope revocato ad exteriora malo ſuperatur. Calculum cum arthritide alternis ſe excepiſſe vidit. Aſthma hic frequens. In plethoricis venam ſecat, primas vias affectas purgantibus evacuat. Funeſtum fuit hic opium. Aſthma cum hydrope ex arthritide. Sic catarrhus, tuſſis, peripneumonia; hæc venæſectionem, clyſterem, purgationem alvi deſiderat. Phtiſis arthritica in principio pariter ſanguinis miſſionem poſcit & purgantia. Angina arthritica ſanata revocato artuum dolore. Cephalalgia & vertigo; illa ſæpe intolerabilis, hæc apoplexiam minans: in utrovis caſu ſanguinem mittit, alvum ducit, etiam repetito, ſic morbus in articulos revocatur. Vertigo arthritica cum ſeveriori victu funeſta fuit. Apoplexia arthritica; ſequi etiam opii abuſum. Sanguinis largior hic miſſio, & purgatio, & acria emplaſtra, & maſticatoria, ſinapiſmi. Ab opio ſomnus 36. horarum tum delirium. Paralyſis arthritica funeſta cum cynico ſpaſmo. A colica bilioſa (nonne devonienſi) arthritis deinde paralyſis, aphonia, convulſiones, ophtalmia, odontalgia, eryſipelas &c.

EJ. *Diſſ. de Dea ſalute, in qua illius ſymbola, templa, ſtatuæ, nummi, inſcriptiones exhibentur, illuſtrantur* Oxon. 1716. 4. B. BUN.

EJ. *de arthritide ſymptomatica, in collectione genevenſi* 1736. 4.

Similis priori, pariter bonus labor. Anomalam dicit arthritidem, quæ de partibus extremis ad interiora repreſſa fuit: eam arthritidem omne fere genus morborum excitare oſtendit per exempla, quibus curationem ſubjungit & eventum. Malum apud Devonios frequens eſſe (plumbi culpam nullam facit). In univerſum ſalus in retractione arthritidis ad partes externas corporis per venæſectionem purgantia, calida, cephalica, emplaſtra acria. Ventriculum & inteſtina frequentiſſime adfligere, ſenes etiam magis eos præſertim, qui poſt liberam

ram vivendi rationem nunc ſobrietatem ſequuntur. Hoc in malo continuo per os & alvum purgat; vomitum movet thea viridi, carduo benedicto, oxymelle ſcillitico, addito vitriolo albo. Poſt emeticum theriacam dat cum vino luſitanico: altero die alvum ducit, nauſeam compeſcit laudano. Zingiber utile, huc etiam chalybs, carminativa. Emplaſtrum ſtomacho impoſitum cardiacum. Ad prophylaxin aquæ ferratæ. Exempla. Acria emplaſtra pedibus impoſita iterato malum a ventriculo abſtraxerunt, etiam poſt unam pluresve recidivas. Si in inteſtina morbus decumbit, auxilia fere eadem ſunt. Podagra, cui paralyſis ſucceſſit, aqua bathonienſi ſanata. Diarrhœa arthritica, quæ nempe ut reliqua mala repercuſſæ ſupervenit arthritidi eſt ubi ſalutaris fuerit, alias acribus emplaſtris ad inteſtina ſe revocari paſſa eſt, aliquando ægrum occidit. Dyſenteria arthritica. Bonum ſæpe decoctum album & gelatina amyli, ſed etiam in abſceſſum abiit inque mortem. Exempla & lethalis & ſanati; circa anum ſe offerre ſolet & citiſſime maturari cum inſigni fætore. Melancholia arthritica, pertinax iſta & diuturna. Felix eventus a ſternutatorio medicamento moſchum recipiente. Syncope, in iſta vero cardiaca calida optima, malumque revulſo ad exteriora dolore ſublatum. Calculus; hic balſamum peruvianum laudat. Vertigo, calculus, arthritis alternatim ſe excipientes. Aſthma humidum diutius toleratur, ſiccum citius nocet; in eo ſpiritum cornu cervi dat & alia volatilia. In ejuſmodi aſthmate funeſtum opium. Aſthma arthriticum cum variis malis, etiam cum maculis quaſi varioloſis. Aſthmati ab arthritide per frigus repercuſſa tinctura ſulfuris. Tuſſis, ſenioribus potius moleſta; etiam catarrhi arthritici & hæmoptoe. Peripneumonia venæſectionem poſcit. Longo ex malo ſi pulmo debilis fuerit, ſetacea, hydragoga. Tabes in adoleſcentibus infrequentius fert calida, malum extrorſum pellentia, per exempla. Angina arthritica etiam cum febre vehemente. Sanguinem detrahit, alvum ducit; inde abſceſſus in faucibus, maxillis. Angina per redeuntem paroxyſmum ſublata. Cephalalgia, vertigo, eam etiam apoplexia ſequitur; venam hic ſecat, alvum ducit, ita in artus revocat: huc etiam phœnigmi: funeſta hic victus ratio nimis tenuis. Apoplexia, ad quam venæſectio, etiam purgatio, phœnigmi, epiſpaſtica, raphanus ruſticanus. Ab opio ſomnus profundus, acribus diſcuſſus. Paralyſis, hemiplegia ſanata epiſpaſticis. Solere arthritidem in paralyſim degenerare, forte ſaturninam. Aphonia. Morſus canis, utique non rabidi, paralyſis inde & ſtupiditas ſublatæ erumpente paroxyſmo arthritico. Convulſiones, ophtalmia, achores, hi frequentes etiam a parentibus arthriticis hereditario jure nati, epiphora, odontalgia.

IDEM in *Phil. Tranſ.* n. 240. experimentum fecit occluſa in cane aſpera arteria. Perinde pectus agitavit, ſternum antrorſum pepulit. In pulmone ſanguis collectus tum in dextris caveis cordis & venis cavis, ſiniſtra auricula pene inanis & ventriculus.

ID. *ib.* aquam calidam in pectus canis injecit magna copia, ſupra tres libras. Multum videri minui & injecta aqua evanuit.

n. 242.

n. 242. Paralyſis periodica & aphonia. Videri veram eſſe hyſtericam.

n. 258. In angina bronchotomen commendat, male nuper neglectam prodente felici eventu, teſtimonio

PROSPER MANDOSIUS nobilis Romanus Eques D. STEPHANI Bibliotheca Romana ſ. romanorum ſcriptorum Centuriæ. Vol. I. Rom. 1682. 4. Vol. II. 1692. 4. B. Bun. Alium ad finem ſcriptus liber, medicos tamen etiam hactenus attigit.

EJ. Θεατρον in quo maximorum Pontificum archiatros ſpectandos exhibet. Rom. 1696. 4. *. Ab ipſo NICOLAO I. & anno 858. incipit, cujus archiater URSUS fuerat, deinde cuique Pontifici ſuos ſubjicit, quibus uſus ſit, medicos ad INNOCENTIUM uſque XII. Vitam habet medicorum, ſæpe epitaphia. Operum certe nonnullorum titulos & annos minime certe inutili aut ingrato labore.

M. M. M. *felix puerpera ſive obſervationes medicæ circa regimen puerperarum & infantum recens natorum ad* DRELINCOURTIUM Lond. 1682. 12. 1684. 12. GUNZ.

DEMOPHILI *vitæ curatio ex pythagoreis ejuſdemque ſententiæ pythagoricæ cum verſione & ſcholiis* L. HOLSTEIN Stokh. 1682. 8. gr. lat. Quid ſit ignoro.

MATTHIÆ DOMINGO i RAMOIN Profeſſor Valentinus.

EJ. *Quæſtiuncula in qua examinatur pulvis de Quarango vulgo Caſcarilla in curatione tertianæ & quartanæ* Valencia 1682. 4.

EJ. *Breve defenſione de una receta ſacada a luz por la juſtitia i jurados de la villa de Vineras de ſu medico ordinario* D. JOSEPH LOPEZ ibid. 1684. 4.

EJ. *diſp. de variolis & morbillis cum quæſtione, appendice de peſte* ib. 1685. C. de V.

MELCHIOR BRAGA *tirocinii pharmaceutici examen in tres libros diſtinctum* Panormia 1682. 12. MONGIT.

VINCENTIUS GARCIA SALAS *unica quæſtiuncula in qua examinatur pulvis de Quarango vulgo Caſcarilla in curatione tertianæ & quartanæ* Valentia 1684. 4.

ANTONII RUATI *epiſtolium interrogatorium in medicam epiſtolam* DREPANI 1682. 4. MONGIT.

FELIX JULIAN RODRIGUEZ *praxis medica in gratiam tironum ſcripta in tres lib. digeſta, totius humani corporis affectus percurrens* Valencia 1677. 8.

JOH. LANII *Academia Pariſienſis illuſtrata* Paris 1682. 2. Vol. CARR.

GEORGII ROGERS *Oratio anniverſaria* HARVEIANA Lond. 1682. 4.

Mich. Frid. Lochner medicus Norimbergenſis vir doctus.

Ej. *diſſ. de nymphomania.* Hiſt. medica Altdorf. 1684. 4.

Ej. *memoria* J. Michaelis Fehr 1690. 4.

Ej. *Mungos animalculum & radix* Nurnberg 1715. 4 *. Efficacia medica animalis, tum lapidem de Goa, quem radix mungos ingreditur.

Ej. *Diſſ. de novis & exoticis Theæ & Caffeæ ſuccedaneis, Chenopodio ambroſioide, herba de Palos de Paraguay aliiſque.*

In E. N. C. *Dec. II. ann.* V. *obſ.* 97. oſſa ſtrepentia.

Obſ. 220. Incubus moleſtiſſimus in mortem terminatus.

Ann. IX. *obſ.* 219. cum ſpiritibus chemicis acidis femina obeſitatem ſuperare vellet, in funeſtum hydropem incidit.

Cent. VI. *obſ.* 96. de febre urticata *Neſſelſucht*, ejuſque mali antiquitatibus. Uriginem videri Vegetii.

Cent. VIII. *obſ.* 1. Phtiriaſis cordis morbus veteribus dictus. Addit ſuam de corde a vermibus rubicundis intra ſiniſtrum ventriculum nidulantibus eroſo (niſi forte fuerunt vermes a muſcis depoſiti)

Obſ. 3. Puellæ, cum non poſſent venereæ prurigini reſiſtere & obſequi dedignarentur, ſe in puteum præcipites dederunt. Ova mire fuiſſe diſtincta in ovariis.

Obſ. 159. de vermibus cum lotio prodeuntibus.

In LL. inter botanica citatis paſſim etiam de vermibus medicatis teſtimonia intercedunt. In L. *de pareira brava* refert de vermiculis millepedum ſimilibus, minoribus tamen, qui cum urina cum titillatione expulſi fuerunt.

Gustav. Philipp. More *Trauerrede bey ſeiner Beerdigung* Nürnberg 1720. 4.

§. DCCCLXIX. Varii.

Johannes (ſolebat ſcribere Janus) Abrahamus a Gehema eques, Polonus, Staroſtæ filius, medicus carteſianus accerrimus, Bontekoi amicus, oſor miſſionis ſanguinis, purgationis, clyſterum.

Ej. *chirurgiſcher Obſervationen* Decas I. & II. Hamburg 1682. 12. 1686. 12. germanice Francf. 1698. 12.

Ej. *diatribe de febribus, in qua complures auctor recentiorum detegit errores.* Haag. 1683. 8.

Ej. *de morbo vulgo dicto plica polonica* Hamburg 1683. 12. Haag. 1683. 8. belgice Dordrecht 1683. 8. vertente D. HOOGSTR. Contagioſum eſſe. In inguine etiam viſum & in animalibus.

Ej. *eroberte Gicht durch die chineſiſchen Waffen der Moxa* Hamburg 1682. 12. 1683. 12. BUSSCHOF. 11. puto libellos.

Ej. *Wettſtreit des chineſiſchen Thees mit dem warmen Waſſer* Berlin 1686. B. THOM.

Ej. *wohlverſehener Feldmedicus begreiffend die Misbräuche, ſo in Anſtellung der Feldmedicorum und Feldſcheerer und Einrichtung der Feldkiſten vorgegangen, ſamt einem Project wie ſolches alles remediert werden kan* Hamburg 1684. 12. Baſil. 1691.

Ej. *Decas obſervationum medicarum* Brem. 1686. 12. *. Caſſel 1688. 12. Non inficetus utique libellus. Ventriculi exulceratio ſanata uſu cucumerum. Corpus glanduloſum per anum excretum. BONTEKOE ſingultum magna inſpiratione, ſternutationem digito frictis gingivis tollebat. Hydrops deſperatus moxa ſanatus, alii hydropes curati; & dyſenteria opio; phtiſica inſpiratis odoribus ſanata; vermes expulſi tinctura opii. Vana aliqua omitto.

Ej. *de arcanis antipodagricis oder Geheimn. wider das Podagra* 1686. 4.

Ej. *edler Theetrank oder Hülfmittel zum geſunden und langen leben* Bremen 1686. 8.

Ej. *wohl eingerichtete Feldapotheke* ib. 1688. 12.

Ej. *Officierer Feldapotheke* ib. 1688. 8.

Ej. *Diatetica rationalis auf feſten principiis wohlgegründete Lebensordnung* Brem. 1688. 12. cum notis J. ANDR. SCHLEGEL Lipſ. 1696. 12. 1712. 12. belgice Haag 1690. 8. *. Panem ſecalinum inter omnes ſaluberrimum eſſe: tum ſequi triticeum. De aqua vitæ. Nihil thea præſtantius. Reliquæ res non naturales.

Ej. *grauſame mediciniſche Mordmittel aderlaſſen, purgiren, ſchrepfen, clyſtieren, juleppen und Herzſtärkungen* Brem. 1688. 8. LEHM. 1689. 8. Lipſ. 1714. 12. belgice Haag 1690. 8. Nullam plethoram dari; cacochymiam non tolli venæſectione; ſanguinem, qui vitioſus ſit, balſamis male exhauriri.

Ej. *Thee curirt aber verurſacht nicht die Waſſerſucht* Berlin 1688. 8. *Sendſchreiben an* DANKELMANN.

Ej. *gefährliche und geſtrafte Obſtluſt* Stettin 1689. 12.

Ej. *beſte Zeitvertrieb* Brem. 1689. 8. TR.

Ej. *ſorgfältige und gewiſſenhafte Saügamme* Brem. 1689. 8.

Ej. *reformirter Apotheker* Brem. 1688. 12. 1689. 12. Lipſ. 1714. 12.

Ej. *wie die Apothek zu reformiren, und nach rationali medendi methodo einzurichten.* belgice Haag 1690. 8. *. Quo tempore quæque claſſis herbarum, florum &c. colligatur. Spiritus plantarum, olea, balſama. Medicamenta ſimplicia inutilia, quæ præſtet rejicere, ut mandibulas lucii, excrementa canina, tum cautiones variæ. Piſtilla ne ſint metallica. Pulveres in ligneis cyſtulis conſerventur.

Ej. *vertheidigter reformirter Apotheker wider* NINORIG. SCHAD GEHEMIUM Freiſtatt 1690. 8.

Ej. *abgenöthigte Antwort, oder der erſte Stein aus* GEHEMA *Schleuder geworfen wider* M. F. GEUDER Francf. 1689. 8.

Ej. *diætetica nova ad ſanitatem & vitam* Stettin 1690. 12.

Ej. *qualificirter Leibmedicus* ib. 1690. 12.

Ej. *der kranke Soldat, daſs er hinführo beſſer conſervirt und curirt werden möge, ſamt Information für die Feldſcheerer* ib. 1699. 8.

Ej. *Apologie oder Vertheydigung wider ſeine Läſterer, inſonderheit* NINORIGUM SCHAD GEHEMIUM Francf. 1691. 8.

Ej. *Dreyſſig Aphoriſmi oder Geſundheitsregeln als ein ſicherer Wegweiſer zu einer beſtändigen Geſundheit und langem Leben, zum andern mal mit Vorrede und Anmerkungen zum Druk verfertigt von* J. A. SCHLEGEL ib. 1696. 8.

Ej. *ob es rathſam ſey in hizigen Fiebern ſpirituoſe volatiſche Medicamenten zu gebrauchen, und ob dadurch die Hitze bey den Patienten könne vermehrt werden* Ulm 1705. 4. TR.

Ej. *zwey und zwanzig jährige Fiebercur ohne aderlaſſen, purgiren* Berlin 1712. 4.

Ej. *richtiger und ſicherer Wegweiſer zur beſtändigen Geſundheit und einem langem Leben* Glükſtatt 1736. 4.

CORNELIUS STALPAART VAN DER WIEL medicus hagienſis.

Ej. *hondert zeldzaame Aanmerkingen ſoo in de genees als heel en snykonſt* Amſterdam 1682. 8. *.

Ej. *twee hondert ſeldzaame Aanmerkingen* s'Gravenhaag 1686. 8. Latine *Centuria prior* Leid. 1687. 8. 1727. 8. *. gallice Paris 1758. 12. 12. vol. vertente PLANQUE. Centuriæ poſterioris pars prior ib. eod. ann. Centum enim & quinquaginta non plures obſervationes prodierunt.

Bonæ notæ liber. Ad quamque ſuam adnotationem aliorum ſcriptorum parallela exempla congeſſit. Ecce ſpecimina. Ex pavore disjunctæ ſuturæ. Calculus

lus glandulæ pinealis. Poſt gravem capitis ictum multum aquæ de aure manantis. Convulſio alterius lateris ſuperata caſtoreo. Sanguis de palpebris. Clyſteres nutritii. A frigido potu perpetua raucitas. Lapilli per tuſſim rejecti. Sanati qui fœtidiſſimum pus rejecerant. Pus pleuriticum & de pectoris abſceſſu, per alvum emiſſum & cum lotio. Polypus cordis valvulis venoſis validus. A fungis comeſtis tres juvenes poſt vomitus perpetuos exſtincti. A colocynthide dyſenteria, convulſio. Qui incuria pharmacopolæ opii grana triginta ſumſerat, ei vomitu moto alvoque ducta ſalus reddita. Sed alio in exemplo ab opii pilula mors. Mortes ab Oenanthe ſucco viroſo. Servatus mucilaginoſis infans, qui aquam fortem biberat. Hepatis abſceſſus; per eum expulſus calculus. Pus hepaticum ſponte per pulmones rejectum. Lien medio in pure natans. Iſchuria 16. dierum ſanata, cum poſt vomitus urinoſos calculus prodiiſſet. Mola carnea celluloſa a menſibus amiſſis.

In *Centuria poſteriori.* Ulcus eroſerat ventriculum, diaphragma, hepar, pus per alvum egeſtum. In femina cachectica alvus pertinaciter conſtipata, demum deglutitio impedita, nullo tamen obſtaculo, ſola ergo, ut videtur, paralyſi. Hydrops 95. ℔. aquæ in celluloſa tela circumjecta peritonæo. Fetus ventralis. Hernia aquoſa medullæ ſpinalis. Pili & oſſeum fragmentum in ovario, in rene calculi, Lac in urina. Secundarum intra 20. diem variolarum exemplum. Cutis ſenſu & calore deſtituta & ſquamoſa. Ulcus cordis ipſius.

Cum *Centuria* I. recuſa eſt in latina editione *diſſ. inauguralis de unicornu* aucta phyſici magis argumenti.

Dionysius van der Sterre medicus Anglus.

Ej. *Verhandeling der genees en heelkondige practyk der medicyne ſteunende op t'ondervinding van verſchiedne Aanmerkinge* Amſt. 1687. 8. *. germanice 1710. 8. Tr. Pauciores adnotationes morborum internorum ſunt. Scopus viri fuiſſe videtur, ut vincat, ſe prudenter & feliciter morbos ſanaſſe, non ita alios medicos, ſuoque arcano mira præſtitiſſe. Hic exempla. Vermes de auribus poſt magnos dolores, & per os egeſti & per aures. Gula obſtructa liberata inſtillato ſpiritu de cornu cervi. A viridi æris ſumto motus vomitus & abſceſſus pleuriticus per ſecretionem repurgatus. Male iracundiam bili tribui. Mors ex duritate cartilaginea œſophagum impediente. Puris in ulceribus noxia acrimonia. Feminæ clauditas ſublata. Purgantibus & ſpiritu cornu cervi paralyſis ſanata. In lumbis abſceſſus, cujus pus etiam per pulmones rejectum fuit, ſanatus.

Pieter Bernagie *Brief aan* C. Bontekoe Amſterd. 1682. 8. & cum iſte reſpondiſſet

Antword op de Brief van C. Bontekoe ib. 1682. 8.

Contra doctrinam Cornelii de febribus, de Thea &c.

Amſterdammer Apothek ib. 1682. 12. Hansen.

§. DCCCLXX. GALLI.

JOH. DEVAUX polygraphus, chirurgus pariſinus, vir neque ingenio deſtitutus neque eloquentia.

EJ. *le médecin de ſoi-même ou l'art de ſe conſerver la ſanté par inſtinct* Leid. 1682. 12. ſec. edit. Leid. 1689. 12. *. à la Haye 1699. 12 Pl. 1709. 12. & Paris 1692. 12. cum aliis libellis; germanice Frankenhauſen 1721. 8. italice vertente FR. N. CHIARI Venet. 1743.

Malam cauſam ingenioſe orat. Hominem inſtinctu ferri ad ea ſumenda, quæ cuique malo conveniant. Simplices morbos eſſe, auxilia ſimplicia. Duas eſſe cauſas morborum abundantiam humorum & corruptionem. Illam venæſectione curari & abſtinentia. Hujus cauſam eſſe in fæcibus, quæ in colo retentæ putridis vaporibus ſanguinem inficiant. Curari ſæpe, & certo præveniri clyſteribus & blandis medicamentis alvum laxantibus. Denique quemque mortalem optime percipere, quæ ſibi deſint, optime mederi. Satyrica multa in medicos. Ut ruſtici & alii homines indoctiores curaverint ægrotos, in quibus medici fruſtra laboraſſent.

EJ. *Art de faire les rapports en chirurgie*, *par* M. D. *Prévot de la Comp.* Paris 1727. 12. maj. *. & 1743. 12. maj. *.

Prior editio utique ad chirurgos magis eorumque de vulneribus relationes ſpectat. Antiquitates Collegii chirurgorum a STEPHANO PASQUER pro ſpuriis habitas vindicare conatur. Caput de lue venerea ad practicam medicinam pertinet: ſigna autem indagat, per quæ ea lue adfecti deteguntur. Sic lepra, peſtis, variolæ, morbilli, tinea, ſcrophulæ, venena. Ventriculus a veneno inflammatus & eroſus. In alio cadavere oſtenſum malum veneni culpam eſſe: hypercatharſeos veſtigia, morbus demoniacus, quem tamen ad medicos remittit. Porro ſigna virginitatis, graviditatis, abortus, partus prægreſſi, ſterilitatis, impotentiæ. Contra congreſſum. Submerſorum, ſtrangulatorum ex inſcriptione funis, ſpuma oris, linguæ nigridine ſigna. Teſtimonia morbi excuſantis, debilioris judicii. Jejunii noxæ. Demum edicta aliqua regia. Edictum a. 1692. quo medici & chirurgi in oppidis & civitatibus regiis conſtituuntur, qui ſoli legaliter referant.

Nova editio a. 1743. multum aucta eſt a S. F. MORANDO etiam ex l. GENDRYI. Caſus novi additi & nuperiores. De ſcorbuti ſignis. Qui impotentiæ reus factus erat, ſanus repertus, & femina deflorata, rejecta ideo accuſatio. Leges pro exemtionibus & relationibus ſolos nominat medicos eam legem MORANDUS mallet evadere. Lepræ horrendum exemplum: ob ulcerum malignorum numerum pes alter amputatus & oculus deſtructus. Ut nutrix infantem, hic aliam nutricem infecerit; cauſa mali detecta, cum ſecunda nutrix ſolis in mammis mali ſigna haberet.

EJ.

Ej. eſt *lettre à M. ſur le huitieme extrait du journal des Savans* 1726. Contra Andrium.

Idem multos libros gallice vertit G. Harris *malad. des enfans* 1730. 12. Cockburne *de gonorrhœa* Paris 1730. 12.

Jacobum Vercellonum, Ant. Deidier *de lue venerea*, Freind *Emmenologiam* Paris 1730. 12.

Gladbachium *nouv. pratique de la medecine* 1704. 12. Allenium, Boerhavium de viribus medicamentorum Paris 1730. 12.

Idem Car. Musitani *Traité de la maladie venerienne* vertit & edidit Trivulti 1711. 12. Pariſ. 1733. 2 vol. adjecitque proprias adnotationes, quas laudat P. Astrucius.

Joh. Bernier in *Hiſtoire de Blois* Paris 1682. 4. multa ad hiſtoriam medicinæ. Olim pene omnes principum medicos fuiſſe clericos. Ludovicus Burgensis Francisci I. medicus prudente reſponſo Carolo V. dato regis ſui libertatis auctor fuit. Morbi endemii; morbus gangrænoſus a ſecale corniculato ortus.

Ej. *Eſſais de médecine où il eſt traité de la médecine & des médecins* Paris 1689. 4. & *ſupplement au l. des eſſais de médecine avec des corrections & deux lettres* Paris 1691. & nova editio cum titulo: *Hiſtoire chronologique de la médecine & des médecins* 1695. 4. *. 1714. 4. Ordinem ne requiras. In P. I. operis ſeries eſt medicorum antiquorum & chronologica græcorum, latinorum, arabum, ſed ordine temporum corruptiſſimo. Ita Dioscoridem botanicum Phacata facit & Cleopatræ medicum. Catalogus medicorum, quorum Galenus mentionem facit, admiſtis non bene maxime ſpuriis Galeni libris. Artem cæterum defendit contra ſatyras jocantium & contra De Vaux in l. médecin de ſoi-même. P. II. De medicorum officiis & vitiis multa cum ſatyra. In agyrtas Galliæ in Talbotum etiam potiſſimum. Pro medicorum ſæpe a chirurgis dignitate imminuta. P. III. Inde de vario potu, de medicamentis purgantibus, caſſia, ſenna, manna, de ſicera ſ. potu pomario vino; de cereviſia; de vino, vini ſpiritu, medicamentis cardiacis. Pro corticis peruviani ſalubritate. Denique cosmetica & de fucis. Potuiſſem utique utiliter hunc librum in meo opere conſuluiſſe, ſi tunc quidem ad manus fuiſſet.

Idem auctor eſt Antibailleti. Marchand.

Ej. *lettre touchant quelques matieres hiſtoriques de la médecine & des médecins* Paris . . . . 4. Falc.

Tr. de la tranſpiration des humeurs, qui ſont les cauſes des maladies, ou la methode de guerir les maladies ſans le triſte ſecours de la frequente ſaignée Paris 1682. 12. *.

 Auctor

Auctor Louis Cuzac medicaſter. Omnium fere morborum curationem refert ad medicamenta alvum ducentia, frictionem cum ſpiritu vini factam, & paucas venæſectiones. Pro ſuo fermento numeroſas ex toto morborum catalogo curationes tanquam teſtes producit. Male fere utique etiam in hydrope venam ſecari.

Ej. *reflexions ſur la theorie & la pratique d'*Hippocrate *& de* Galien, *avec la methode de guerir les malades par les voyes de la tranſpiration & de l'evacuation* Paris 1693. 12. 2e. edition. Bur.

Desse *de la veritable connoiſſance des fievres continues.* Paris 1682. 12. 1691. 12.

Michel de St. Martin *moyens faciles & approuvés, dont* M. de Lorme *premier médecin de trois Rois s'eſt ſervi pour vivre près de cent ans.* Caen 1682. 12. Bur.

Traité des fievres, où l'autheur decouvre l'erreur des médecins anciens & modernes tant en leur theorie que dans leur pratique Utrecht 1782. 8. Bur.

Jean la Fontaine *poeme ſur le quinquina* Paris 1682. Scriptum, cum ipſe eo remedio febre liberatus fuiſſet.

Isaac Bullart *Academie dés Sciences & des beaux arts, contenant les vies & les eloges hiſtoriques des hommes illuſtres* Paris 1682. fol. 2. vol.

Lamy *diſſert. ſur l'antimoine* Paris 1682. 12. 1687. 12. Falc. Heriss.

Moyens faciles pour vivre prés de cent ans Caen 1682. 12.

l'Ecole parfaite des officiers de bouche Paris 1682. 12.

François Tolet *Traité de la lithotomie* Paris 1682. 12. Caput de iſchuria & alia medica continet.

§. DCCCLXXI. Hispani et Itali.

Louis Aldarete y Soto *la verdad acriſolada con letras divinas y humanos, Padres i doctores de la Igleſia, reſpondiendo al auto del Porthomedicato, que prohibe la medicina univerſal, i el papel del* D. Juan Guerrero *que entitula ſol de la medicina* Valenciæ 1682. 4. C. de V.

Luis Amigo y Beltran *apologia en defenſa de la medicina ſubſtantial y univerſal del aqua de la vida en que ſe hace examen de los papeles que en orden a ella ſe han publicado por* D. Luis Aldirete *y el* D. Juan Guerrero 1682. 4. C. de V.

Petrus de Godoy *Ej. eſt diſcurſo jocoſo ſcritto ſobre la nueva invencion del aqua*

aqua de la vida Valencia 1682. 4. Ad eum diſcurſum Madrit eodem anno *riſpueſta* prodiit.

GEORGIO CALAFATTI Catanenſis medicus Panormitanus. *Trattato ſopra la peſte* Venet. 1682. 4.

Catalogo d'un congreſſo medico ove ſon deſcritti i nomi degli autori e la materia de loro trattati Rom. 1682. a. 10. Mart. 1681. ad 8. Jun. 1682. CINELLI.

§. DCCCLXXII. ANGLI.

GUIL. PETTY Machinarum variarum inventor, politici calculi amans & patriæ gloriæ exornandæ computatis civibus & æditibus, varia in eum ſenſum ſcripta edidit.

Eſſay concerning the multiplication of mankind and the growth of the city of London Lond. 1682. 8. 1686. 8. *. Magnæ fuiſſe urbis regiæ incrementa ab anno 1665; mortes enim fuiſſe non plures 7000, partus 10000 in annum. Ut mortales numerum ſuum auxerint rapide olim inde ſenſim lentius. Cives facit 672000.

Obſervations on the Dublin bills of mortality of 1681 London 1683. 12. & *further conſiderations upon the Dublin bills of mortality* Lond. 1686. 12. *. quæ dicitur eſſe ſecunda editio. Hæc etiam princeps civitas Hiberniæ incrementa cepit. Cives eſſe 68000. Partus ſe habuiſſe ad mortes ut 5 ad 8. Anni ſalubres, inſalubres. Morbi, qui cives abripuerunt.

EJ. *Eſſay on political arithmetiks concerning the people, houſings, hoſpitals of London and Paris* Lond. 1687. 12. *. Ex numero morientium Londinum plures cives habere. In noſodochio Hoteldieu quotannis mori fere 5631; ex 20491 & ex 28635 ad 8387 adeoque unum in quatuor & fere $\frac{1}{3}$. In optimo noſodochiorum Pariſinorum charitate perire tamen ex 3118 ægris 412 ſive $\frac{1}{7}$. At Londini in omnium peſſimo vix $\frac{1}{8}$. Plurimam adeo mortalitatem Noſodochii l'Hoteldieu malæ curationi tribui deberi. Peſtem fere quartam partem civium in Anglia occidiſſe.

EJ. *obſervations on the cities of London and Rome* Lond. 1687. 12. *.

EJ. *five eſſays in political arithmetiks* ib. 1687. 12. 1751. 8. Numerus civium Pariſinorum, Londinenſium, Romanorum, Rothomagi, aliarum inſignium civitatum, demum univerſarum provinciarum fœderatarum Belgii. Hic numerum morientium in noſodochiis Pariſinis facit $\frac{40}{110}$ & vix vigeſimam Londini. Incolas Londinenſes omnes facit 696000.

EJ. *ſeveral eſſays on political arithmetiks* 1699. poſthumum opus. Sed video meliorem titulum: *Diſcourſe concerning the conſtantly advance of lands, people, buildings,*

buildings, husbandry, manufactures, commerce Lond. 1699. quo libro incrementa urbis porro oſtendit.

SAMUEL HAWORTH *the true method of curing conſumtions wherein the vulgar method is diſcoverd to be uſeleſs and pernicious; a new method by ſafe purging and effectual remedies; the original and immediate cauſe of this diſtemper explained; ſome remarkable obſervations on perſons totaly cured by the ſame method related. particulary the caſe of o Bryen* Lond. 1682. 12. BEUGHAM.

EJ. *deſcription of the duettes bargain* London 1683. 8.

MANLOVE *letters to a ſick friend* Lond. 1682. 8. Si huc facit.

THOMAS TRYON *treatiſe on cleanlineſs in meats and drinks.* Lond. 1682. 4.

EJ. *new art of brewing and preparing all ſorts of liquor* Lond. 1691.

EJ. *a good houſe wiſe made a doctor teaching how to prevent and to cure moſt diſeaſes incident to mankind by diet and kitſchen phyſiks* Lond. 1682. 8.

EJ. *way to health long life and happineſs* ib. 1694. 8.

EJ. *wiſdoms doctrine or aphoriſmes and rules for preſerving the health of the body and the peace of the mind* ib. 1696. 8.

WILLIAM RABISCHA *the whole body of cookery* ib. 1682. 8.

§. DCCCLXXIII. GERMANI.

HIRONYMI STLAPRITZ *kleine Reis- und Hausapothek, darinnen zu finden, viele herrliche neu elaborirte Eſſentien mit welchen in kleiner Doſi mit wenigen Tropfen viele gefährliche Krankheiten ganz ſicher von männiglich ſelbſt können curirt werden —— herrliche Curation und Præſervation wider die Peſtſeuche* Altona 1682. 8. MOELLER.

CHRISTOPH THIEMEN *Haus- Feld- Arzney- Koch und Wunderbuch* Nurnberg 1682.

In ANTONII NOVERINI *chirurgia curioſa* Rotenburg 1682. fol. aliqua huc faciunt.

BERNH. HERLIN *conſilium ſanitatis und Anhang vom Miſsbrauch der wahren Phyſiognomie* Coburg 1682. 8. TR.

G. HOLSTEIN *Bedenken von der Peſt, hitzigen Fiebern und der Ruhr* . . . . 1682. 4.

Neue Heilung der Fieber vermittelſt der Kinkina oder Fieberrinde 1682. 12. GUNZ.

In

In Bayern wohlbewährte und approbirte Mittel für die jetz graſſirende Viehſeuche 1682. 4.

TH. CHRIST. RUY *Anleitung wie man ſich bey graſſirenden Seuchen verhalten ſoll* Schmalkalden 1682. 4.

§. DCCCLXXIV. DISPUTATIONES.

GEORG MELCH. WIDEMANN *de phtiſi* Leid. 1682. 4. *.

CAROLUS BELIUS *de hydrope aſcite* ib. 1682. 4. *.

. . . . BENIER *de phrenitide* ib. 1682. 4. *.

F. BECMANN *de nephritide* ib. 1682. 4. *.

J. JOACHIM LA GRUE *de aſcite* ib. 1682. 4. *.

EJ. *korte Reden over de nuttykeit en noodzaakelykheed der ſalivatie in't geneezen der gevaarlykſte Venusziekten en van verſcheide zwaare kwaalen; en twee geneesmiddelen, t'eerſte tot zwaare pletteringenen wonden, inſonderheit des Hoofts, en t'andre tegens het podagra* Amſterdam 1711. 8. Contemnit non viſum ASTRUC, qui putat agyrtæ eſſe.

ISAAC GABAY HENRIQUEZ *de aſthmate* ib. 1682. 4.

J. WILMERDINGH *de cardialgia* ib. 1682. 4. *.

J. ROTARIUS *de cephalalgia calida* Leid. 1682. 4. *.

JAC. V. DER MEULEN *de inflammatione* ib. 1682. 4. *.

JOSUA PAZMEZ *de medicamentorum ſudoriferorum natura, operatione & uſu* ib. 1682. 4. *.

FELTRUS DE VRIES *de peſte* ib 1782. 4. *.

THOMAS AYLWIN *de nephritide* ib. 1682. 4. *.

CHRISTIAN BOHEMUS *de appetitu ciborum læſo* ib. 1682. 4. *.

J. DOUW *de apoplexia* ib. 1982. 4. *.

ZACHARIAS MOSER *de natura contagii ejuſque affectibus* Urecht 1682. 4. *.

GEORG DIETER. SCHULZE *de dyſenteria* ib. 1682. 4. *.

ABRAHAM GAUBER *de febribus continuis acutis* ib. 1682. 4. PL.

GEOR. QUINKARD *de ſterilitate mulierum* ib. 1682. 4. *.

J. FRID. JANI *de martialium operandi modo* ib. 1682. 4. PL.

ROBERT S. CLAIR *de phtiſi* ib. 1682. 4. *.

JUL. NIC. DIET. HEITMULLER præſ. OL. BORRICHIO *de hæmorrhagia* Hafn. 1682. 4. *.

J. ANDR. SCHMIDT Prof. helmſtadienſis.

EJ. de ANAXAGORA *ejusque phyſiologia* Jen. 1688. 4.

EJ. *de curatione morborum per alvum ſecretam* ib. 1695. 4.

EJ. *pentas diſſertationum* I. *Theologia* HIPPOCRATIS. II. *Sophiſmata philautiæ.* III. *Regula diætetica.* IV. *Curatio morborum per oleum ſanctum.* V. *Templa* DEMETRII *argentea* Jen.

EJ. *de menſtruo fluxu ejuſque ſuppreſſione* Helmſt. 1722. 4.

Epiſt. ap. SCHELHAMERUM.

Programma in ejus funere ib. 1728. 4.

CASP. CRAMER *de inundatione microſcoſmi* Erfurd 1682. 4. *.

JOACH. LUDW. KOERBER *de contagiis malignis* ib. 1682. 4. RIV.

JOACH. KOLB *de ægro ſyncope laborante* ib. 1682. 4. *.

J. HENR. GLASER *de chloroſi* ib. 1682. 4. RIV.

J. CASPAR WIDMEKKER *de inflammatione* ib. 1682. 4.

J. CHRIST. MENZEL *de venenis* Frankf. Viad. 1682. 4.

J. J. VOLHARDT *de ſuffocatione uterina* Gieſſ. 1682. 4. HUN.

J. BERNH. CRAMER *de ægro pleuritide laborante* Altdorf 1682. 4. PL.

J. LUDW. RHIEM *de ebore foſſili* ib. 1682. 4.

Memoria poſthuma HERMANNI CONRING ib. 1682. 4.

GEORG NIC. STOCK *de temperantia medicorum* ib. 1682. 4. BURKIT.

SAMUEL STEURLIN *de morbis ex craſi ſanguinis alterata oriundis* ib. 1682. 4. BURK.

J. JAC. RITTER *de arthritide* Baſel 1682. 4. PL.

J. CHRIST. ARTOPOEUS *de poculis abortivis* Argent. 1682. 4. BOEH.

ERN. GOTTFR. HEYSE *arenæ Apollinares monſpelienſes.* Monſpel. 1682.

EJ. *de medico religioſo* Gedan 1688. 4. PL.

PET. POURRET & PONT. MAURIN *Non E. venæſectio jugulat in apoplexia* Paris 1682.

Ant. de Caen & Fr. Maillard *E. tam variæ morborum quam ægrotorum ſunt facies* Pariſ. 1682.

Car. de Laval & Mich. de Hodencq *E. omnes febres a flatibus* ib. 1682.

Denis Dodart & J. Boudin *E. cancro hydrargyrus* ib. 1682.

Abr. Thevart & J. du Mesnil *Non E. recens nati nutricum mammis carere poſſunt* ib. 1682.

Nic. Lienard & J. Poisson *Non E. cometæ mortes & morbos portendunt* ib. 1682.

Frid. Douté & Fr. Maillard *E. metu quam audacia medicus felicior* ib. 1682.

Dionys Puylon & J. Mich. Garbe *E. innuptæ ævi brevioris* ib. 1682.

§. DCCCLXXV. Diaria.

Slare apud Birch IV. p. 147. calculus renalis prægrandis ex muliere, nunquam, dum vixit, hujus mali conſcia, atque alio morbo exſtincta.

Carte p. 164. aſelli vomitu & per alvum ejecti. Redit in Hookii Philoſoph. Exper.

De agno extra uterum relatio.

D. Waller de tæniæ, ut putatur, capite uncis armato, quibus ad inteſtinum ſe firmat.

In *Journal des Savans* 1682. n. 10. de homine Anglo, qui clavos, nummos, cotes, plumbi fragmenta vomitu rejecerit.

N. 26. ex depravato appetitu, cum puella limaces, erucas, araneas clam devoraret, diræ convulſiones cum omnium ſenſuum plenaria abolitione ſubinde recurrentes.

In eodem n. 28. de morbo boum, cancro linguæ.

Quatuor primi menſes *Zodiaci medico gallici* ſunt *Abbé de la* Roque; reliqua Bonnetus complevit.

D. Marquisius in *Zod. med. gall.* 1682.

Epilepſia per apoplexiam feralis; ſanguis in cerebri ventriculos effuſus.

Caron in puellæ poſt diuturnam & ſpontaneam ciborum abſtinentiam exſtinctæ, hepar ampliſſimum; in veſicula ſummopere turgeſcente bilis citri colore; pulmo dexter totus purulentus; ventriculus magnitudine, quæ vix magnitudinem ventriculi recens nati infantis æquaret.

Rivalier Medicus Nemauſenſis fetus per particulas & per vulvam & per umbilici abſceſſum decedens, & anonymi ſimilis caſus decedentis per umbilicum fetus.

HAMEL quartana ſanata calida pota indeque moto vomitu.

Cum facies varioloſa althæa fuiſſet inuncta mors a puſtulis retropreſſis.

JAQUES MASSARD medicus Gratianopolitanus de lue venerea.

In ejus mali curatione medicum inutilem eſſe; vires ab alimentis inſtaurari purgantia nocere.

EJ. *divers traités des panacées ou remedes univerſels & ſur les abus de la médecine ordinaire avec une traduction* D'HIPPOCRATE *ſur l'ancienne médecine & des avis de* V. HELMONT *ſur la compoſition des remedes* 2. editio. Amſterd. 1686. 12. *. Chemiſta ex acerrimis invehitur in venæſectionem, clyſteres & medicamenta purgantia; pro ſudoriferis, pro panacea antimonii & auri tinctura. Omnia per fermenta explicat. HIPPOCRATEM de panacea dixiſſe. Contra refrigerantia, quæ tranſpirationem ſufflaminant.

EJ. *Suites du traité des panacées contenant 7. diſſertations* 1. *de la nature des fermens & de leur maniere d'agir*; 2. *de la nature des maladies*; 3. *des fievres*; 4. *de l'hydropiſie*; 5. *de la pleureſie*; 6. *des playes*; 7. *des maladies vénériennes.* Habet etiam BURETTE editionem *Traité des panacées* Grenoble 1679—1680. 12. 2. tomes. Amſterdam 1687. 4. *. Curationes quas in variis morbis per ſua arcana perpetravit, calidiſſima omnia. In pleuritico ſanguis ibicis, & ſola auri tinctura abſque venæſectione cum gravi lapſu caput adflictum fuiſſet. ILL. virum hydropicum ſanavit &c.

Anonymus, forte ipſe BONNETUS febris intermittens erronea cum enormi & perpetuo ſudore funeſta.

Febris tertiana ſponte oborto bilis vomitu ſublata.

Tertiana febris, puto cortice, ſuppreſſa, inde funeſtus ſopor.

Sol fervidus funeſto eventu hominem tertiana correptum humique procumbentem feriens.

Rheumatiſmo cum peripneumonia conjuncto pleuritis ſucceſſit, funeſto eventu.

Ulceribus tibiæ clauſis faucium ulcus funeſtum ſucceſſit.

Quartanæ tertius paroxyſmus feralis.

A variolis ſphacelus funeſtus linguæ & genarum.

In alia puella inde claudicatio.

Et iterum in alia caries, exeſa ligamenta, brachiorum ancyloſis.

Acidis cum confectione de hyacintho febris maligna curata.

Feliciſſime

Feliciſſime dati corticis peruviani exemplum.

In febre petechiali ſalutaris hæmorrhagia.

Lumbrico excluſo febris & convulſionum quies.

In febre petechiali ſanguis, de gingivis effluxit.

In febre maligna verminoſa utiliter vinum datum.

Menſe Martio & Aprili adnotationes ex BOURDELOTI conferentiis excerptæ.

M. Junio incerti auctoris de *morbis pectoris tractatus.* Aſthma varium, pleuritis; ab ea tuſſim abeſſe poſſe. Plerumque cum peripneumonia pleuritidem conjungi. Sanguinis de vena emiſſi incerta phænomena. In peripneumonia omnibus irritis emeticum. Empyema. Pectoris hydrops hydragogis tentandus, nam paracenteſin fere infauſte ſuccedere. Laudanum convenire & cinchonam. Phtiſis; lacte utendi ratio.

De acido & alcali.

Lites pharmacopœas inter & chirurgos Lugdunenſes de finibus utriuſque artis; ſ. de auxiliis, quæ in morbis cuique eorum præſtare liceat.

Hoc anno prodiit primum volumen *Actorum eruditorum*, diarii nempe recenſionum librorum novorum, quod MENKENII pater, filius & nepos ediderunt, & nunc a nepotibus editur. Præter librorum cenſus interveniunt paſſim aliquæ adnotationes propriæ BOHNII, RIVINI, aliorum. Hoc anno ETMULLERUS crinonum dedit icones, microſcopio auctas, informis animalis, ut vix pro animale haberes. Duo autem animalculorum genera ſunt. Crinones longiſſime caudati & ſirones quorum ex altero extremo arcuato cylindrus inter quatuor hamos prodit.

Quæ diſſertationes paſſim in *Actis eruditorum* prodierunt, eæ prodierunt Venet. 1740. ad 1746. 4. 4. vol. cum titulo: *Actorum eruditorum ſynopſis i. e. opuſcula omnia actis eruditorum Lipſienſibus inſerta, quæ ad univerſam matheſin, phyſicam, medicinam, anatomiam, chirurgiam & philologiam pertinent, &c.*

§. DCCCLXXVI.

EPHEMERIDES MEDICOPHYSICÆ GERMAN. ACAD. NATUR. CURIOS.

Decas ſecunda a. 1682. primum in ordinem rediit, Tomuſque I. rediit.

SYLVESTRIS SAMUEL ANHORN AB HARTWISS helvetus.

Obſ. 39. puella tabida ex morbo convulſivo. Ejecti per emeticum lumbrici,

brici deinde ſerpentes vivi. In ventriculo emortuæ repertæ plumæ fila. Cerebri cortex quaſi gelatina obductus. In glandula pituitaria oſſicula.

EJ. *Diſſ. inauguralis eſt de febre tertiana ſimplici præſide* FR. CHRISTIANO WINKLER Heidelberg. 1679. 4. SCHEUCHZ. quæ præſidis fuerit.

Ann. VI. *obſ.* 34. vomitus ciborum & bilis; tabes; in ſacco materies nigricans & abſceſſus varii; meſenterium conſumtum, glandulæ induratæ, bilis iners, in ea calculi.

Dec. II. *ann.* X. *obſ.* 19. plica Francofurti ſubnata, ſponte delapſa, inde dyſenteria, deinde enorme ſteatoma imæ cervicis inciſum, ſed cancroſum felici tamen eventu.

Dec. III. *ann.* I. *obſ.* 86. infanti vomendi conatus, icterus univerſi corporis facile ſanatus educto meconio.

Obſ. 87. a mœrore menſes ſuppreſſi, icterus facile ſanatus cichoraceis.

Obſ. 88. menſes per vulnuſcula ſcapularum ſcarifando inflicta manantes.

Obſ. 89. icterus, alvus clauſa cum pertinaci vomitu, data miſtura RIVERII & aqua menthæ vomitus coercitus; deinde alvo non ſine magna moleſtia per pilulas cochias aperta, ſalutaris diarrhœa.

Obſ. 90. vomitu per antimoniale medicamentum moto, ſanguis ipſe rejectus eſt, & vomitus nimius perſtitit. Data iterum RIVERII miſtura, ſed rediit vomitus ipſius fœtidiſſimi ſtercoris. Alvo iiſdem cochiis pilulis mota ſucceſſit felix diarrhœa.

Ann. III. *obſ.* 88. horrendæ convulſiones, catalepſis, longus morbus fuſe deſcriptus tandem lacteo victu ſanatus. Subjunctæ pluſculæ hiſtoriæ convulſionum.

Ann. IV. *obſ.* 73. morboſus puer, ſanguinem vomere conſuetus, tandem in cadavere, poſt pus cum lotio redditum & cum fæcibus, hepar ſcirrhoſum, ductus bilarii pure pleni. Ren alter ſolo quaſi ſebo membrana velato fiebat. Ureteri ſimile pus caſeoſum in duobus ſacculis adpenſum.

Obſ. 101. dyſenteria epidemica minime maligna. Noſter opio feliciter uſus eſt cum catechu &c.

Ann. V. VI. *app.* conſtitutio epidemica S. Gallenſis.

Ann. VII. VIII. *obſ.* 133. frequens abortus venæſectione & variis fruſtra factis, tandem ultimo lecto laneo pro plumeo ſubſtituto, cibo leviſſimo, quiete, clyſteribus lacteis denique reſtituta.

J. PETRUS ALBRECHT practicus Hildeſienſis.

Dec.

Dec. II. *ann.* I. *obſ.* 77. poſt iſchuriam ejectus lumbricus.

Obſ. 78. hydropicæ cutis in hypochondriis hians aquam dimiſit.

Obſ. 80. clyſtere ſubdito de ano excretæ hydatides.

Obſ. 82. aqua limpida, dulcis, lochiorum loco effluens.

Obſ. 83. renum abſceſſus, pus per urinam cum caruncùlis expurgatus.

EJ. *Flekſiebercur* Hildesheim 1686. 4.

Ann. VI. *obſ.* 10. poſt acerbiſſimam cephalalgiam phrenitis, lethargus, demum per nares pus cerebri ſimile expulſum funeſto eventu.

Obſ. 11. colon inteſtinum enormiter flatu diſtentum, hydropem ſimulans, ſphacelatum, ſic lien.

Obſ. 12. in febre verminoſa, exitiali, enormis numerus ſternutationum.

Obſ. 16. arthritis levata allio in lacte cocto.

Obſ. 17. cor vehementiſſime palpitans, facile tamen carminativo medicamento levatum, ut morbus in inteſtinum migrare videretur.

Obſ. 18. melancholicus pro dæmoniaco habitus ſapa antimoniali ſanatus.

Ann. VIII. *obſ.* 165. quæ femina pro hydropica habita fuerat iridis & ſambuci ſucco ſumto feliciter peperit. Plura exempla feminarum gravidarum, quæ validis draſticis ſumtis tamen fetus maturos pepererunt. Neque gravidas febre maligna laborantes ſemper abortiri, ſic neque in dyſenteria, neque a repetita etiam octies venæſectione.

Obſ. 168. abſona hiſtoria febris malignæ ſpiritus vini potu curata.

Ann. IX. *obſ.* 78. cum in febre tertiana impatienter æger pedes in frigidam demerſiſſet, in malignam febrem cum paralyſi incidit & ægre ſervari potuit.

Obſ. 79. hæmorrhagia uteri peſſario compreſſa.

Obſ. 81. & ſanata gutta ſerena per puerperium ſubnatum.

Obſ. 82. diuturnus oris amaror, anorexia, vomitus. Dato oleo amygdalarum prodierunt tria porro fruſta fætidiſſimo muco obducta, malumque ceſſit.

Obſ. 84. arenulæ in ſudore.

Obſ. 86. chylus per oculos manans & in puella & in femina.

Obſ. 87. malo conſilio lardum faciei varioloſæ impoſitum; ſigna quidem morbi in cute nulla, ſed febris ardentiſſima cum ſumma ſpirandi difficultate, ut vix morti eriperetur, formæ nimium ſtudioſa.

Dec. III. *ann.* II. *obſ.* 201. erucæ nigræ poſt magnos dolores a tartari emetici uſu vomitu rejectæ, bono eventu.

Obſ. 203. urinæ diuturna difficultas, cum maxima aſcaridum ubertate, a quibus excretis levamen, ſed etiam tænia laborabat idem.

Obſ. 204. faſcini, ut putat, exempla.

Obſ. 205. ab eſu vetuſtarum radicum paſtinacæ, ut putat, deliria, emetico expugnata.

Ann. III. *obſ.* 124. puella poſt anxietates præcordiorum & veneni ſuſpicionem febriciens, periit, per univerſum corpus epidermis undique detrahi potuit.

Obſ. 125. variolæ pure turgidæ ſubito in veſiculas pruriginoſas aqua plenas mutatæ, abſque tamen malo.

Obſ. 126. ſed etiam variolæ calido regimine in anthraces mutatæ, cum univerſi corporis ſphacelo.

Obſ. 127. pro clyſteribus febrifugis.

Obſ. 128. in ægro poſt convulſiones ſerpens bicubitalis repertus, & lacerta multipes.

Obſ. 129. proſtratus & calcibus mulctatus inteſtini partem per anum amiſit, ut tamen convaleſceret.

Ann. V. VI. *obſ.* 20. decocto cyani uberius ſumto ſanata hydropica.

Obſ. 21. moleſtiſſimus fluor albus cum hæmorrhagia uteri alternatim adfligens. Ob maximos dolores æger opii gr. *26.* in dies ſumebat abſque noxa & demum gr. *66.* Alvus tamen inde pertinaciter conſtipata.

Obſ. 22. datis laudani granis octo ſopor, deinde appetitus diminutus torpor, febris lenta, tumor hypochondrii dextri cum obtuſo dolore ſigna abſceſſus in hepate maturi. Cum inciſus pus funderet, lentiſſime demum convaluit.

Obſ. 24. in nocte nuptiali hæmoptyſis porro cum infeſtaret, ut enormem ſanguinis vim funderet; id malum æger 40. integris annis tulit.

Obſ. 25. virgo venæſectioni adſueta ea intermiſſa in hæmoptyſin incidit, ſanguine ex vaſis palati prodeunte.

Obſ. 26. a podagra repercuſſa pulmonis exulceratio. Idem caſu pota aqua forti ſanatus eſt, ſed atrox arthriticus dolor ſucceſſit.

Obſ. 27. in puerpera ex campanarum ſono convulſiones.

Obſ. 28. cæcitas & epilepſia ex terrore ſanatæ.

J. GEOR-

J. Georgius Ernst.

Obſ. 99. cum multa hæmorrhagia vermis ſanguine turgidus de naribus excuſſus.

J. Laurentius Lusius.

Obſ. 98. emetico medicamento ejecti aſelli fere ſexaginta & ſanitas reſtituta.

Philippus Marcius Morel.

Obſ. 120. convulſiones per univerſum corpus pro dæmoniacis habitæ: perforatum demum inteſtinum & lumbrici atque alvi fæces in cavum abdominis elapſi.

Benedicti Hermann.

Obſ. 124. epilepſia, longiſſimis paroxyornis. Emetico medicamento ejecti ſcarabæi, quales in roſis circumvolitant.

Dec. II. *ann.* III. *obſ.* 67. febris quotidiana expugnata tartaro emetico, etiam ſi vomitum non cieret nec alvum.

Ann. IV. *obſ.* 89. convulſiones octimeſtris puellæ lethales, ortæ, ut credit noſter, quod ſquama in vertice butyro inungerentur.

Obſ. 90. dolores vagi artuum tremorque diſſipati impoſitis foliis ruſticani raphani.

Ann. V. *obſ.* 30. raphano ruſticano abdomini impoſito pleuritis ſublata.

Obſ. 216. tartaro emetico motus vomitus hæmorrhoides ſuppreſſit.

Theodoricus a Marwiz.

Obſ. 133. in corde capreoli magnus calculus.

Christoph Seliger.

Obſ. 136. cum gonorrhœa nodi oſſium numeroſi ſanati mercurio, therebinthina, lignorum decocto.

Obſ. 137. vomitus ab ingurgitatis myrtillis ſuppreſſus funeſto eventu.

Obſ. 138. fomentatio facta decocto hyoſciami, inde epilepſia tamen ſanata.

Obſ. 139. mors ex cucurbita comeſta cum cita putredine.

Obſ. 140. ſub muſculis abdominis copioſi pili abraſi cum calce ſubacti cranium cum dentibus pro veneficio.

Gregorius Hilling.

Obſ. 160. unguis monſtroſæ molis.

Obſ. 161. calculi ex puero cum lotio excreti.

J. Cor-

J. Cornelius Hoenn.

Obſ. 176. a ſomno ſub dio capto acerbiſſimi dolores ſub diaphragmate funeſti. Corpus continuo computruit & intumuit, ut paſſim cutis creparet.

Variorum ad adnotationes hujus diarii adnotationes & ſimiles caſus.

In *appendice* privilegia academiæ naturæ curioſorum impertita; variaque ſcripta ad hiſtoriam academiæ & protectoris munus a Raymundo de Montecuculi ſuſceptum.

Jacobi Weiz archiatri Gothani de peſte & maligna febre meditationes. Laudat lixivia, ſulfur cum bezoardicis pulveribus fuſum aut cum lixiviis miſtum, tincturam tartari antimoniatam alia alcalina medicamenta.

§. DCCCLXXVII. Fridericus Hofmann Friderici fil.

Clauſtaliæ Hercyniæ natus, vir chemiæ pharmaceuticæ ſtudioſus, gratorum medicamentorum auctor, quæ ipſi & gloriæ fuerunt & emolumento, paulatim in praxi medica inclaruit, idem Stahlii æmulus & collega, aliquamdiu archiater, Halæ conſenuit, ubi ultima ejus tempora adtigi, ejus favore & familiaritate gaviſus. Mechanicæ ſe ſectæ addixit, cum in primis ſuis operibus cum Stahlio ſenſiſſet (*) & mathematico etiam habitu ſua edidit, tamen ut a rigore Euclideæ methodi longe abeſſet. In medicando mollem fuiſſe ei objectum eſt (**); in commoda etiam ſua propria arcana medicamenta frequentiſſime præſcripſit. Plurima ſcripſit aut ipſe, aut ejus ſub nomine vir olim doctus J. Henr. Schulze.

Diſputavit Jenæ a. 1656. 4. *. *de morbo convulſivo* cujus & hiſtoriam adjecit.

Ej. *exercitatio medico chymica de cinnabari antimonii* Jen. 1681. 4. Leid. 1685. 8. Hall. 1746. 4.

Hic libellus inſigniter ab aliis Hofmanni operibus differt & totus eſt chemicus, pæne alchemiſtæ, qui cum Valentino regulum antimonii ajat eſſe indolis ſaturninæ, qui ex omnibus metallis hydrargyrum educat. Deinde non laudes nimia cinnabaris præconia, quam ſuo ævo pauciora præſtare cum fateatur, tamen mira præſtare confirmat: opium optime corrigere. Omnes morbos curare & panaceam eſſe: viam ſibi tum apertam videri ad parandam ex mercurio univerſalem medicinam. In febribus malignis ſalivam cinnabari moveri, ſed eam ſalivam a Cramero iis in malis cieri. Valere in

(*) In fundamentis.
(**) Schuster comment. p. 107. &c.

in variolis, morbillis; ſpecificum eſſe pleuritidis remedium, partum expedire, cancro mederi. Aliqua magis ſunt chimica. Cinnabarim antimonii arſenico adulterari, ſic mercurium ſublimatum. Cinnabarim antimonii eſſe mercurium larvatum. Igne aperto optime deſtillandi encheireſis. In cinnabaris deſtillatione pondus hydrargyri augeri. Mercurium cinnabaris vulgari præſtare. In butyro antimonii ſalis non vitrioli acorem contineri. Non debere cinnabarim per corroſiva diſſolvi. Opium ſuum laudat, quod fermentatione cum ſucco pomorum correxerit, æquam portionem cinnabaris antimonii addiderit.

Ej. *exercitatio acroamatica de acidi & viſcidi inſufficientia pro ſtabiliendis omnium morborum cauſis & alcali fluidi pro iiſdem debellandis inſufficientia* Francf. 1689. 8. *. Ex melioribus Cl. viri operibus, regnanti eo ævo Tachenii ſyſtemate in Belgio potiſſimum oppoſitum.

Titulus pleraque dicit, theæ præterea nimiæ laudes hic perſtringuntur & diluentium. Contra noſter oſtendit, non in fluiditate ſanguinis eſſe perfectionem, poſſe eam nocere, ſed neque alcalia certas eſſe morborum antidotos, in venas injecta eadem occidere, etiam magis alcalia volatilia nocere, theæque nimis copioſum potum. Multos morbos omnino ab alcali volatili oriri, ſcabiem, variolas, ſcorbutum, arthritidem vagam, diarrhœam, dyſenteriam, morbum hungaricum, peſtem, febres malignas, ictus animalium venenatorum, vermes, hydropem per alcalinas particulas nocere. Febres non eſſe ab acido. Acida ita non nocere, ut in abundantia ſalino ſulfurearum particularum uſui ſint. Nitri laudes. Sic in variis morbis nitrum prodeſſe & vinum, etiam uberius. Neque alcalina vi neque acida opium operari. Opium in ſpiritus efficaciam ſuam exſerere; eorum motum, & excretiones & circuitum ſanguinis reddere lentiores. Alias eſſe efficaciæ particularum medicatricum cauſas. Venæſectionem utique ſuis in morbis neceſſario requiri, ut in plethora, quam dari oſtendit. Purgantia calidiora nocere. Germanice verſ. prodiit Hall. 1696. 8.

Ej. diſſ. *de affectu cataleptico rariſſimo* Francfurt 1692. 4. puto connecti cum

Ej. *teutſches Judicium von der Quedlingburgiſchen Magd* 1692. 4.

Ej. *fundamenta medicinæ* Hall. 1695. 8. 1703. 8. Non coram eſt. Hic Stahlium eſſe ſecutum objiciunt.

Ej. *de ſtudiis facilitandis per regulas diæteticas & prolonganda litteratorum vita* ib. 1695. 8.

Petri Poterii *opera omnia* cum *additamentis* edidit Francf. 1698. 4. *. Numeroſas adnotationes noſter adjecit eaſque paſſim utiles. A draſticis medicamentis flatulentia, hydrops. Abuſu corticis peruviani febres diuturnas reddi.

Hydrargyrum cum ſtanno conjunctum ſe vidiſſe præſtantiſſimum ſudorificum & reſolvens medicamentum præſtitiſſe. Materiem perlatam tamen aliquanto plus præſtare quam ceruſſam antimonii. Sacharo roſato & herbarum decoctis tabidos per plures annos ſuſtentatos fuiſſe. Sal prunellæ ab HIPPOCRATE in febrium æſtu temperando. Ex auro cum mercurio conjuncto factum eſſe medicamentum ad podagram efficax. Steatoma ſeſqui librale de fronte feliciſſime reſectum. Olea ætherea magis calefacere quam ſales volatiles, & in morbis acutis debere vitari. Ex tumore duro circa anum, qui in abſceſſum abierat, vermes, eo tumore aperto exhauſti, ut æger commode haberet, tamen ut ulcus non clauderet. Vermes ex ulceribus tibiæ cum euphoria extracti. Menſes, vena in manu inciſa extemplo ſupprimi. In principio febrium malignarum utiliter dari ſulfur antimonii mitigatum glauberi, quod ſalivam cieat. Ex prævio terrore paralyſis artuum inferiorum cum inſenſibilitate perfecta poſt ſex menſes funeſta. Caſeoſam materiam inde gypſi ſimilem, demum lapideam in pulmone vidit. Epilepticum ex nimia venere ut ſanaverit, cui cinnabarina nocebant. A reſina jalappæ paralyſis alterius lateris & aphonia. Se gravidam feminam ſuo mercurio ſalvo fetu lue venerea liberaſſe. Hæc ex centuria prima, neque licet plura addere. Ad pharmacopœam ſpagyricam pariter adnotationes addit, pharmaceuticas & chemicas, ut erat in medicamentis exercitatus. Ad l. de febribus loco adnotationum ſuum adjecit libellum. Febres ſæpe ſpontanea aliqua evacuatione ſolvi. Non ponere intemperiem aliquam ſanguinis, & accedere cum optima temperie. Non eſſe fermentationem ſanguinis, ſed inæqualem utique motum progreſſivum. Nocere acida. Febres ſingulatim. Refrigerantibus ſynochum in febrem lentam perduci. Cauſum eſſe tertianam continuam. Venæſectionem convenire, & medicamenta mitia. Malignæ petechiales continuo curandæ ſed leniſſimis, & obſervandi dies critici. Symptomata non curat. Dat blanda acida cum eſſentia ſcordii. Febres intermittentes. Hic primum virium habenda ratio; uno cum emetico vel purgante ſæpe ex pugnantur. Nullas dari quotidianas. Cortex peruvianus quidem ſummum eſt remedium, non tamen dandus plethoricis aut ubi alvus adſtricta & aliqua adeſt obſtructio. In quartanis raro convenire emeticum.

EJ. *demonſtrationes phyſicæ curioſæ experimentis & obſervationibus curioſis mechanicis ac chymicis illuſtratæ* Hall. 1700. 4. ſi omnino ad praxin quidquam facit. In *Coll.* Ulm. 1725. 8. *. Ad particulas varias aeri admiſtas.

EJ. *obſervationes barometrico meteorologicæ & epidemicæ Halenſes anni* 1700. Præmiſſæ ſunt curioſæ phyſicæ meditationes circa ventorum cauſas vires & operationes in corpora humana & barometrum Hall. 1700. 4.

EJ. *de officio boni theologi ex idea boni medici* ib. 1702. 4. Ulm 1725. 8. ad prudentiam medicalem.

EJ. *idea fundamentalis medicinæ univerſæ* Hall. 1707. 4.

EJ.

Ej. *Beſchreibung der Salzwerken zu Halle* Hall. ib. 1708. 4. cum viribus ſalis univerſ. Latine in Coll. Ulmenſi 1725. 8. Salinarum halenſium contenta; artificia quibus ſal excoquitur. Compendium ligni, ut in cortina ſuperiori aqua tantum caleſcat, in interiori vero coquatur. Sal anglicus ut obtineatur. Præſtantia ſalis halenſis.

Ej. *Unterricht wie bey den jetz graſſirenden gefährlichen Seuchen ein jeglicher ſein eigner Medicus ſeyn und vor denſelben ſich verwahren könne* Erlang. 1708. Tr.

Ej. *Unterricht von dem balſamo liquido und liquore anodyno minerali* Hall. 1712. Hæn.

Ej. *Bedenken von dem tödlichen Dampfe der Holzkohlen* ib. 1716. 8. Contra eum ſcripſit F. Andreæ defendit Hofmannum Schulzius *in Anmerkungen über* C. F. Andreæ *Gegenſatz auf das halliſche Bedenken &c.* ib. 1716. 8. De ſtudioſis agitur ob conjurationem dæmonum in ſolitaria domo cum prunis candentibus incluſis, qui ſuffocati perierunt, & noſter certo oſtendit, a carbonum fumo ſuffocatos fuiſſe.

Ej. *medicinæ rationalis ſyſtematicæ Tomus prior, quo philoſophia corporis ſani pathologiæ & praxi medicæ ceu verum fundamentum præmittitur* Tom. I. ib. 1718. 4. *. Huc pertinet Sectio II. de vita & ſanitate per ſalubrem diætam conſervanda & præmatura morte morbiſque avertendis. Res non naturales & morborum cauſæ. Aer & venti annique tempeſtates. Cibi ſalubres & inſalubres. A lacte Helvetiorum eſſe proceritatem, quos putat imprimis lacte ali: id autem de alpicolis minus proceris ſolis verum eſt. Piſces (minores & fluviatiles) minus in putredinem inclinare; hinc minus inſalubres eſſe. Acida non probat, & acidum hoſtile vocat, etſi non ignorabat humores noſtros in putredinem ſponte ſua ruere. Vegetabilem cibum fere flatulentum eſſe. Condimenta. Potus. Aquæ potores rectius valere, melius appetere, dentes habere firmiores. Aquam ex nive natam eſſe inſalubrem (quæ omnium ſit puriſſima & gratiſſima). Vinum. In cibi copia aliiſque conditionibus moderatio. Excretiones. Tranſpirationem retentam putat putridos morbos facere. Plethora. Motus, cui plurimum tribuit. Somnus. Varia victus ratio pro varietate temperamentorum ſexus &c.

Ej. *medicinæ ſyſtematicæ T. II. quo philoſophia corporis humani morboſi & vera pathologiæ fundamenta & præſervatio a morbis exponuntur* Hall. 1720. 4. *. P. I. fontes pathologiæ, etiam cadaverum inciſiones. Contra animam cauſam motricem motuum, quos morbis opponit, & defenſio medicamentorum ſedantium. Mortis natura non eſt in putredine, quæ mortis effectus ſit. Morborum ſummæ claſſes. Spaſmi, morbique in motu. Stagnatio humorum, obſtructio, inflammatio. Morbi ſolidorum, fluidorum. Morbus convulſivus a ſecali corniculato

 profectus.

profectus. Morbi compoſiti, ut variolæ cum morbis jam in corpore hærentibus: graviores fieri. Mali effectus hæmorrhagiarum emanantium ſubpreſſarum. Abortus tertii menſis, vomitus bilioſus, icterus, tuſſes periodice recurrentes. P. II. cauſæ morborum: res nocivæ; uberius adfectus nocere. Venena. Qui a lupo rabiente demorſus, hactenus ſanus uxorem eamdem rabiem induit; qui per intervalla maniacus pariter maniacos pueros genuit. Venena ſingulatim; auripigmentum male pro veneno haberi. Venenata vis vegetabilium; longa coctione diſſipatur. Venena per nervos nocere, mineralia ſphacelo. Miaſmata morboſa. Miſturæ ſimplicis in malignis malis ſummam eſſe efficaciam. Venena optime de ventriculo per emetica medicamenta expelluntur, & paulo poſt balnea & ſudorem & ſales volatiles laudat. Sublimati mercurii grana duodecim puellum biennera enecant poſt vomitus ſanguinolentos. Omnis hydrargyrus faucibus moleſtus eſt. Ab unguento mercuriali in bubone, a pulvere mercuriali ingeſto ulceratio partis, faucium ulcus. Sed & inteſtina invadit, & diarrhœam facit cum torminibus. A granis ſex hydrargyri dulcis apoplexia. Ab aqua mercurii ſublimati anxietas, convulſio, deliria, mors. A turpethi granis ſex per octiduum datis ulcera maligna & atrophia brachii ſoluta balneis diaphoreticis. A mercurii dulcis granis 15. vomitus, anxietas, tremor, mors. Pueris hydrargyrus infeſtus. Putredinem partis alicujus pulſum celerem & parvum facere, & ſyncopen, quæ mortem præcedit. Venena, quæ morborum epidemicorum cauſæ ſunt. Febres a ſtagnis ortæ in pago Charlottenburg & Dieskau. Hyemes auſteræ variolas, febres malignas epidemicas, diarrhœas faciunt. Serio putat a locuſtarum copia natas febres petechiales; dyſenteriam, quæ fervidam æſtatem ſequitur, eſſe a corroſivo aere. Fumo carbonum foſſilium febribus malignis & dyſenteria Halam liberatam eſſe. In epidemia præſtantiſſimi uſus vinum rhenanum. Medicamenta veneni vim habentia. Princeps enectus tartaro emetico ventriculo ſphacelato; ſic a vitro antimonii ante paroxyſmum intermittentis febris dato. His pharmacis lac medetur aut oleum; eo ſe ſanaſſe qui ſextuplam doſin aloes ſumſerat. Cataputiæ venenum lacte caprillo miteſcere, & infantes lactantes acria melius ferre. Funeſtus effectus pilularum, quas colocynthis ingreditur. Ventriculi inflammatio in febribus acutis frequens. A ſublimato mercurio ſudor, vomitus, etiam ſanguinis, mors; os ambuſtum, ventriculus eroſus, ut pæne perforatus eſſet. Noxæ hydrargyri externo uſu & interno. In quartana a priſco uſu mercurii dulcis gravem ſuccedere ſalivationem. Ab hydrargyro crudo extus admoto varia mala. Narcotica venena. Male in hæmorrhagia pilulas de cynogloſſo vulgo dari. Mitiores capitis dolores ab opio in fatuitatem & ſopores verſi. Ubi pulſus debilis utique dandum opium quod vidit Hofmannus ab ejus uſu pulſum intendi. Puella datis ob febrem quartanam granis quindecim nucis vomicæ exſtincta. Enormes vis auri fulminantis cum adjectis ſalibus mediis noſter in pilulis dabat. Vitriolo albo febres ſuperatæ, ſed in aucta febre æger exſtinctus. Plumbi mali effectus. Sacharum ſaturni ventriculum lædit, alvum conſtipat. Carbonum fumus. A calcis vapore enormis ſternutatio. Corrupto frumento

(olere)

(olere) emetica, acetum. Morbus puſtulatus a mephiti A potu aquæ tabes, alia mala, etiam a fructibus horæis. A vermibus chorea S. Viti: non debere continuo vermes acribus purgantibus expelli. Calculorum felleorum ſymptomata.

P. III. morbi ex imbecillitate, motuque humorum debilitato aut ſuppreſſo. Infantibus pulveres abſorbentes mire conferre, ſenibus purgantia nocere. Morbi a nimia ingeſtorum copia. Ante podagram & catarrhos ſæpe ciborum increſcere deſiderium. Febris digeſtiva ephemera a ventriculi inflatione. Fuſius nunc contra acidorum uſum: ab acidorum uſu pravo hyſtericum malum eſſe, a vino arthritidem, calculum, hinc Helvetios calculo maxime eſſe obnoxios (omnium populorum minime, cum vix intra decennium unus calculoſus incidatur). Recte aquam calidiſſime hauriri, ita ſcorbutum factum eſſe rariorem. Spiritus vini noxius; inde viſcera omnia arida, contracta. Noxæ defectu excretionum. Diarrhœam ſiſti aucta perſpiratione. In febribus acutis criſin macilentorum per ſudorem, pinguium per alvum magis fieri. Alvi fluxu temere ſuppreſſo malum acceſſi hypochondriacum. Ab hæmorrhoidibus per opium ſuppreſſis mortes, a fluore albo purpuram chronicam. Hinc ſub graviori convaleſcentia morborum creſcere & viciſſim. Fuſius de aeris influxu. Calculum e renibus in ureteres frigus potiſſimum impellere. Plethora. Coli conſtrictiones & ſæpe intus ſuſceptiones nullo clyſterum uſu ſuperabiles. A frigido potu cordis polypus; ejus ſigna. A ſuppreſſis evacuationibus naturalibus cutis varia mala. A morbis præſervatio: motus ante prandium, corpore vacuo. A venæſectione febres, arthritides. Sales neutros ſaluberrime alvum ſolvere. Inter roborantia optimum ſal volatile Sylvii.

Tomus III. *quo vera therapiæ fundamenta, medendi methodus & leges & ſelectiſſima remedia traduntur* Hall. 1727. 4. *. Bono nunc ſeni Schulzius in edendis operibus auxilio fuit, cum a. 1726. memoriam eum deſtituere vidi.

Brevius oportet reliqua volumina recenſere. Iſte tamen P. I. continet rationalis therapiæ fundamenta. Eorum primum eſt hiſtoriæ morbi exacta conſignatio. Pleroſque morbos initium ducere a potu frigido æſtuanti corpori ingeſto. Pleroſque etiam mortales nimium capere ciborum. Juvantia & nocentia rite conſignanda. Morborum adfinium diſcrimina. Natura ſ. æquabilis fluidorum & ſolidorum motus. Morbi a ſpaſmo univerſali. Morborum ſolutio, quæ fit ſpaſmo ſublato: non adeo motus ex ſua natura ſaluti ſunt. Morbi a ſpaſmo particulari. Febres intermittentes ſunt a ſpaſmo duræ membranæ medullæ ſpinalis. Morbi ex atonia nati. Omnes morbi ſunt generis nervoſi adfectiones. Conſenſus partium per nervos inter ſe & cum ventriculo. Mali hyſterici ſedes in ventriculo & inteſtinis. Gravidarum vitia orta ab animi adfectibus, a ſpaſmo, ab atonia. Cauſarum cognitio neceſſaria. Sphaceli viſcerum & ſuppurationes, vaſa

vaſa rupta, ſcirrhi, polypus, calculi, etiam fellei, a repreſſa tranſpiratione unde ſcorbutus; a ſuppreſſis evacuationibus aliis etiam hæmorrhoidibus, quibus tamen neque calculus debetur neque podagra. Nimiæ evacuationes. Morbi ex morbis. Pulſuum theoria. Signa a ſanguine detracto inſpecto, etſi paſſim in morbis nihil in ſanguine peccat. Urinæ, indicia, de experimento in ſe ipſo capto. Sudor. Fæces. Criſes quibus fidem adhibebat, & dies critici: criſes non turbandæ. Periculi ſigna & mortis. Semeiotice ergo hic tradita eſt, non therapia.

Nunc ratio medendi. Ea quam natura adhibet, dum cauſas removet, morbos etiam per morbos curat. Medendi ratio medica, ejus præcepta univerſalia, ubi mitem curandi rationem commendat. Vires medicamentorum ſæpe incertæ. In ſeptentrionalibus doſes purgantium fortiores requiruntur. Primæ claſſes medicamentorum. Evacuantia. Contra purgantia & emetica nimis acria. Sudorifera; diaphoreticorum laudes; aliæ claſſes alterantium ſingulatim. Roborantia, ſedantia ſpecifica. In quartana ſpecificam eſſe eſſentiam gentianæ & rhei cum lixivio ſalis tartari & ſpiritu ſalis ammoniaci. In inflammatione & febre nitrum. Epileptica etiam cinnabaris. Venæſectio (evacuationis ſpecies). Hypochondriacis venæſectio alvum ſolvit; in febribus acutis neceſſaria, etiam cum exanthematibus; hirudines, cucurbitulæ, balnea, clyſteres.

Tomus IV. *pathologia ſpecialis cum medendi methodo Pars I. Doctrina de febribus* Hall. 1729. 4. *. Neceſſario oportet in numeroſiſſimis operibus brevius nos expedire. Febres primo univerſales, inde topicæ. Non quidem hæmophobus, calida laudat diluentia, nitroſa, formulaſque concinnas nos docet. In febribus intermittentibus utitur ſalibus neutris (deteſtabili auxilio, quoties ad cardialgiam aliqua eſt inclinatio, quod frequens eſt). In tertiana potiſſimum corticem dat peruvianum, in ſemitertiana nitrum in extractis ſudoriferis. In variolis ab abſorbentibus parum ſperes. Venæſectionem, purgantia in ſecunda febre, acida vix tangit. In febre petechiali venæſectione abſtinet, eam diarrhœa cum maculis judicari vult. In purpura multus eſt, cujus morbi dat ætiologiam; venæſectionem non reformidat In S. II. inflammatio ventriculi, inteſtinorum, uteri, veſicæ. Febres lentæ, diverſæ. Morborum aliqua dat exempla & in præſentibus ægrotis curationem ſuam, in eo utilis auctor.

Tomi IV. P. II. *hæmorrhagiæ & dolores*. ib. 1732. 4. *. Hic & ubique methodus eſt auctoris morbum deſcribere, auxilia indicare, caſus medicos ſ. ægrotorum hiſtoriam cum ſua curatione ſubjicere. Non poſſum niſi ſpecimen aliquod proponere. In volvulo malum ex ingurgitatione muſti natum, cum æger herniam pateretur, dolores erant acutiſſimi & tumor inſigniter auctus; noſter mollia fomenta adhibuit, intus aquam menthæ & extractum croci; repoſitio facta, malum ſanatum. Simile malum ex uvis comeſtis, alvus hydrargyro vivo ſoluta, deinde clyſteribus. Ex auro fulminante funeſtus volvulus cum inteſtini ingreſſu. Ex valido purgante poſt nimiam ingluviem demum vomitus Riveriana mixtura compreſſus

preſſus tum injecti clyſteres ſaponacei, extus mollientia illita cumque alvus ſolveretur, ſerum lactis propinatum. A vermibus funeſto eventu.

T. IV. P. III. *doctrina morborum convulſivorum* ib. 1734. 4. *. In dyſenteria ſpecimen dabo. In femina hyſterica vomitiones crebræ dejectiones ſanguine dilutæ, pulſus celer, anxietates. Abſque clyſtere aut evacuatione externis carminativis, internis abſorbentibus, tamen cum theriaca cœleſti malum ſuperavit. Dyſenteria epidemica. Noſter cum infuſum theiforme vulnerarium dediſſet, idque male ſucceſſiſſet, dedit diaphoreticam miſturam, liquorem anodynum, impoſuit aromatica, lac libere dedit, ſudore moto malum ſuperatum. In alio juvene caſcarillam cum abſorbentibus, liquorem ſuum anodynum, ſuum balſamum vitæ & olea, abdomini ſpirituoſa impoſuit. Ex mero terrore dyſenteria, iterum fere iiſdem abſque evacuatione, clyſteribus aut opio ſanata. Dyſenteria anni 1684. epidemica, ſæpe funeſta. Calida nocebant, reſpondebat medici ſpei rheum barbarum, clyſteres emollientes, chamæmelum, abſorbentia cum pauculo opio in theriaca cœleſti contenta. Epidemia anni 1719. calidiſſimi. Nocebant purgantia, adſtringentia, opiata, in mali initio data. Noſter autem ipecacoanham dabat aut laxans medicamentum & clyſteres oleoſos, pulverem ſuum bezoardicum cum caſcarilla, opii pauxillo, fomentis ſpirituoſis. Dyſenteria anni 1726. Iterum æſtas ſicciſſima & calidiſſima. Febres primum continuæ, deinde tritæophuyæ. Nocebat oleum potum, alia emetica. Proderant pulveres abſorbentes ſerum lactis; declinante morbo vinum rubrum Pontac.

Tom. IV. P. IV. *morbi ab atonia & viſcerum labe orti* ib. 1737. 4. *. Huc paralyſes, comata, deliria, morbi a polypo, tabes, icterus, chloroſis, hydrops, tympanitis, fluor albus & gonorrhœa. Tabis, difficilis certe curatu morbi exempla. A catarrho tuſſis humida, anhelitus, febris, variis fruſtra factis, ſaluti fuit fragorum horæorum copioſior uſus. In alia tabe noſter lac aſininum dedit & pinguedinem caninam, abominandum remedii genus, in pilulas factam, tum decoctum vulnerarium, lac cum amylo pro cibo & placentas cum pomis; tabes brevi curata. Initia tabis ab hæmoptyſi natæ iterum curat abſorbentibus, venæſectione, lacte aſinino. Dolor diuturnus pectoris a corporis æſtu & exagitatione in ſuffocationem verſus. Corpus pinguiſſimum & tamen in pulmone dextro puris duæ libræ, diaphragma eroſum, alter pulmo totus corruptus. In alio tabido pulmones adnati, ſcirrhis pleni & vomicis & ſanguine effuſo. Tabes hereditaria, cui acceſſerat febris tertiana, glandulæ colli tumidæ. His gummatum ranarum emplaſtrum impoſuit, ſumendam dedit myrrham. Tabes diu tolerata venæſectione repetita, lacte caprino & vaccino. Empyema ex peripneumonia extus ſub tegumentis ruptum optimo eventu. Tabes a nimia ſanguinis jactura. Proceros & una pingues homines in tabem eſſe pronos. Tabidis aquas minerales vehementer nocere.

Tomi

Tomi IV. Pars V. *vitia externas partes potiſſimum adfligentes* ib. 1739. 4. *. Scorbutus, ſphacelus, purpura chronica, lues venerea, prurigo ulcera fiſtulæ. Exempla ex capite de ſphacelo ex cauſa interna nato. In ſene ex mærore ſphacelus duobus jam digitis pedis reſectis, noſter circum ſpirituoſa impoſuit, diaphoretica nitroſa dedit, virium corticis peruviani ignarus, nec quidquam omnia. Alium ſpirituoſis & acidis fotibus ſanavit. Sic paralyticum, cui late nates a gangræna conſumtæ fuerant, quem potiſſimum balſamicis ſanavit.

Prodierunt conjuncti 4. Tomi Baſil. 1738. 4. Genev. 1761. 4. Gallice verſi a JOH. JAC. BRUHIER 12. 9. vol. Paris 1739. 12. 1751. 12. Excerptos eſſe etiam puto tr. *des fievres ſuivi de pluſieurs diſſertations ſur la même matiere* Paris 1746. 8. 3. vol. vertente EIDOUS. & obſ. *intereſſantes ſur la cure des goutes & du rhumatiſme* Paris 1747. 12.

EJ. *medicina conſultatoria worinnen über ſchwere Caſus ausgearbeitete Conſilia auch reſponſa facultatis medicæ enthalten in fünf Decurien abgetheilt. Erſter Theil* Hall. 1721. 4. In magna praxi, deinde in celebri academia, quo plurimæ quæſtiones arduæ enodandæ deferebantur ſexcentos caſus ſelegit, quos his quatuor voluminibus edidit fuſos ſæpe & voluminoſos, abſque eventu. In ſua praxi ſui ſimilis fuit. Facultatis reſponſa mire lenia & faventia reis. Multum adeo ad rem forenſem, ad vulnera, ad venena. Pauca ſpecimina addo. Morbus a ſpiritu vitrioli quatriduo ad decem guttas ſumto. A mercurii dulcis granis tredecim per quatriduum repetito ſumtis enormis ſalivatio cum peſſimis ſymptomatibus. In lue bubula veſicæ in pulmone, gula, œſophago, in ventriculo durum fætidumque pabulum. Auripigmentum, a quo nactus fuerat, tamen non eſſe venenum. Cum lanio, qui infecta armenta tractaverat, in fœno ſomno ſe dediſſet, eo fœno poſtea vaccæ lue infectæ fuerunt. Arſenico 22. convivæ pene enecti, multo lacte tamen & oleo ſanati.

Tom. II. Hall. 1721. 4. *. In peripneumonico pericardium purulenta aqua, pulmo ſanguine nigro, pureque plenus. Cæcitas ſubito paulum remittens ut nonnihil quaſi per nebulam ad candelam videret. Febris epidemica anni 1720. quæ cum acuta crederetur, tamen omnino intermiſit, cum nauſea, vomitu, febre alternis diebus invaleſcente, & aliquo frigore; ſudor febrem tollebat; ſurditatem boni fuiſſe præſagii; diarrhœa boni erat effectus; emetico dato continuo tertianæ ſpeciem typumque inducebat; deinde præter morem ſubacida dabat, clyſſum nempe antimonii, imbelle medicamentum; ſed & digeſtiva dabat & abſorbentia. Corticem peruvianum non nominat.

Tom. III. ib. 1723. 4. *. In tota familia mortes convulſivæ ex pulvere venenato. Hydrargyro in infantibus non utendum. Durus tumor in abdomine, ut videtur, ovarii. Num in febre maligna vena ſecari poſſit. Negat, poſſe tamen ſi non ſint exanthematicæ ſed cum febre intermittente miſtæ, (quæ corticem

cem requirunt). Gonorrhœa cum exulceratione renis dextri, colli veſicæ & circa proſtatas.

Tomus IV. ib. 1724. 4. *. Cum a jure æger vomituriiſſet, ægreque habuiſſet, tamen non fuiſſe venenum, neque iſto quod a morte cadaver intumuerit, nigrorem contraxerit, inteſtinum ileum ulnæ longitudine ſphacelatum, ventriculus inflamatus fuerit, chirurgum recte cauſam mortis in arſenico inveniſſe. A fluore albo repercuſſo ſalivatio uberior. (Ab hydrargyro, ut puto).

Tomus V. ib. 1728. 4. *. Mors ſubita cum veneni ſuſpicione; in cadavere ventriculus ruber; caput etiam nigrum, ſanguis inter duram & piam membranam effuſus, ut omnino veneni ſuſpicio fundamento careat. Infanticida, quæ ſexti menſis immaturum fetum occiderat abſoluta. Pupilla dilatata, immobilis; obſcuratio & caligo per incerta intervalla redeuns, die integro durans. Ex febre acuta tumor enormis pedum & ventris duriſſimus frigidiſſimus, ut crepare videretur. Cum ſuſpicio veneni eſſet, vomitus & diarrhœa, in œſophago vermis: rea liberata fuit. De fontibus nonnullis medicatis ut Eppacenſi.

Tom. VI. ib. 1728. 4. *. Poſt jus adſumtum veneni ſuſpicio, vomitus continui, mors cita, in ventriculo multum nigræ materiæ, duodenum nigerrimum, veſicula fellis inanis, plurimus ſanguis in omnibus venis etiam cerebri. Inanis veſicula a vomitu. Partum duodecimeſtrem poſſe pro legitimo haberi. Morbi epidemici anni 1727. Continuæ erant cum admiſto ingenio intermittente. Dabat diaphoretica nitroſa, etiam alcalia, abſorbentia, caſcarillam.

Tomus VII. ib. 1730. 4. *. Minus forenſis medicinæ, plus practicæ. Alvus conſtipata, tenſio, preſſio in hypochondrio, cardialgia, ciborum vomitus a calculis veſicæ felleæ. Dabat elixir ſuum ſtomachicum, cum alcali fixo, aquis ſelteranis, balnea, abſorbentia abſque rheo aut opio. Subjectus tractatus *de mira alcalinarum aquarum ſelteranarum efficacia*, quibus HOFMANNUS primus famam dedit.

Tomus VIII. ib. 1731. 4. *. De hydrargyri dulcis in ætate infantili uſu. Reſpondent Halenſes, vix unquam tutum eſſe, omnium minime quatuor grana in trienni puero. Tumor uteri ſcirrhoſus, fluor albus. Etiam hic ſuum elixir viſcerale noſter dabat, & juſcula cancrorum cum plantis, lac aſininum, Selteranas lacte miſtas. Phtiſis acribus male excepta, elæoſacharo, eryſimo, decoctis herbarum cum eſſentia corticum aurantiorum, gelatina cornu cervi, demum minerales aquæ (ſalſæ) lacte miſtæ.

Tomus IX. ib. 1732. 4. *. Swalbacenſium & Spadanarum nova comparatio, analyſis & uſus. In cadavere poſt gonorrhœam ren alter purulentus, in veſica calculus, pulmo pure plenus, tophi. In alio gonorrhœa cum tophis conjuncta.

conjuncta. Noſter pilulas dabat mercuriales, decoctum lignorum cum antimonio, emplaſtrum de gummatibus.

Tomus X. ib. 1733. 4. *. Decem hic conſilia veterum medicorum CASP. HOFMANNI, MATSHOVII, FALLOPII, CASSANI, PEUCERI.

Tomus XI. ib. 1738. 4. *. Practica. Phtiſis hypochondriaca, noſter dabat ſtomachica, caſcarillam cum abſorbentibus, abſque ullo effectu. Concrementum inteſtini ſimile, pene ulnam longum, quale LIPSII fatum fuit. Gelatinas dabat eventu funeſto. Tumor ſcroti ſanguineus cum calculo; iſchuria quinque dierum, ut duodecim libræ lotii una defluerent; tumores ſub præputio.

Tomus XII. ib. 1739. 4. *. A gonorrhœa repercuſſa, inde mala cutanea, dedit ligna, nitrum, cinnabarim, antimonium diaphoreticum, mannam, ſelteranas & vulnerarias plantas. Arſenici vim venenatam omnino in ſpiritum vini tranſire non quidem valentem ſed aquoſum.

An hæc ſit collectio an ſequens *Conſultations de médecine* 12. 8. vol. Paris 1754.

EJ. *conſultationum & reſponſorum medicinalium centuria prima. Morbi capitis & pectoris* T. I. Hall. 1734. 4. *. Pars horum conſiliorum ex priori germanico opere ſumta, pars nova eſt, mere practica, centum omnino morborum hiſtoriæ. Ecce ſpecimen. In ſene ſubito viſus, auditus, loquela amiſſa, ſudor frigidus, quæ mala ſponte ſublata. HOFMANNUS monet, ſenibus habendam eſſe ventriculi rationem. Camphoræ duo ſcrupuli per errorem deglutiti; inde vertigo continua vehemens, frigus artuum, delirium: ab adhibitis aromaticis volatilibus malum auctum, rigor membrorum, conſtrictio gulæ. Clyſteribus, nitro, ſpiritu nitri dulci ſedativo cum calidis ſpiritibus malum ſuperatum. In puerpera ex terrore, cum noctu ſpectrum ſibi apparuiſſe crederet, mania antiſpaſmodicis & balneis ſublata. Oculi humores, potiſſimum aqueus, conturbati. Poſt febrem continuam ſpaſmus muſculorum inferioris maxillæ ſanatus emplaſtro veſicas trahente. Deglutitio difficilis ex atonia muſculorum pharyngis. Tuſſis ſicca cum pulmonis tuberculis ſcirrhoſis anodynis levata. Lactanti infanti datam reſinam jalappæ & mercurium dulcem facultas medica improbat; eventus malos fecerat & multa nata ſymptomata.

Tomus ſecundus. Morbi abdominis & artuum externorum Hall. 1734. 4. *. Ducentæ morborum hiſtoriæ. In adfectu ventriculi ſpaſtico cum flatu thermarum potum ſuadet. De thermarum Carolinarum uſu utendique modo. Multa mala hæmorrhoidalia. In malo hypochondriaco HOFMANNUS ſuum elixir viſcerale laudat, deinde thermas Carolinas. In malo hyſterico ſuum liquorem anodynum, pulveres abſorbentes, nitrum, corticis peruviani tantillum. Icterus diuturnus denique emeticis expugnatus. In hydrope cum tympanite conjuncto dat ſuum elixir balſamicum amarum & alcalinum, dein balneum vaporoſum ut tumorem

rem

rem molliat, inde mannam. Ab hæmorrhoidibus ſuppreſſis renum dolor urina difficilis, cruenta; ſerum lactis dat & mitia, nitroſa vulneraria. Adoleſcenti perpetuus ad matulam teneſmus & in urina ſanguis; inde deſinente ſanguine ſtimulus ad lotium perpetuus, dein ſenſus in glande & circa pelvim. Vaſa putat aliqua in veſica rupta fuiſſe; alvum ſervat liberam, & lignorum dat decocta & vinum, quod miror, burgundicum. Stranguria cum dolore, ſpaſmus ut vocat veſicæ, cervicem conſtringens. Dat ſelteranas (mictum aucturas) mannam, balnea, theam. Urina valde dolens, plena muco gelatinoſo, ſuadet acidulas. Penis retractus urinæ negans tranſitum. Semen in urina perpetuo præſto. Suadet noſter motum corporis, abſorbentia, caſcarillam, balneum. Artuum morbi. In gangræna ex cauſa interna nata oleum caryophyllorum potens eſt remedium. Febres; in lenta febre utiliter datum lac aſininum. Purpura alba & rubra cum nervorum ſumma debilitate; ſuadet ut omnibus pharmacis abſtineatur, juſcula laudat carnea, elixir balſamicum. Purpura puerperalis in Saxonia & frequens & feralis: ſi lochia parce fluxerint, venam ſed parce ſecat, neque calida dat, neque frigida, neque nitrum, ſed pulveres abſorbentes cum caſtoreo, liquore anodyno, caſtorei eſſentia, tum lenes clyſteres, theæ infuſum. Fatetur ſæpe funeſtam eſſe. In variolis alvus ſervanda libera, fovet manus pedeſque, ſed ad quid lapides cancrorum? In febre ſuppuratoria alvum lenibus ducit. In viro Ill. poſt alexipharmaca mortuo mille puſtulæ internæ, venæ abdominis cruore coacto plenæ, ſcirrhi & lapilli in pulmone, quæ cauſa mortis. In alio varioloſo juvene ventriculus totus inflammatus, ductus choledochus obſtructus.

Recuſa eſt collectio Amſterd. 1734—1735. 8. 3. vol. & fuerit. *Sammlung auserleſener Caſuum von den vornehmſten Krankheiten überſetzt durch* SAM. SCHAARSCHMIDT Hall. 1735. 4.

EJ. *obſervationum phyſico chymicarum ſelectiorum* T. III. *in quibus lectiſſimæ veritatis experimenta exhibentur* Hall. 1722. 4. *. Gallice Paris 1754. 12. 2. vol. *obſ. phyſiques & chymiques.* In hac artis parte emicuit, magnaſque ex ſuis arcanis medicamentis divitias collegit. Olea primum deſtillata & in iis parandis cautelæ; experimenta etiam circa commiſtionem oleorum cum ſpiritibus acidis & vinoſis. Santalum. Reſina ſantali rubri, corticis thymiamatis, guajaci, iſta errhina. Hiſtoria vini tokayenſis, cui & rhenano plurimum tribuebat, & vinorum analyſis. L. II. experimenta circa nitrum, magneſiam, aquæ communis analyſis, efferveſcentia varia oleo vitrioli dulci, cujus lenior ſpecies eſt Hofmanni liquor anodynus. Sal communis; ex eo parata magneſia & ſal Ebshamenſis. Analyſes ovorum, ſanguinis, puris. Carbonis foſſilis vaporem non nocere. Calculi phænomena, natura volatilis alcalina non fixa; neque terra alcalina nec ex terra calcaria calculum conſiſtere nec ex oleo, ſed ex glutinoſa & terreſtri parte ſanguinis. A ſolo ſpiritu nitri ſolvi, ut olim angli. Salium alcalium fixorum & acidorum indoles. Aliqua de aquarum mineralium analyſi, in qua oſtendimus noſtrum plurimum laboraſſe. L. III. auripigmenti analyſis &

 innocentia.

innocentia. Sulfur antimonii vireſque hujus mineræ virulentæ & medicæ. Experimenta in alumine, vitriolo, ſulfure, carbone, phoſphoro, demum auro, quo vix ullum tutum medicamentum parari poteſt. Optimum eſſe quod fiat ex reguli antimonii martialis duobus partibus & una auri in calcem verſis, qui pulvis ſit egregium medicamentum diaphoreticum.

Ej. *gründliche Anweiſung zum nützlichen Gebrauch einiger bewährter Medicamenten bey vielerley Krankheiten, welche auch zu einer Haus- und Reiſeapothek dienlich* Hall. 1722. 8. 1732. 8 1734. 8. 1736. 8. 1740. 8. 1745. 8.

Ej. *Unterricht von dem Lebensbalſam, lindernden Spiritu und balſamiſchen Pillen* ib. 1730. 4.

Ej *de morbis infantum præcipuis l. poſthumus* ib. 1740. 4. Baſil. 1741. 8. *. Multa mala ex nimia ingurgitatione ciborum, multa ex acido, alia a nutricibus. Mercurium tamen expurgandum. Purgantibus abſtinendum & hydrargyro. Morbi ſingulatim. Aphtæ. Dentitio. Epilepſia. Variolæ. In cadaveribus viſcera puſtulis & maculis obducta, in ventriculo & inteſtinis variolæ numeroſæ. Curatio vix ulla. Tabes. Rachitis; hic hepar grandius ſcirrhoſum, meſenterii glandulæ duræ pulmones vomicis referti; laxantia dat, emetica, unguenta. Vermes, ubi amara defendit. Aquam ſalſam Halæ adverſus vermes exhiberi. Subjuncta vita viri, quæ ſplendida fuit, ut potiſſimum principes Germaniæ fere univerſi ejus conſilia peterent. Vita J. H. Schulzii opus eſt.

Germanice prodierat *vernünftiger Unterricht von heilſammer Vorſorge neu zur Welt gebohrner und ſaügender Kinder nebſt einem Anhang von Kinderkrankheiten und den beſten Mitteln* Zerbſt 1744. 8. 1748. 8. 1749. 8. lego 1771. 8. ex latino verſ.

Ej. *commentarium de differentia inter ſuam medico mechanicam & Stahlii organicam doctrinam poſthumum* edidit Valentinus Ern. Eugenius Cohausen medicus Trevirenſis Francf. 1746. 8. *. A J. Henrico Cohausen acceptum. Ex optimis certe Hofmanni ſcriptis.

Stahlii primum theoriam abſque ullo fuco exponit, & ſolita ſubjicit argumenta cauſæ. Deinde errores ejus theoriæ phyſiologicos & medicos computat, novam theoriam ſuam defendit, & vim motricem corpori inſitam; cauſam mortis negat eſſe in mera animæ averſatione, oſtendit ſphacelum internum, contra quem Stahlius ſcripſit, frequens malum eſſe, motus vero corporeos, qui poſt venena aut draſtica medicamenta ſequuntur, a corporis eſſe vi, non ab animæ voluntate. Sed etiam in practicis demonſtrat, ut Stahlius a vero aberraverit, ut motus in morbis excitati ſæpe imprudentem & noxium finem habeant, ut in febribus convulſio nervoſa ſubſit, ut male naturam obſequamur, & in exemplo vomitum emeticis ſanemus. Porro innocentiam opii ornat, & hydrargyri & ſalium volatilium & peruviani corticis & camphoræ, aliorumque efficaciorum medica-

medicamentorum, quæ STAHLIO diſplicuiſſent. Non conſtanter opium rejeciſſe ST. & tamen pilulis de cynogloſſo uſum fuiſſe, quorum vis magna a venenato ſemine fiat hyoſciami. Denique acidulas a STAHLIO rejectas tuetur & lactis uſum.

EJ. *medicus politicus oder Klugheitsregeln, nach welchen ein junger Medicus ſeine Studia einrichten ſoll* 1718. Germ. Leipz. 1746. 8. 1753. 8. vertente AUERBACH. *Politique du médecin* 1751. 12.

EJ. *pathologia generalis & ſpecialis* Hall. 1746. 8. 2. vol.

EJ. *therapia generalis & ſperialis* ib. 1747. 8. 2. vol.

EJ. *ſemiologia* ib. 1749. 8.

EJ. *chymia rationalis & experimentalis* ib. 1749. 8.

EJ. *Anweiſung zu einer vernünftigen Praxi Medica aus* HOFMANNS *Schriften gezogen durch* G. F. REINMANN Ulm 1723. 8. 1736. 8. 1752. 8.

EJ. *de optima philoſophandi ratione* Hall. 1741. 4. Poſt multa phyſiologica aliqua habet de ſanitate mentis pendente a corporis integra valetudine. Menſes verni & autumnales magis morbis obnoxii. Auſtri vis mentem deprimens. De cibo & potu ſalubri aliqua.

Nachricht vom ruhmwürdigen Leben F. HOFMANNS ib. 1743. fol.

EJ. *vita* per SAM. PET. GASSER. Germ. lat. ib. 1743. fol.

Concio funebris in F. HOFMANNUM. Germánice ib. 1743. fol. Horum aliqua forte repetita ſunt.

Habet & BRUKER in *pinacotheca*.

EJUS *opera omnia phyſico medica* prodierunt Genev. 1740. fol. 1748. fol. 6. vol.

Et *ſupplementum* ib. 1749. fol. 2. vol. cum nonnullis NICOLAI.

Et *ſecundum ſupplementum* ib. 1753. fol. 3. vol. 1760. fol.

Ut conjunctim undecim volumina ib. 1761. fol. & Neapoli 1753. 4. 25. vol. SMITH & 1763. 4. 27. vol. & Venet. 1745. 4. 17. volum. SMITH. DES TOURN.

Tum numeroſæ diſputationes & orationes.

EJ. *morbus convulſivus a viſo ſpectro* 1682. 4. HE.

EJ. *de imaginationis natura ejuſque viribus* Jen. 1687. 4. HE.

EJ. *de generatione ſalium* 1699. 4. 1701. 4. & in *triga diſp.* 1729. 8. *.

Acida corpori humano infenſa eſſe, quæ ſanguinem & lympham cogant. Sales fieri ex terra, in qua cauſa ſit, cur ſal a ſale differat, & a principio ſalino æthereo acido. Ex acore atrito cum terra fieri alcali & vitam animalem eam mutationem acori inducere.

Ej. *de atheo convincendo ex artificioſiſſima ſtructura corporis oratio* Hall. 1693. 4. Ad œconomiam animalem.

Ej. *de neceſſitate phyſices in arte medica* ib. 1694.

Ej. *demonſtrationes mathematico phyſico medicæ, de caloris lucis & flammæ natura & effectibus in res creatas* ib. 1694.

Ej. *de medicamentis ſpecificis eorumque operandi modo* ib. 1694. 4. He.

Ej. *de ſaliva & ejus morbis* ib. 1694. 4.

Ej. *febrium intermittentium nova hypotheſis* ib. 1694.

Ej. *de nitro ejuſque natura & uſu in medicina* ib. 1694. 4. *. Refrigerat, & ſanguinem tenuem & fluidum reddit, alvum laxat, ulcera cacoethica curat.

Ej. Reſp. Horch *de chinæ chinæ modo operandi, uſu & abuſu* ib. 1694. 4. *. & progr. Corticis analyſis. Vim medicam corticis peruviani non eſſe in qualitatibus conſpicuis, ſed in tota ſubſtantia.

Ej. *de infuſi veronicæ efficacia præferenda herbæ theæ* ib. 1694. 4. He. 1705. 4. & in *collectione* anni 1739. & in *diætetica germanica* T. IV. Hall. 1718. 8. *. Veronicam laudat vulgarem marem forma infuſi. Nigrum colorem cum ferro contrahit, adſtringit; Theæ viribus longe præſtare.

Ej. *medicinæ mechanicæ idea univerſalis* 1694. 4.

Ej. *de eo quod uſus medicamentorum faciat medicum* ib. 1694. 4. He.

Ej. *de pane groſſiori bonpournikel* 1695. 4. L. Ulmæ 1725. 8. *. & in *diætet. germ.* T. IV. Hall. 1718. 8. *. Salubrem eſſe, alvum ducere, & furfur admiſtum, acido abundare & alcali, oleo, alvum liberius tranſire quam panis albus.

Ej. *Diſſ. tres de corporibus eorumque motu* 1695. 4. & *de corporibus eorumque affectionibus; de corporum motu ejuſque cauſis.*

Ej. *de corporum motionibus ex gravitate ortis.*

Ej. *de prudenti medicamentorum adplicatione in tempore* 1695. & in coll. 1736. ſ. *opuſc. med. pract.* I. Febrem lentam ex ſaburra ortam depletis per emeticum primis viis ſæpe ſubito tolli. Opportuno tempore ſectam venam ingens valetudinis

tudinis præſidium eſſe. Alvum claudi in variolis, dum eruptio præparatur, & male eo tempore aperiri STAHLIANUS monet.

EJ. *diſſ. medica de malignitatis natura, origine & cauſis in morbis acutis* ib. 1695.

EJ. *de ſomnambulatione* 1695. 4.

EJ. *metallurgia morbifera* 1695. 4. RIV. Lond. 1713. 8. *. Germanice in *diatet.* T. IX. 1728. 8. *. & in *opuſc. patholog.* Bona diſputatio. De ortu & formatione metallorum. De morbis ſaturninis, & colica plumbaria. Vapores metallici. Aqua ſulfur olens Clauſthalienſis pernicioſa. Arſenici noxæ. Paralyſis mercurialis. Ex fumo antimonii apoplexia. Cuprum aſthmaticum. Stannum non omnino innoxium eſſe.

EJ. *de vapore carbonum foſſilium innoxio* 1695. 4. & *de fumo carbonum noxio & quandoque lethali opuſc. theol. phyſ. med. germ. diæt.* 1719. T. V. Analyſis, dare ſalem acidum & ſuccinum. Ab ejus uſu Halam morbis malignis minus obnoxiam eſſe. Nihil in his carbonibus eſſe, quod nocere poſſit, merum eſſe bitumen. A vapore carbonum graviſſimi dolores capitis in chemico. Tres homines inde ſuffocati. Hiſtoria infortunii Jenenſis.

EJ. *de hyeme tepida* 1696. 4. progr. HE.

EJ. *de ſalis volatilis geneſi, uſu & abuſu in medicina* 1696. 4.

EJ. *de tuta ac felici febris quartanæ curatione* 1696.

EJ. *mechanica febrium doctrina Hippocratica* 1696. 4. HE.

EJ. *de apepſia* 1696. 4

EJ. *de amputatione membrorum ſphacelatorum eorumque tuta medela* 1696. 4.

EJ. *de purgantibus ſpecificis* 1696. 4. *.

EJ. *de experimentorum per artem chymicam perverſa explicatione* 1697.

EJ. *de inedia magnorum morborum remedio* 1697. 4. Lond. 1708. 8. *. & in *germanica diætetica* T. V. Hall. 1719. 8. *. Ex CELSO & HIPPOCRATE multa. Arthritidis inſultum majorem ſæpe famis ſenſum præcedere.

EJ. *de fermentis morbificis eorumque e medicina ejectione* 1697. 4. HÆN.

EJ. *de hæmorrhagiarum genuina origine atque curatione ex principiis mechanicis* 1697.

EJ. *de genuino & ſimpliciſſimo doloris podagrici remedio* 1697. & *germ. in diætet.* III. Hall. 1726. 8 *. Cauſam eſſe in ſale tartareo in mucum articularem agente, eum in duritiem vertente. Laudat ipſe ſpiritum ſalis ammoniaci cum

cum extracto caſtorei, ſuccino, opio; deinde medicamenta diaphoretica ex auro & hydrargyro parata.

Ej. *fiſtularum nova & tuta curatio* 1697. 4. He.

Ej. *de ſalubritate fluxus hæmorrhoidalis* 1697. 4.

Ej. *de hydrope pericardii rariſſimo* 1697. 4.

Ej. *de ſynovia ejuſque cauſis* 1697. 4.

Ej. *de remediorum evacuantium mechanica operandi ratione* 1698. 8. *.

Ej. *de mechanica operandi ratione medicamentorum ſic dictorum alterantium* 1698. 4.

Ej. *de* ισχαιμοις *ſ. ſanguinem ſiſtentibus* 1698. 4.

Ej. *de anthelminticis* 1698. 4.

Ej. *de erroribus circa venena vulgaribus* 1698. 4. *. Omnino auripigmentum innocuum eſſe. Arſenicum non debere in medicinam recipi, cum ventriculum inflammet; curari tamen lacte & oleo.

Ej. *analyſis chymico medica reguli antimonii medicinalis* 1698. 4. He. & in *triga diſp.* Hall. 1729. 8. *.

Ej. *de dentibus eorumque morbis & cura* 1698. 4. *. 1714. 4. in *opuſc. patholog.* Ad dentium morbos nihil utilius plumbo tenui laminato in caveam dentis dato. Fiſtula a dente carioſo nata inſanabilis, ut balſamum vitæ ſolamine eſſet.

Ej. *de neceſſaria ſalivæ inſpectione ad conſervandam & reſtaurandam ſanitatem* 4. He.

Ej. *de animo ſanitatis & morborum fabro* 1699. 4. & in *collectione Leidenſi* 1708. 8. tum germanice in *diætetica* T. V. Hall. 1718. 8. *.

Ej. *theſes ſelectiores ex philoſophicis & medicis* 1699. 4. Hen.

Ej. *de neceſſitate phyſices in praxi medica* 1699. 4. *.

Ej. *diſſ. phyſico medica de cauſis caloris naturalis & præternaturalis in corpore noſtro* 1699. 4. *.

Ej. *diſſ. medica de regimine prægnantium* 1699.

Ej. *de pleuritide & peripneumonia* 1699. 4. Pl.

Ej. *diſſ. phyſico medica de affectibus hereditariis illorumque origine* 1699.

Ej. *de natura morborum medicatrice mechanica* 1699. Leid. 1713. 8. *.

Contra

Contra STAHLIUM. Motuum vitalium cauſam eſſe in corporis humani fabrica, non in mente. Archæum ipſe ſtatuit ſ. animam vegetabilem, ad quam imaginatio pertineat & animi adfectus, naturam ſpaſmo ſ. motu aucto coacta reſolvere, ſtagnantia excutere, criſes & hæmorrhagias facere. In acutis naturam valere, in chronicis ſolam artem. Per exempla.

EJ. *hiſtoria variolarum epidemice Halæ graſſantium* 1699. 4. RIV.

EJ. *diſſ. medico practica ſiſtens hiſtoriam febris malignæ epidemicæ petechiſantis hactenus Halæ graſſantis* 1699.

EJ. *de terebinthina* 1699. 4. 1730. 4. Gallos pro balſamo peruviano vendere. Salem ineſſe acrem, qui aqua ſe patiatur ablui. Analyſis. Uſus in ſcabie, tinea, alvum ducere, morbis renum & veſicæ convenire, gonorrhœæ, fluori albo. In ſpiritu tamen præcalido cautione opus eſſe.

EJ. *de memorabili ſulfuris antimoniati fixati efficacia in medicina* 1699. 4. RIV. & in *coll.* 1739.

EJ. *de prudentia medica circa gravidarum corpora* 1699. 4. HE.

EJ. *diſſert. de præcipuo ſtudioſorum morbo ejuſque genuinis cauſis* 1699. 4. In *diætetica germ.* T. IX. Hall. 1728. 8. *. Conſilia diætetica pro ſtudioſis. Poſſe bona victus ratione multa vitia corrigi. Contra lucubrationem. Victu uti debere tenuiori, quam alii mortales, vitare aceſcentia, putreſcentia, uti potiſſimum pane & lacte. Non edaces eſſe neque tamen jejunare. Suadet calidam malo conſilio. Corpus diligenter exercendum, præſertim ante paſtum.

EJ. *diſſ. medico practica de diarrhœa in febribus malignis aliiſque acutis morbis ſalutari* 1700.

EJ. *diſſ. de podagra in corpus retrocedente* 1700. Se vidiſſe qui ſuos paroxyſmos podagricos præcideret, cum zinco compoſitum prinzmetall fuſum redderet acidis vaporibus.

EJ. *diſſ. medica de mentis morbis ex morboſa ſanguinis circulatione* 1700. 4. *.

EJ. *meditationes curioſæ circa ventorum cauſas, vires &c.* 1700. 4. HE. & Leid. 1708. 8. *. *Opuſc. theolog.* Germanice in *diætet.* T. II. 1719. 8. *. Ventorum affectus in genere; origo, aeris motus a compreſſione in uno loco & rarefactione in alia parte. Habitus ventorum ad certas regiones. Effectus tempeſtatis auſtrinæ & aquilonaris. Reliqua phyſica.

EJ. *diſſ. medica de morbis fictis* 1700.

EJ. *de mercurio & medicamentis mercurialibus ſolutis ad expurgandos ſine ſalivatione morbos corporis humani rebelles* 1700. 4. & in *triga* 1729. 8. *. Germ. VI. 1721. 8. *. Hydrargyrum liquens poſſe plumbo adulterari, debere depurari mutato

mutato hydrargyro in cinnabarim. Hanc inertem videri, quod parcæ doſes exhibeantur; efficaciorem eſſe ſi ad ſemidrachmam propinetur, & ad epilepſiam ſibi reſpondiſſe. Æthiopem tamen mineralem præfert, melius adhuc longo cum novo ſemper hydrargyro cumque regulo antimonii & argento tritu, regulum dejici, argentum fundum petere; hydrargyrum nunc puriſſimum eſſe.

Ej. *obſervationes barometrico meteorologicæ & epidemiæ Halenſis* 1700. 4. & in *coll. Ulm.* 1725. 8. *. Conſtitutio hujus anni epidemica, petechialis, ejuſque morbi multa exempla. Urget uſum clyſterum & blandorum eccoproticorum, quum vulgo morbus ſudoriferis corrumpatur. Optimum opuſculum.

Ej. *de remediis antodontalgicis* 1700. 4. He.

Ej. *de opiatorum nova eaque mechanica operandi ratione* 1700. 4. *. Leid. 1713. 8. *. Sanguinem rarefacere, ejus motum per cerebrum retardare. Nulla analyſis.

Ej. *de potentia ventorum in corpus humanum* 1700. 4. He. in *opuſc. theol. pract.* Phyſici argumenti, hactenus etiam medici.

Ej. *diſſ. medica de converſione morbi benigni in malignum ſ. generatione veneni in corpore per imperitiam medici* 1701. 4.

Ej. *de gravitate aeris ejuſque elaſticitate in corpus humanum* 1701. 4.

Ej. *de motu optima corporis medicina* 1701. 4. *.

Ej. *diſſ. ſiſtens ſachari hiſtoriam naturalem & medicam* 1701. 4.

Ej. *diſſ. medico phyſica de caryophyllis aromaticis* 1701.

Ej. *motus optima corporis medicina* Hall. 1701. recuſ. Leid. 1708. 8. *. & german. in *diatet.* T. V. Hall. 1719. 8. *.

Ej. *obſ. practicæ febrium tertianarum hoc anno graſſantium* 1701. 4. *. Natura ei erat quæ continuæ. Non effectum eſſe ſed cauſam effuſæ bilis, ejuſque cauſam eſſe in minima portione acris materiei. Nullum potentius febrium remedium eſſe quam cortex peruvianus, nocere tamen datum in principio paroxyſmi in corpore cacochymo.

Ej. *diſſ. phyſico medica exhibens obſervationes quaſdam practicas circa febres tertianas a.* 1701. *graſſantes* 1701. Corticem peruvianum ſummum fuiſſe ſpecificum. Mille ægroti abſque una recidiva eo ſanati.

Ej. *aphoriſmi quidam practici* 1701. 4. *. & in *Coll.* 1726. 4.

Ej. *diſſ. medico practica de morbo nigro Hippocratis* 1701.

Ej. *de peregrinationibus ſanitatis cauſa inſtituendis* 1701. 4. He. Leid. 1708. 8. *. Germanice *diæt.* T. V. 1719. 8. Uſum elixirium & balſami vitæ commendat.

Ej. *de prudenti medicamentorum continuatione* 1701. 4. & in *Coll.* 1736. Lignorum decoctum diu ſumendum, inde venerea atque cutanea mala tutius & felicius ſanari quam ſalivationis ope. Ophtalmiam, epiphoram ſe infuſo veronicæ diu continuato curaſſe, ac dyſenteriam ſe curaſſe abſorbentibus tum hypecacoanha inde oleoſis cum laudano liquido. Diapnoica repetenda.

Ej. *pulſuum theoria & praxis* 1702. 4. Leid. 1713. 8. *. *Op. patholog. pract.* Pulſum celerem a frequente non diſtingui. Cauſæ diſcriminis pulſuum.

Ej. *diſſ. medica de morbis incongruis* 1702.

Ej. *de generatione ſalium morboſorum in corpore humano* 1702. 4. in *opuſculis pathologicis.* Æſtate ſales naſci, inde lotii eſſe fætorem. Hactenus totam maſſam humorum abire in excrementa viſcoſa ſalina ſulfurea.

Ej. *de atrophia* 1702. 4.

Ej. *morbi fetuum in utero materno* 1702. 4. * & in *opuſc. patholog.* In fetu a matre quartana laborante edito diuturna quartana. Ex juſto uberiori frigidæ potu puer hydropicus. A principe femina calculoſa edita puella intra quartam hebdomadem, calculo veſicæ mortua. Infans abſque ſexu natus & ano. A matre varioloſa editus fetus ſphaceloſis viſceribus.

Ej. *opii correctio genuina & uſus* 1702. 4. 1730. 4. He.

Ej. *diſquiſitio medica curioſam pulli gallinacei in femina cachectica formati hiſtoriam ſiſtens* 1702.

Ej. *de ſalubritate febrium* 1702. 4. He. & in *opuſc. patholog.* Stahlium credas te legere, ut febrem laudat. Saluberrima quartana juſto tempore defuncta. Symptomata poſt menſes ceſſantes naſcentia tollit febris. Imprudenter cortice febrem ſupprimi. Cauſæ debere ſubveniri non febri.

Ej. *theſes medico forenſes de anatomia publica* 1703.

Ej. *methodus examinandi aquas ſalubres* 1703. 4. Leid. 1708. 4. Ex præcipuis auctoris operibus, qui in fontium medicatorum analyſi multum laborem poſuit. Acidulis acorem negavit, ſalem lixivium detexit, ſulfurem rariſſime ineſſe nitrumque. Fuſum ineſt ſal tartaro vitriolato ſimilis. Vires a ſpiritu æthereo.

Ej. *de erroribus vulgaribus in praxi* 1703. 4. *.

Ej. *de auditu difficili* 1703. 4.

Ej. *natura & uſus vini rhenani* 1703. 4. recuſ. Leid. 1708. 8. *. & in *coll.* Hall. 1739. 4. & in *diætet. germ.* T. IV. 1718. 8. *. Vina germanica eorumque vires. Ars vini parandi, conſervandi. Rhenanum vinum fere ad omnes morbos valere per exempla. Ad duas & tres in diem menſuras imperat. In arthritide etiam & podagra dat, etiam in febribus malignis.

Ej. *de bradypepſia ſive tardiori ventriculi concoctione* 1703. 4.

Ej. *de balſamo peruviano* 1703. 4. 1750. 4. in *coll.* 1739. Experimenta cum reagentibus, analyſis. Utile in atonia, nervis dejectis, fluore albo, ulceribus.

Ej. *diſſ. chirurgica de luxationum ſyntheſi in genere* 1703. Puto reſpondentis eſſe.

Ej. *de prudente virium medicatarum exploratione* 1703. 4. *. 1712. 1725. 1737.

Ej. *de purgantibus fortioribus ex praxi medica ejiciendis* 1703. 4. & in *opuſc. med. pract.* 1736. 4. *. Vires vitales potenter frangere. Hypercatharſium funeſtarum exempla: alia ubi etiam mitiora purgantia longo tempore valetudinem læſerant. Exempla per ſingula pharmaca. Spaſmi inde nati. In *diætet. germ.* T. VI. 1721. 8. *.

Ej. *de potentia diaboli in corpora* 1703. 4. 1770. 4. Ulm. 1725. 8. *. *Opuſc. Theol.* Dæmones in ſpiritus animales agere, potiſſimum in melancholicis hominibus, ſomnia & falſas imaginationes producere.

Ej. *ulcerum aitiologia vera, & cautelæ circa curam* 1703.

Ej. *de erroribus vulgaribus circa topica in praxi* 1703. 4. & in *coll.* 1736. 4. *. Emplaſtra cephalica non probat. Pollines præfert & fomenta vinoſa. Topicorum in oculos impoſitorum errores & noxa. Male ad aurium ulcera digeſtiva oleoſa adhibent. Non reprimenda narium hæmorrhagia topicis. Frigida oſſibus carioſis male adplicari; neque achores topicis ſiccandi. Ita porro in pectoris inflammatione unguenta pinguia improbat, & magis etiam hyoſciami tabeſcentem ſuccum. Ventriculo ſi aliquid admovere velis, calidiſſima admoveas ex balſamo peruviano, camphora &c. Sic per ſingula.

Ej. *anatomiæ demonſtr. medica* 1703. 4. Methodus aquirendi vitam longam. Generalia. Seductus a Lintinio, Lud. Cornarum ab Aloysio Cornelio ſeparat.

Ej. *exercitatio pathologica duumviratum* Helmontii *ſiſtens* 1704. 4.

Ej. *medicus ſui ipſius* 1704. 4. 1710. 4. *. in *duodecade Leidenſi* recuſ. & in *opuſculis theolog. med.* Boreales ventos febrium intermittentium facere recidivas.

Ej.

Ej. *diſſ. med. de eo quod plurimi ægrotorum moriantur contra leges artis* 1704. 4.

Ej. *de morbis lienis* 1704. 4. Ex ingurgitata aqua poſt febrem hydrops. A morbo nigro lien cruſta lapidoſa obductus.

Ej. *circa affectum pectoris rariſſimum, perpetuum ſucci nutritii ſtillicidium ex thorace* 1704. Morbum diximus cum Gohlio.

Ej. *de ſpecificis antiſpaſmodicis* 1704. 4. *. in *collect.* Hall. 1739. 4. Meliſſa, baccæ Paridis, dentes & cornua, ad unum omnia, lumbrici, ad vagam arthritidem ſulfur vaporoſum animale, ſanguis in mania aſininus &c.

Ej. *de ægro affectu raro ſcorbutico puſtulari laborante* 1704. 4. Pl.

Ej. *annorum climactericorum naturalis ac medica explicatio* 1704. He. Leid. 1713. 8. *. in *decade* I. inque *opuſc. var. argum.* 1739. 4. *. *germ. diætet.* T. IX. 1728. 8. *. Hos annos defendere conatur, & ſibi nonnulla parum firma, tamquam data ſumit. Juvenibus, pectoris morbis obnoxiis vertebrarum luxationes tribuit.

Ej. *de bile medicina & veneno corporis* 1704. 4. He. *opuſc. pathol.* Febris bilem gignit, & eo flaviores ſunt fæces, quo diutius quartana duravit, & ſuppreſſa per corticem febre fæces palleſcunt & lotium, colorque redit cum febris recidiva. Laus amarorum, quibus plurimum tribuit. Senibus potus refrigerantes, quibus alvi purgatio nocet. Bilis febres malignas, dyſenteriam & alia ejuſmodi mala deteriora reddit. Hæmorrhagiarum cauſa ſæpe reſidet in primis viis. Infantibus a diarrhœa exſtinctis ſæpe bilis ſpiſſata, vel & calculus in veſicula fellis.

Ej. *de purgantibus ſelectis & minus cognitis* 1704. 4. *. in *collect.* 1739. II. Simplicia medicamenta, ex quibus purgantia repetuntur. Tincturam martialem cum tamarindis alvum commode ducere; ſic ſtanni ſolutionem. Sed melius ſales, etiam carolinianus, ad unciam ſumtus. Sales amari fontium. Sales acidi vegetabiles; plantarum ſuccus amarus, guajacum, eſſentia centaurii minoris.

Ej. *de thermis Carolinianis* R. Plumptree 1705. 4. In *Leid. coll.* 1708. 8. *. Ulm. 1716. 8. *germ. diætet.* III. 1717. 8. Titulus eſt, de thermarum Carolinarum cauſa caloris, virtute & uſu. Calorem eſſe a ſpiritu acido vitriolico, qui in ferrum & bitumen, vel in terram calcaream ex carbone foſſili per ignem paratam agat, accidente aqua. Thermas omnes acidulas fuiſſe, dum vero per loca ſubterranea manant, incaleſcunt & naturam mutant. In Carolinis per multa experimenta plurimum reperit ſalem alcalinum & terram calcariam. Uſus medicus. Se inveniſſe fontem nunc celebrem *der Mühlbrunen.*

Ej. *praxis clinica compendioſa febrium cum cautelis* 1705. 4. He.

Ej. *compendioſa & clinica praxis inflammationum cum cautelis* 1705. 4.

Ej. *hæmorrhagiarum praxis clinica & compendioſa cum cautelis* 1705. 4.

Ej. *de temporibus anni inſalubribus* 1705. 4. Leid. 1708. 8. *. *Diætet. germ.* T. I. 1715. 8. *. Morbi epidemici nati a conſtitutione aeris humida, a ſubita aeris mutatione, a rore corroſivo, quem noxium ſales & ſulfura faciant intra aerem generata. Paſſim propria aliqua.

Ej. *de morbis certis regionibus & populis propriis* 1705. 4. *. Leid. 1713. 8. *. *germ. diætet.* T. V. *opuſc. patholog.* Collectanea minime ingrata lectu, ex clinicis ſcriptoribus. Strumæ etiam in regione metallifera Saxoniæ; in Belgio calculus; podagra in Hungaria; in Weſtphalia peripneumonia & ſcabies. Non oportuiſſet auctoritate Psalmanazaris uti.

Ej. *de temperamento fundamento morum & morborum in gentibus* 1706. 4. He. Leid. 1708. 8. *. *germ. diætet.* IX. 1728. 8. *. Non putaſſem Hofmanni eſſe.

Ej. *ſpecimen phyſico medicum de ſalubritate Haſſiæ* 1706. 4.

Ej. *compendioſa & clinica praxis dolorum cum cautelis* 1706.

Ej. *criſium natura & explicatio naturalis* 1706. 4. He. *op. patholog.* Pro diebus decidentibus. Nono plures quam ſeptimo mori.

Ej. *de inflammatione ventriculi* 1706. 4. He. Leid. 1708. 8. *. *opuſc. pathol.* Bona diſput. Frequens malum eſſe etiam in variolis. Cauſæ: in exemplo poſt immanes dolores in cadavere ventriculus maculis rubris & nigris varius. Ab antimonii vitro ad octo grana ſumto; a croco metallorum; ab arſenico; a podagra repulſa per emplaſtrum ſaturninum; ab opio; a variolis; a potu frigido. Non inflammationem occidere ſed ſpaſmum. Ut irritatio nervea quæcunque, etiam calculus impactus, etiam in meatu auditorio, convulſiones produxerit. Ab acri cibo multi male mulctantur, quibus oportet ventriculum eluere. Mors a frigida cereviſia poſt purgans draſticum epota. Mors a podagra retrograda. A variolis univerſi corporis adeps deletus. A ventriculi inflammatione cum calculis bilariis mors. Mors a fungo oſtium claudente, cum veſicula fellis calculis plena eſſet. Magna ſymptomata a potu acidularum.

Ej. *de ſiderum in corpus humanum influxu medico* 1706. 4. *opuſc. theolog.* Sidera benigna, maligna. Jupiter ventoſus; Venus pluvia. Anni tempeſtates. Maijo & Septembri plurima funera. C. Bartholinum a. 1628. peſtilentiam publico ſcripto prædixiſſe.

Ej. *de methodo vitam longam aquirendi ejuſque cauſis* 1707. 4. & in *germ. diætet.* T. II. 1726. 8. *. Requiri ad longævitatem venas amplas, aerem purum frigidum.

frigidum. Norwegiam ſalubrem eſſe & Vogtlandiam. Sobrietatis laudes; victus non valde carnoſus, cibi ſimplices, aqua. Hæ duæ cauſæ longævitatis antidiluvianæ, venus ſerotina, tranquillitas animi.

Ej. *de morte ſubita præcavenda* 1707. 4.

Ej. *compendioſa & clinica affectuum ſpaſmodicorum praxis cum cautelis* 1707. 4.

Ej. *compendioſa & clinica convulſionum praxis cum cautelis* 1707. 4.

Ej. *compendioſa & clinica ſpaſmodico convulſivorum morborum praxis cum cautelis* 1707. 4.

Ej. *aſthma convulſivum cum hydrope thoracis* 1707. 4. A repulſo ulcere putrido, ab arthritide retrograda, a podagra repercuſſa, hoc funeſtum. A ſcabie ſiccata hydrops funeſtus thoracis. Ab eryſipelate fungus ſcirrhoſus; a tumore pedum diſcuſſo anhelitus, pectoris hydrops &c.

Ej. *leges naturæ in corporum productione & conſervatione* 1707. 4.

Ej. *de anatomes in praxi medica uſu* 1707. 4. *. in *opuſc. patholog.* Plurimum in praxi mutatum a circulo ſanguinis invento. Inde viſcerum morbos percurrit, & ut fateamur, quæ res eſt, omnino non evincit, quidquam lucis ab anatome eſſe adfuſum. Duodenum parvum eſſe ventriculum, magni in pathologicis momenti. Externorum quorumdam auxiliorum boni effectus umbilico illitorum.

Ej. *de morbis ex atonia cerebri nervorumque naſcentibus* 1708. 4. *.

Subinde collectiones prodierunt harum diſputationum. Prodierunt Leidæ *Diſſ. phyſ. med. curioſæ ſelectiores ad ſanitatem tuendam maxime pertinentes* Leid. 1708. 8. *. Ipſe Hofmannus eas elegit. Diſputationes duodecim, quas ſeorſim indicavi.

Cum non omnes Hofmanni diſputationes poſſideam, & catalogus in operibus præfixus parum plenus ſit, non omnium locos teneo.

Ej. *de duodeno multorum malorum ſede* 1708. 4. He. Leid. 1713. 8. *. *opuſc. pathol.* Plurimum hujus inteſtini vitiis tribuit, bilis etiam potiſſimum; podagram, variolas, hæmorrhagias, purpuram in duodeno ſedem figere perſuadetur; de lienteria, de dyſenteria reticet. Vehementiſſimus quotidianus dolor ab eo inteſtino ad præcordia migrans.

Ej. *methodus curandi peſtem* 1708. 4. He. Leid. 1713. 8. *. Venæſectionem & alexipharmaca rejicit, vinum dat, pulveres terreos, camphoram cum nitro.

Ej. *de origine & natura peſtis* 1708. 4. He. Leid. 1713. 8. *.

Ej. *de ſalubritate fluxus hæmorrhoidum* 1708. 4. *. in *diætet. germ.* T. VII. 1726.

1726. 8. Hic etiam cum Stahlio conſentit. Conatum eſſe naturæ morbis obſtituræ. Deplere plethoram, malum ſanguinem avehere; ſanguinem emanare craſſum nigrum, ad hypochondriaca mala conſerre, adque calculum & arthritidem, etiam ad tabem & hydropem.

Ej. *de naturæ & artis effectu in curando* 1708. 4.

Ej. *compendioſa & clinica praxis morborum ex atonia viſcerum cum cautelis* 1709. 4. He.

Ej. *de difficultatibus in medicina addiſcenda* 1710.

Ej. *de acidularum & thermarum ratione ingredientium & virium convenientia* 1712. 4. *. 1718. He. & in *Dec.* II. Leid. 1719. 8. *. Ulm 1726. 8. *. conf. *diætet. germ.* T. III. Multa bona experimenta. Quædam continent ſpiritum æthereum & ſalem alcalinum fixum atque volatilem. Calorem thermarum a pyrite eſſe. Acidulas rectius hauriri ex vaſe clauſo calefacto ſuperiori. Fons, qui effœtus factus eſt cum rupta rupe vapores viam aperuiſſent.

Ej. *de aqua medicina univerſali* 1712. 4. He. & in *Dec. Leid.* 1719. 8. *. Ulm 1726. 8. *. *germ. diætet.* T. I. Hall. 1715. 8. *. Vim acidularum fere ad aquam ſimplicem pertinere & dari aquas ob vim medicatam celebres, in quibus nihil ad mineram pertinens demonſtres.

Ej. *de morbis œſophagi* 1712. 4. He.

Ej. *obſervationes phyſico medicæ circa nitrum* 1712. 4. He.

Ej. *perverſa judicia de medicis & medicina* 1712. 4. *. & in *diætet. germ.* T. VI. 1721. 8. *. Medicorum gratiam ſæpe malis artibus deberi, neque felicitatem ab eo requiri poſſe. Bonum theoreticum non eſſe malum practicum. Judicium medici requiri, non ſola medicamenta. In febribus malignis & inflammatoriis artis exiguam eſſe potentiam.

Ej. *ſeptem leges medicinæ* 1713. 4. He. & in *opuſc. med. var. arg.* in *diætet. germ.* T. I. 1715. 8. *. A medicis juvat cavere, & a purgantibus, animo læto eſſe &c.

Ej. *de plethora inſufficiente morborum cauſa* 1713. 4.

Ej. *natura optima febrium peſtilentium medicatrix* 1713. 4.

Ej. *morbi pancreatis* 1713. 4.

Ej. *de medicamentis inſecuris & infidis* 1713. 4. & in *Coll. Leid.* 1719. 8. Germanice in *diætet.* T. VI. Hall. 1721. 8. *. Quæ venenata indole vitiata ſunt, draſtica purgantia, quibus adeo infenſus eſt noſter ut etiam ſennam vix admittat ſolamque jalappam ferat. Hydrargyrina, etiam dulcem mercurium non niſi minima doſi danda eſſe, ſic etiam antimonialia, biſmuthum, cantharides. Sed neque anthoræ fidit. Hæc inſecura. Infida, quæ ſæpe finem non adtingunt. Eo refert martem, cui infenſus eſt. Selectioribus tamen acidis faventior. Sed etiam

etiam corticem huc refert, lac & alexipharmaca. Infortunia ab auro fulminante.

Ej. *de medicamentis ſelectioribus* 1713. 4. Leid. 1719. 8. In quaque remediorum claſſe meliora ſelegit & compoſitiones etiam ſuas addit. Sales volatiles oleoſos laudat, nitrum, camphoram, aloen.

Ej. *de præcavendis morbis & præmatura morte* 1713. 4. *. & in *Decade* II. Leid. 1713. 8. *. & in *germ. coll. diætet.* T. I. 1715. 8. *. Per ſingulos morbos oſtendit, ut ii arceri poſſint.

Ej. *de ratione præſide univerſæ medicinæ* 1713. 4. & in *Decade* II. Leid. 1719. 8. *. & in *coll.* Hall. 1739. 4 Non poſſe per experientiam artem diſci, niſi poſt infinitos annos. Expertiſſimos medicos in rebus graviſſimis diſſenſiſſe, nullam ergo certam ab ea lucem habuiſſe. Quantum ratio in mutanda arte medendi potuerit, apparere ex inſigni converſione, quæ inventum ſanguinis circulum ſecuta ſit.

Diſſert. phyſico medicarum Decas prodiit Leidæ 1713. 8. *.

Ej. *de uſu corticis chinæ febrifugo cauto & ſuſpecto* 1713. 4. *. Nullam ejus eſſe vim ſpecificam, neque eo febres indigere: ſed tamen utique febres fugare; ſola vi adſtrictoria; (mutata nunc ſententia) ſuſpectum eſſe, & ſæpiſſime damnoſum remedium; ob vim enim adſtringentem vaſa venæ portarum adſtringere, circuitum per hepar reddere difficiliorem; humores coagulare.

Ej. *de uſu reſpirationis in arte medica* 1714. 4.

Ej. *de cura avenacea* 1714. Germanice in *diætet.* T. IV. Hall. 1718. 8. *. Vires medicæ avenæ, cichorii, nitri. Decoctum avenaceum valere ad omnem cacochymiam. Utiliter in variolis & morbillis bibi.

Ej. *morbi cum cutis colore depravato* 1714. 4.

Ej. *ſuccincta pathologia ex principiis medicinæ deducta* 1714. 4.

Ej. *morborum ortus & cauſa eorum proxima* 1714. 4.

Ej. *aeris intemperies multorum morborum cauſa* 1714. 4. De tertiana febre, quæ a. 1707. omnes Germaniæ regiones infeſtavit; cum hiemem mitem fervidum ver ſecutum eſſet, in univerſa Germania febres dominatæ ſunt.

Ej. *vera morborum ſedes* 1714. 4.

Ej. *de corporum diſpoſitione ad morbos* 1714. 4.

Ej. *de magno venæſectionis ad vitam ſanam & longam remedio* 1714. 4. *. & in *Dec* II. Leid. 1719. 8. *. *Diætet. germ.* T. II. 1716. 8. *. Plethoram omnino locum habere & per inediam multo lentius ſolvi. Inde per ſingulos

morbos perſequitur, ad quos conferat, etiam ad cachexiam; cautelas vero dat, ne quid nimii tentetur.

Ej. *remediorum benignorum abuſus & noxa* 1714. 4. *. & in *opuſc. medico practicis* 1736. 4. Princeps ſaniſſimus, cum cereviſiam frigidam æſtuanti corpori ingeſſiſſet pene ſubito periit. Lien putredini proximus, in ventriculo ſanguis corruptus, alter pulmo fætidiſſimo nigro liquamine plenus, quod malum ſaniſſimus demum frigido potui debuit. Repulſorum dolorum, ut arthriticorum, noxa. Theam in puerpera nocuiſſe ſolo calore. Jura carnium in morbis malignis apprime nocere.

Ej. *de uſu interno camphoræ ſinceriſſimo & præſtantiſſimo* 1714. 4. *. in *opuſc. med. var. arg.* Preſſam a STAHLIO reſinam tuetur. Eſſe oleum volatile coagulatum; fere ſimilem ex ligno aloes obtineri; minus vero calefacere quam olea deſtillata, in quibus multum ſit viſcidi. Sulfur in camphora tenuiſſimum. In omni inflammatione, etiam in gangræna utilem eſſe. Malignitati reſiſtit & putredini. Putridum in humores reſorbtum expellit. Carminativorum principem eſſe; cum nitro bene conjungi. Menſes retentos expedire.

Ej. *de medicamentis balſamicis* 1715. 4. HE. Leid. 1719. 8. *. In his ſibi mire placet; in omni fere morbo ſimplicia hactenus deſcribit, nunc frequentes, quæ cum ſale tartari fiant, compoſitiones.

Ej. *de imprudente medicatione multorum morborum cauſa* 1715. 4. *. in *opuſc. med. pract.* 1736. 4. *Diætet. germ.* T. VI. Hall. 1721. 8. *. Morbus ab omiſſa conſueta venæſectione. Calida juniperina data, cui ren purulentus eſſet. Nimia venæſectio in puerpera hæmorrhagias paſſa funeſta; & ab unica venæſectione exhauſto corpore mors. Multa alia, quæ ipſe vidit.

Ej. *de generatione febrium* 1715. 4.

Ej. *vera univerſæ medicinæ principia* 1715. 4. *.

Ej. *de morborum ortu & cauſis, eorum proximis* 1715. 4. HE.

Ej. *praxis clinica & compendioſa morborum ex vitio glandularum & lymphæ vatorum* 1715. 4.

Ej. *praxis clinica & compendioſa morborum ex uteri vitio* 1715. 4. HE.

Ej. *praxis clinica morborum infantum* 1715. 4.

Ej. *de præſtantia malorum citriorum in medicina* 1715. 4.

Ej. *de diætæ vitio multorum morborum cauſa* 1715. 4. *. in *opuſc. var. arg.* 1739. 4. *Diætet. germ.* T. II. 1716. 8. *. Mala edacitas hypochondriacorum, febre quartana laborantium & phtiſicorum. Ab edacitate gravidarum abortus. Ab ea ſenes magis lædi. Noxæ ex aucto acido primarum viarum. Flatulentia ex pane calido.

Ej.

Ej. *de generatione mortis in morbis* 1515. 4. *Opuſc. patholog.* Dyſentericis lac valde nocuiſſe.

Ej. *de aeris intemperie multorum morborum cauſa* 1715. 4. *.

Ej. *diſp. chymico medica de ſulfuribus metallorum* 1715. 4. & in *triga diſſ.* 1729. 4.

Ej. *differentia medici & medicinæ practici* 1716. 4. *.

Ej. *de aquæ natura & virtute in medendo* 1716. 4.

Ej. *de morborum tranſmutatione* 1716. 4.

Ej. *de morbis ex aliis prodeuntibus* 1716. 4. *.

Ej. *de paſſione iliaca* 1716. 4.

Ej. *de conſenſu partium præcipuo pathologiæ & praxeos medicæ fundamento* 1717. 4. He.

Ej. *de arcana medendi methodo* 1715. 4. He.

Ej. *de athletis veterum eorumque diæta & habitu* 1717. 4.

Ej. *de eo, quod nemo ægrotorum moriatur ex morbo* 1717.

Ej. *de eo, quod plurimi ægrotorum moriantur magis juxta leges artis quam naturæ* 1717. 4. He.

Ej. *de eo, quod plurimi juxta regulas artis naſcantur* 1717. 4. He.

Ej. *de morborum cauſis recte cognoſcendis* 1717. 4. He.

Ej. *caſus ægri ophtalmia laborantis* 1717.

Ej. *de ſphacelo ex cauſa interna feliciter curato* 1717. 4. *. oleo caryophylli in ſpiritu vini ſoluto compreſſus.

Ej. *de acidularum & thermarum uſu & abuſu obſ. & cautelæ* 1717. 4. Ulm 1728. 8. *. Et elementa futilia recipi & vires medicatas per errorem natas. De varia aquarum medicatarum vi medica; de alvi purgandæ ratione; de venæſectione ante aquarum uſum.

Ej. *de pinguedine ſ. ſucco nutritio ſuperfluo* 1718. 4. *. Vermes hepatici in vivis animalibus etiam canibus & leporibus, iis beſtiis exitiales vidit.

Ej. *de modo operandi remediorum phyſico mechanica* 1718.

Ej. *de diætetica ſacræ Scripturæ medicina* 1718. 4. *. In *opuſc. theol.* in *opuſc. varii argumenti.* Leges Moiſis ſapientiſſime valetudini populi proſpexiſſe. Germanice Ulm 1745. 8.

Ej. *de morbis recte diſtinguendis* 1718. 4. He.

Ej. *de difficultatibus in addiſcenda medicina* 1718. 4. *.

Ej. *de præſtantia medicamentorum domeſticorum* 1718. 4. Leid. 1719. 8. *. & in *opuſc. var. argum.* 1739. 4. *. Germanice Baſel 1738. 8. & in *diætet.* T. IV. Hall. 1718. 8. Olim ſe arcana & potiſſimum chymica amaſſe, nunc meliora doctum plurimum virium in ſimpliciſſimis medicamentis reperiſſe. Omnino multa hic bona.

Ej. *de erroribus circa venena* 1718. 4. He. Arſenici cryſtallini ſymptomata cedunt oleo olivarum.

Ej. *de febre purpurata maligna* 1718. 4. He.

Ej. *de hydrope aſcite* 1718. 4.

Ej. *de fiſtula ani feliciter curanda* R. Bass 1718. 4.

Ej. *de præparatione & lectione veterum medicamentorum* 1719. 4.

Ej. *de medicina hippocratis mechanica* 1719. 4.

Ej. *de vera morbi hypochondriaci ſede, indole & curatione* 1719. 4.

Ej. *de medicina ab omni hypotheſi vindicanda* 1719. 4. He.

Ej. *de vero pathologiæ fundamento* 1719. 4. He.

Ej. *præſtantiſſimæ medendi leges* 1719. 4. He.

Ej. *de millefolio* 1719. 4. He. & in *collect. med. var. arg.* Feliciſſima herbula & Stahlio placuit & æmulo Hofmanno. Solo adſpectu, quod umbellam gerat, promittere ſulfur vaporoſum antiſpaſmodicum, quale quid putat ab odore indicari; non bene ſi vulgare vult millefolium. Vires mire laudat etiam ad peſtem, tum hypochondriacis convenire & pollere vi analeptica. Chamæmeli floſculos febrem ſanare intermittentem. Extus vires eſſe traumaticas inque oleo antiſpaſmodicas anodynas.

Ej. *de palpitatione cordis* 1719. 4. *.

Ej. *Decas II. diſpp. phyſico medicarum* Leid. 1719. 8. *.

Ej. *de certo mortis in morbis præſagio* 1720. 4. *Opuſc. pathol.* Signa primum impendentis magni periculi. Mortes parturientium ſubitæ. Si facies rubore ſuffuſa manſerit ſolere poſt mortem ſanguinem de vaſis manare. Eadem ſymptomata, quæ in acutis mortem portendunt, non ejuſdem minacitatis eſſe in chronicis.

Ej. *de hepatis inflammatione vera rariſſima, ſpuria frequentiſſima* 1721. 4. He.

Ej.

Ej. *obſervationes & cautiones practicæ in curatione calculi* 1721. 4 & in *diæt. germ.* T. VII. Hall. 1726. 8. Analyſis. Non ineſſe alcalina nec terram ſalinam lixivioſam, neque ſalem ammoniaci ſimilem, nec terram calcariam nec oleum: ſed muriam & viſcidum quid ex lympha natum, cum ſalſa & terreſtri humorum noſtrorum parte. Aquas calcarias, quales ſunt Carolinæ calculo potas mederi, ſic cereviſias ex aqua calcaria factas. Renes ſemper vitiatos eſſe in quibus calculi generantur: oriri renibus exeſis aut purulentis. Calculus in principe corallii ſimilis. Cum podagra ſæpiſſime conjungi. Convenire mel ruſſicum cum ſucco baccarum juniperi & cynosbati. Tum mollia, anodyna. Lithontripticis ne fidas. Aquas minerales calculos expellere, ſæpe potius nocere. Opiata in debilitatis gangrænam facere. Diaphoretica vehementer nocere.

Ej. *de differenti medicamentorum operatione ſecundum diverſam corporis humani idioſyncraſiam* 1721. 4.

Ej. *de vini Hungarici excellente natura, virtute, abuſu* 1721. 4. He. & in *opuſc. var. arg.* 1739. 4. *. Germanice Ulm 1735. 8. Nobiliſſima vina merito laudat ſenibus, debilibus, hypochondriacis, podagricis; in eo elixiria ſtomachica optime ſolvi.

Ej. *de excellenti balneorum ex aqua dulci uſu in morbis internis* 1721. 4. Laudat ad hypochondriaca mala, ſcorbutum, volvulum, colicam renalem, morbos ſpaſmodicos.

Ej. *de medicina emetica & purgante poſt iram veneno* 1721. 4. He. & in *coll.* 1736. 4. *. Triſtia exempla. A ſulfure antimonii ad grana 9. ventriculus & duodenum inflammatum; ſic a granis tribus tartari emetici; a trochiſcis alhandal, ab iis conſtricti ductus bilarii icterus, volvuli. Utilis diſp.

Ej. *de modo hiſtorias morborum recte conſignandi & ad uſum adplicandi* 1721. 4. He.

Ej. *de ſalium mediorum excellenti & purgante virtute* 1721. 4. He. in *collect.* 1736. 4. Noſter his ſalibus plurimum utebatur, iis in malis, in quibus ego purum acorem præferrem, tum alio laxante ſcopo & reſolvendi. Præſtare omnibus ſal marinum, tum nitrum & ſalem acidularum Egranum, Carolinianum, Sedlicenſem.

Ej. *Obſ. & cautiones practicæ in curatione calculi* 1721. 4. He.

Ej. *valetudinarium virginale* 1721. 4. He.

Cum Buxbaumi flore prodiit *compendioſa methodus indagandi vires plantarum* Hall. 1721. Ulm. 1725. 8. Huc refert vires plantarum claſſicas, aroma verticillatarum,

ticillatarum, ſaporem, odorem. Inde amara, ſtomachica, antifebrilia. Aquaticas omnes acres eſſe, & cauſticas in ſiccis arenoſis provenire.

Ej. *putredinis doctrina ampliſſimi in medicina uſus* 1722. 4. & in *opuſc. pathol.* Ex melioribus. Putredo cauſa morborum autumnalium, inter caſtrenſes deteriorum. Mors principis a frigidæ cereviſiæ potu poſt anxietates, vomendi conatus, ſyncopen, convulſiones, ventriculo ſed etiam pulmone & liene ſphacelato. Sanguinem in inteſtina effuſum celerrime putreſcere & cum ſummo periculo. In morbis malignis vitanda calida. Laudes camphoræ, quæ & incipientem morbum ſæpe jugulet & vires vitales ſuſtineat. Sed qui potuit, cum putredinem metuat, lapides cancrorum, cornu cervi aut inertem cinnabarim comendare.

Ej. *de balneorum artificialium ex ſcoriis metallorum uſu medico* 1722. 4. *. Ulm 1726. 8. *. Ad dolores colicos, contractiones, paralyſin, ſcabiem retropulſam per balneum revocandam.

Ej. *de morbis œſophagi* 1722. 4. He.

Ej. *de ſcirrho hepatis* 1722. 4.

Ej. *de fontibus medicatis Lauchſtadienſibus* 1723. 4. He. Ulm 1726. 8. *. Germ. 1724. 4. Fons martialis ab Hofmanno primum commendatus.

Ej. *de vera motuum febrilium indole & ſede* 1723. 4.

Ej. *de venæſectione prudenter adminiſtranda* 1723. 4. Venam pedis abſque aqua calida incidi poſſe, quæ ſæpe noceat.

Ej. *de ευκαιρια praxeos medicæ* 1724. 4. *.

Ej. *de incontinentia urinæ ex partu difficili* 1724. Veſica exeſa ulcere patente in vaginam, urethra clauſa.

Ej. *de fato phyſico medico ejuſque rationali explicatione* 1724. 4. *Opuſc. Theol.* & in *collect. Ulmenſi* 1725. 8. Germanice 1749. 8. Omitto metaphyſica. De fato medico pauca & vaga. Videtur admittere, poſſe terminum vitæ prorogari & aculerari. De libertate, de affectuum productione & neceſſitate morali, & pro ea neceſſitate diſtinguenda a neceſſitate phyſica. Cauſa febrium ex ſpaſmis, horum ex ſtimulo febris.

Ej. *de exulceratione veſicæ* 1724. 4.

Ej. *de præcipuis Germaniæ medicatis fontibus & de eorum examine chymico mechanico* 1724. 4. He. Ulm 1726. 8. *. Gallice vertente C. Vite 1752. 4. Anglice Hofm. *on mineral waters* 1731. 8. vertente Shaw. *Germ. diætet.* T. VIII. Hall 1727. 8. *. Ex optimis ſcriptis Ill. viri. Analyſes & de viribus medicatis fontium.

Ej.

Ej. *ſpecimen medicum de cauto & incauto ſedativorum uſu* 1724. 4.

Ej. *fontis Sedlicenſis in Bohemia examen* 1724. 4. Germ. 1724. 4. 1725. 4. Tr. in *Med. Conſultat.* & Ulm 1726. 8. *. Gallice Baſel 1740. 8. Aqua ſale amaro pleniſſima efficaciori quam Ebshamenſis. Eum fontum noſter a. 1717. detexit & a. 1721. primum commendavit & aquam & ſalem alvi laxandæ cauſa. Terram eſſe alcalinam acido ſpiritu minerali imbutam & ratione acidorum ſalium primarum viarum, alvum ducere.

Ej. *diſp. de purpuræ genuina indole & curatione* 1725. 4. He.

Ej. *de valetudine ſenum tuenda* 1725. 4. He. Germ. T. VII. 1726. 8. *. & in *opuſc. var. arg.* Viribus proſpiciendum coctioni ciborum, mictioni, adfectibus animi, frigori. Corpus exercendum, alta voce legendum.

Ej. *diſp. de morbis a nimia & intempeſtiva venere oriundis* 1725. 4. *. *Diætet. germ.* T. VII. 1727. 8. *. Semen reſorberi, in ſanguinem redire, viribus vitalibus addere. Venerem nimiam nervis nocere. Ab ea magni morbi, apoplexia, epilepſia.

Ej. *diſp. ſiſtens ægrum hydrope ex quartana laborantem & reſtitutum* 1725. 4.

Ej. *obſ. de cauto & præſtantiſſimo emeticorum uſu* 1725. 4. He. & in *Coll.* 1739. 4. *. Antimonialium medicamentorum incerta præparatio, incertus effectus. Antimonium diaphoreticum ſubinde vomitum movet. Emetica etiam in aliis partibus efficaciam exſerere. Emetica ſeligenda, quæ una fibras relaxent, aut ſubjicienda anodyna. Lacte ſedanda hypercatharſis &c.

Ej. *de mirabili lactis aſinini in medendo uſu* 1725. 4. He. Anglice 1754. 8. & in *opuſc. med. pract.* 1736. 4. *. *Germ. diætet.* T. VII. 1728. 8. Alio quovis lacte tenuius eſſe & magis aquoſum: caſeoſi parum habet, idque longe tenerrimum, omnio alio lacte idem dulcius (falſum. Lac vaccinum purum nuper mulctum multo quam aſininum dulcius eſt.) Adverſus tabem omni alio lacte præſtat & etiam eos ſanavit, ſuadente Hofmanno, qui pus rejecerant. Id per exempla demonſtravit. Sed etiam arthriticis convenire, podagricis, hypochondriacis, ſcorbuto &c. Nihil adverſus hypercatharſes præſtantius & venena mineralia.

Ej. *de manna ejuſque præſtantiſſimo in medicina uſu* 1725. 4. & in *Collectione opuſc. med. pract.* 1736. 4. *. Omnes humores blanda vi educere, infantibus opportuniſſimam, ſenibus, prægnantibus, ſaburram bilioſam expurgare, malignis convenire catarrhis, hypochondriacis, renis morbis, cum aquis mineralibus conjungi optime. Variolis etiam dari poſſe.

Ej. *de ſeri lactis virtute longe ſaluberrima* 1725. 4. He. *Germ. diæt.* T. VII. & in *opuſc. med. pract.* 1736. 4. *. Lac multis nocere ob naturam coagulabilem,

bilem, ſenibus ob caſeoſam portionem, febricitantibus & obſtructiones facere. Seri nullum vitium eſſe. Sacharum ex ſero exhalando paratum variis ex animalibus: id ſacharum in aqua coctum ſerum lactis dulce vocat, inventum ſuum & magnis extollit laudibus. Alvum laxam ſervat, cacochymiam temperat etiam ſcorbuticam, & ſpaſmis ſubvenit & tabi. Exempla ad hypercatharſin ſalubris efficaciæ.

EJ. *opuſcula phyſico medica reviſa aucta emendata* T. I. Ulm 1725. 8. 1736. 8. *.

EJ. *de cauto & præſtantiſſimo remediorum uſu* 1726. 4. HE. & in *Collect.* 1726. 8. *.

EJ. *de ſtudio medico recte pertractando ejuſque probatiſſimis auctoribus* Hall. 1726. 4. cum CONRINGII opere.

EJ. *de ignorata uteri ſtructura multorum in medicina errorum fonte* 1726. 4. *. *Opuſc. patholog.* Nimium fluxum uteri acidulis, balneis, alio modo ſæpe a ſe ſanatum. Hydrops cum graviditate conjunctus, alius cum graviditate ſublatus, alius a partu funeſtus.

EJ. *diſp. de proceritate corporis ejuſque cauſis & effectibus* 1726. 4.

EJ. *de morbis hepatis ex anatome deducendis* 1726. 4. *Opuſc. patholog.* Inflammationem hepatis aut nunquam locum habere aut rariſſime.

EJ. *de morbis ex hepatis vitio* 1726. 4. HE.

EJ. *opuſcula phyſico medica de experimentis, viribus, utilitate & uſu medicatorum fontium reviſa aucta emendata* T. II. Ulm 1726. 8. *. Totus ſpectat ad aquas minerales. In præfatione tribuit ſibi detectum in acidulis alcali, vim in ſale neutro maxime poſitam. Felix cum lacte connubium, thermarum cum acidulis convenientiam. De imitandis fontibus medicatis. Vitriolum martiale aut rariſſime in aquis medicatis reperiri aut nunquam. Deinde ut aquas medicatas imitemur, jubet ea elementa aquæ adfundi, quæ ex medicato fonte arte chemica obtinentur. Deeſt vero in ejuſmodi aqua ſpiritus æthereus, quem ipſe magni facit.

EJ. *de connubio aquarum mineralium cum lacte longe ſaluberrimo* 1726. 4. & in *coll.* 1736. 4. *Germ. diætet.* 1726. 8. *. T. VII. Primum ſe naturam acidularum non acidam eſſe ſed alcalinam oſtendiſſe, hinc cum lacte ejus uſum conjungere docuiſſe. Selteranas potiſſimum, quas etiam rex & principes alii HOFMANNO ſuadente biberint. Acidulas in lacte corrigere naturam ad aciditatem, ad obſtructiones pronam. Convenire vitio pulmonum, ad cacochymiam ſcorbuticam, ad mala hyſterica & ſpaſmodica. Exempla curationum.

EJ.

Ej. *de dyſenteria anni* 1726. *epidemica* 1727. 4. He.

Ej. *de morbis ex ſpaſmo veſicæ* 1727. 4. *.

Ej. *de aeris potentia in epidemicorum morborum generatione* 1727. 4.

Ej. *de fonticulorum uſu medico* 1727. 4. He.

Ej. *de veſicatoriorum præſtanti in medicina uſu* 1727. 4. He. & in *Coll.* 1739. 4. Hæc cum priori conjuncta diſp. Cantharidum venenata natura. Utilitas ad revellendum, ad humorem retropulſum in artus revocandum. Pro eorum in febribus malignis uſu. Phenigmi. Utilitas ulcerum, ſcabiei, hinc fonticulorum ad morbos oculorum, alios morbos capitis, alioſque.

Ej. *ſpecifica quorumdam medicamentorum efficacia* 1727. 4. *.

Ej. *de judicio ex ſanguine per venæſectionem emiſſo* 1727. 4.

Ej. *obſerv. clinicæ circa curationem quartanæ* 1728. 4.

Ej. *de medicis morborum cauſa* 1728. 4.

Ej. *de febribus meſentericis* 1728. 4.

Ej. *de corticis chinæ uſu in febribus intermittentibus* 1728. 4. He. & in *Coll.* 1736. 4. Apologia corticis peruviani, quem Stahlius ob repreſſos motus vitales damnabat. Recte exhibitum non adſtringere, excretiones potius promovere. Febrem eſſe adfectum generis nervoſi; ejus inordinatos motus corticem vi adſtringente compeſcere, amarore ſuo acori reſiſtere, crudos in primis viis ſuccos corrigere &c.

Ej. *de apoplexia* 1728. 4.

Ej. *de ætatis mutatione morborum cauſa & remedio* 1728. 4. *Opuſc. patholog.* Pro ſeptenariis eorumque vi morbos generante & curante. Pueros a vermibus, juvenes ab immatura venere in convulſiones & morbos nervinos conjectos, cum 21. annum adtigerint, ſponte fere convaleſcere, nocturnas pollutiones funditus ceſſare.

Ej. *de mechanica optima in medicina philoſophandi methodo* 1728. 4. He.

Ej. *de vitiis oculorum præcipuis eorumque recta medendi ratione* 1728. He.

Ej. *de fonte medicato Lignicenſi* 1729. 8.

Ej. *de diæta virginum* 1729. 4. & *germanice* Jen. 1742. 8. *. Zerbſt 1743. 8.

Ej. *de vomitu cruento* 1729. 4.

Ej. *de ætate conjugio opportuna* 1729. 4.

Ej. *de cataracta* 1729. 4.

Ej. *de potus frigidi ſalubritate* 1729. 4. He.

Ej. *de febre eryſipelacea* 1729. 4. He.

Ej. *de læſionibus externis, abortivis venenis & philtris* 1729. 4. He. Germanice 1760. 8. *Opuſc. pathol.* Variæ veræ cauſæ mortis demum poſt mortem detectæ per inciſionem, inventis polypis, ex vulnere omenti, ex fiſtula tabacaria per orbitam in cerebrum inpacta, ex cognitione epidemiæ ſimilia mala producentis eorum, quæ ægrum interemerunt, ex vulnere & ulcere pulmonis. Non nataſſe pulmonem infantis aliquot antea hebdomadibus nati, cum ſtrangulatus periiſſet. Multas feminas pati abortum, niſi venam ter ſecuerint. Non dari pharmaca ſterilitatem facientia. Non poſſe fonte veneno infici.

Ej. *de noxis ex remediis domeſticis incongrue adplicatis* 1729. 4. He.

Ej. *diſſ. phyſico chymicarum trias.* Inter eas eſt *diſſ. de analyſi chymico medica reguli antimonii medicinalis* 1729. 4.

Ej. *de hæmoptyſi ſelectæ quædam obſſ.* 1730. 4. He.

Ej. *de hæmorrhagia cerebri* 1730. 4. He.

Ej. *de hæmorrhagia viarum urinarum* 1730. 4. He.

Ej. *de hæmorrhagia uteri* 1730. 4. He.

Ej. *de immoderato hæmorrhoidum fluxu* 1730. 4. *. He.

Ej. *de venæſectionis abuſu* 1730. 4. He. Fuerit eadem *de ſalutari & noxio venæſectionis uſu opuſc. var. argum.* 1739. 4. Summa utilitas in plethora minuenda, liberandis partibus congeſto ſanguine oneratis, avertenda apoplexia, in phtiſi, in ſenio, in graviditate, in febribus inflammatoriis, ipſa cachexia. Exempla venæ alieno loco inciſæ, ut in malo hypochondriaco, in morbis quorum materies per aliquam criſin expelli debet &c.

Ej. *oryctographia halenſis ſ. foſſilium & mineralium in agro halenſi deſcriptio* 1730. 4.

Ej. *de opii correctione & uſu* 1730. 4.

Ej. *de doloribus* 1730. 4. He.

Ej. *de fontis Spadani & Swalbacenſis convenientia* 1730. 4. He.

Ej. *vitæ animalis conſideratio theoretico practica* 1731. 4. *.

Ej.

Ej. *diſp. de acidulis Veteraquenſibus in Sileſia* 1731. 4. Germanice Lipſ. 1732. 1734. 8.

Ej. *de cura partus modo nati & lactentis* 1731. & german. Zerbſt 1743.

Ej. *genuina chloroſis indoles origo & curatio* 1731.

Ej. *de differente medicamentorum operatione ſecundum diverſam corporis humani idioſyncraſiam* 1731. 4.

Ej. *de dolore & ſpaſmo ex calculo felleo* 1731. 4. He.

Ej. *de dolore ex calculo renum* 1731. 4. Burkh.

Ej. *de dolore cardialgico* 1731. 4. He.

Ej. *de dolore cephalico* 1731. 4. He.

Ej. *de medicina ſimpliciſſima ſummæ efficaciæ* 1731. 4. He. & in *Coll.* 1736. 4. Laudes exercitationis corporis partes ſolidas confirmantis, ſanguinem morantem expedientis. Sobrietatem & abſtinentiam coctionem ciborum adjuvare. Venæſectionem plethoram & tarditatem ſanguinis corrigere. Aquam lenire, diluere. Balneorum laudes.

Ej. *diſp. methodo ſcientifica conſcripta, qua ſiſtitur verum univerſæ medicinæ principium in ſtructura humani corporis mechanica reperiendum* 1732. 4.

Ej. *ſenectus ipſa morbus* 1732. 4.

Ej. *tuſſis convulſiva* 1732. 4.

Ej. *caſus de purpura ſcorbutica prægreſſo hæmorrhoidum fluxu nimio ex principiis ſolidis deductus* 1732. 4.

Ej. *de acido vitrioli vinoſo* 1732. 4. aliis 1733. 4. Reſp. Carolus Friderici F.

Ej. *de cognoſcenda natura corporis humani ex effectu remediorum* 1732. 4. *. & in *Coll.* 1736 4. *. Cuique homini ſuam eſſe in ſolidis inque fluidis naturam, alium adeo aliumque medicamentorum effectum. In puro corpore variolas leniter progredi, in corporibus cacochymicis miros excitare tumultus. Magneſiam nitri tunc alvum ducere, quando acidi in primis viis multum invenit, & cum eo in ſalem medium abit. Quare per effectus diverſitatem de temperamento cuique homini proprio judicari. Ita ſi emetica in ictero nocuerint ægris, vias bilis præcluſas eſſe &c.

Ej. *de vomitu* 1733. 4.

Ej. *de abortu* 1733. 4. He.

Ej. *de ſingultu* 1733. 4. He.

Ej. *de ſpaſmo pharyngis* 1733. 4. *. Laudat balſamum vitæ extus admotum.

Ej. *ſpaſmus gulæ inferioris & de nauſea* 1733. 4. *.

Ej. *medicina ſanis neceſſaria* 1733. 4. *.

Ej. *diſp. med. chirurg. de morbo Lazari* 1733. 4.

Ej. *de morbi hyſterici vera indole, origine ſede & cura* 1733. 4. He.

Ej. *de motuum convulſivorum vera ſede & indole* 1733. 4. *.

Ej. *de ebore foſſili ſuevico halenſi* 1734.

Ej. *de medendi methodo varia pro climatis diverſitate* 1734. 4. *.

Ej. *de morbis peregrinantium* 1734. 4.

Ej. *de cauta & circumſpecta veneni dati accuſatione* 1734. 4.

Ej. *de dyſenteria* 1734. 4.

Ej. *explanatio adfectus maniæ levioris rariſſimæ ſenſuum quorumdam augmento ſtipatæ* 1734.

Ej. *animalia humanorum corporum infeſti hoſpites* 1734.

Ej. *de ſale medicinali Carolinarum* 1734 4 He. & in *Coll.* 1736. 4. In his thermis & ſalem amarum eſſe & alcalinum reſolvendis obſtructionibus, ſolvendis coagulis aptiſſimum. Ipſe H. dudum ſalem hunc thermarum parari curaverat, qui vero tantum rudior neque ea, qua paverat, copia parabatur; demum a G. Bernhardo Richter pharmacopola perpulchrum nactus, nunc ipſe parare docet ex fonte der Prudel. In aqua cocta per filtrum acta in cryſtallos abit ad ℥ ß ex libra, ſaporis partim amari partim lixivioſi. Signa dat naturæ alcalinæ Sedlizenſi ſubtilior. Ejus vires alvum laxantes, hæmorrhoides adjuvantes &c.

Ej. *de modo agendi medicamentorum & phyſicis circa camphoram experimentis* Bresl. 1734. 8. cum Tralles *de Camphora*.

Ej. *adfectus ſpaſmodicus hypochondriacus inveteratus* 1734. 4.

Ej. *de convaleſcentiæ ſtatu ejus impedimentis & præſidiis* 1734. 4.

Ej. *de cephalæa cum immoderato hæmorrhoidum fluxu ſæpius repetente* 1735. 4.

Ej. *de fiſtula maxillari* 1735. 4.

Ej. *de militum valetudine tuenda in caſtris* 1735. 4 He.

Ej. *varia viſionis vitia* 1736. 4. He.

Ej. *de præcavenda polyporum generatione* 1736. 4.

Ej. *de oſſium inflammatione* 1737. 4.

Ej.

Ej. *de cortice chacarilla ejuſque inſigni in medicina uſu* 1738.

Ej. *de ſcorbuti vera origine, indole & curatione* 1738. 4 He.

Ej. *cura doloris podagrici præſervatoria per ſimpliciſſima remedia* 1739.

Ej. *inediæ noxa & utilitas* 1739.

Diſſertationum, quarum titulos adjeci anni exciderunt, ut in collectionibus tantum poſſideam.

Ej. *de ſitu erecto in morbis periculoſis valde noxio. Opuſc. pathol.* Exempla ſubitæ mortis in hydrope & phtiſi; ſubito pereuntium, cum de lecto prodiſſent. Cauſa ſubitanei interitus (*a*).

Ej. *de ſtudiis per regulas diæteticas facilitandis & prolonganda litteratorum vita. Opuſc. theol. phyſ.* Ad diæteticam in genere (*b*).

Ej. *de officio boni theologi ex idea boni medici. Opuſc. theol. phyſ. med.*

Collectiones pluſculæ diſputationum prodierunt.

Opuſcula medico practica Hall. 1736. 4. & prius 1734. 4. Diſputationes viginti ſuis locis indicatæ.

Opuſcula pathologico practica ib. 1738. 4. quibus careo.

Opuſcula medica varii argumenti Hall. 1739. 4. *. Alia collectio etiam viginti diſputationum, quas pariter indicavi. In hac collectione etiam reperitur diſp. *de uſu & abuſu pulverum ſternutatoriorum*, cujus annum ignoro (*c*). Organi deſcriptio Varia ſternutatoria & tabaci ſpecies; ipſe laudat reſinam guajaci & flores benzoe, indeque compoſitum pulverem. Utilitas in aurium etiam potiſſimum vitiis. Objectionescontra eorum pulverum uſum diſſolvit.

Opuſcula theologico phyſico medica 1740. 4. *. Duodecim diſſertationes, inter quas aliquæ melioris notæ, ut *de fumo carbonum, fato phyſico medico.*

Porro ipſe Hofmannus jam ab a. 1715. cœpit edere diæteticas ſuas diſputationes germanice verſas cum titulo *Gründliche Anweiſung, wie ein Menſch vor dem frühzeitigen Tod und allerley Krankheiten durch ordentliche Lebensart ſich verwahren könne. Tomus* I. prodiit Hall. 1715. 8. *. Diſputationes ſuo loco dictæ ſunt.

Tomus II. ſucceſſit a. 1716. 8. *.

In T. III. conjunxit diſp. *de thermis Carolinis* & alteram.

De acidularum & thermarum ratione virium & ingredientium quas recudi fecit & auctiores reddidit Hall. 1717. 8. *.

T. IV. & ſequentes non ab Hofmanno editi ſunt. *Quartus* prodiit Hall. 1718. 8.

T. V. 1719 8.

(a) Pertinet ad annum 1722. Not. Edit.
(b) Ad annum 1702.
(c) Ad annum 1700.

T. VI. 1721. 8. *. Hoc continetur diſp. *de abuſu valde noxio medicamentorum ex auro, plumbo, cupro, aliis mineris præparatis medicamentis.* Hujus annum ignoro. Aurum fulminans. Ab eo ſemeſtri infanti ad ſex grana dato mors. A granis etiam duobus in principe hypercatharſis cum torminibus. A ſacharo ſaturni colica, alias funeſta, tumor ſcroti. Magiſterium Biſmuthi arſenicum continere.

Ita neque diſſ. *de noxio abuſu anodynorum* reperi, niſi eſt eadem *de opiatorum natura & agendi modo*, quod non puto. Nocere in morbis ventriculi & capitis, tum infantibus & ſenibus.

T. VII. 1726. 8. *.

T. VIII. 1727. 8. *.

T. IX. 1728. 8. *. Hic etiam reperio diſp. *de morbis hæreditariis.* Ut ex parentibus in fetus tranſeant, apoplexia, vertigo, alia capitis mala, hæmoptica tabes, aſthma, calculus, ſcabies, inſania, lues venerea, animi vitia, corporis figura & temperamentum. Non eſſe a vi plaſtica, ſed fetum in ſemine exſiſtere, & prolem ejus ſpectrum ſive imaginem recipere. Sedem ergo horum morborum eſſe mere in ſolidis partibus.

Iterum ſeorſim edita eſt *gründl. Unterricht, wie ein Menſch nach den Geſundheitsregeln ſein Leben und Geſundheit lang conſerviren könne* cum *diſp. de vino hungarico* curante J. Frid Reimann Ulm 1735. 8.

Et *kurzgefaßte Diætetica* Jen. 1743. 8. qui videtur eſſe T. I. prioris operis cum *diſp. de diæta virginum*; quæ ſunt *Diætetica aus deſſen gröſſerem Werk in alphabetiſche Ordnung gebracht* Jen. 1741. 8. B. Thom.

Et alia particula *gründl. Unterricht, wie ein Menſch nach den Geſundheitsregeln der H. Schrift und durch vorſichtigen Gebrauch weniger auserleſener Arzneyen ſein Leben lang conſerviren könne* Ulm 1745. 8.

Ej. *Abhandlung von dem heydniſchen Fato und der chriſtlichen Providenz in mediciniſchen und phyſicaliſchen Dingen* Deſſau 1749. 8.



LIB.

LIBER UNDECIMUS.

GEORGIUS ERNESTUS STAHL.

§. DCCCLXXVIII.

Etſi placitorum STAHLII pars præcipua apud HIPPOCRATEM & HELMONTIUM exſtat, tantum ut mentem immortalem legas, quoties HIPPOCRATES naturam, HELMONTIUS Archæum nominat, etſi CAMPANELLA & nuper CLAUDIUS PERRAULT febres naturæ ſe a materie opprimente vindicantis molimen dixerunt hanc tamen animæ rationalis poteſtatem STAHLIUS Wratislavienſis fuſius ornavit, argumentis fulcivit, in ſingulis exemplis repetiit, eique praxin ſuperſtruxit. Cum porro multis annis in academia frequente & celebri docuerit, diſcipulos numeroſos nactus ſit, eaque ſecta etiam nunc mutatis nominibus in Belgio, Gallia & Anglia paſſim dominetur, neque alia ſint fundamenta DE LA CAZE & nuperorum Principii vitalis fautorum, STAHLIUM utique tanquam auctorem novæ & celebris ſectæ huic epochæ præpono.

Chemiæ peritus, vir propria cogitata alienis præferre natus, in adverſarios acer, anatomes non valde fautor, ſuas hypotheſes magis nonnullis in vivo homine adnotatis eventis quam fabricæ partium aut mechaniſmo ſuperſtruxit. Ergo mentem ipſam immortalem ſibi corpus ſuum ſtruxiſſe, idque ergo per intima cognitum habere, non quidem ratiocinio ſ. cum conſcientia ſui, ſed actu conſcientiæ experte & ſenſu vitali. Diſſolutionem ſui corporis animam abhorrere, hinc ejus corporis motus omnes eo dirigere, ut ea diſſolutio quam longiſſime removeatur. Motus ergo vitales ita dirigere, ut putredinem evitet, corruptas particulas per propria organa expellat. Humores movere non ſolo corde ſed etiam potiſſimum per motum tonicum ſive per vim contractilem parenchymatum, ut conſtricta parte aliqua humores ſubituros arceat, de ea parte in alias laxatas partes propellat. Sic metaſtaſes faciat & congeſtiones & evacuationes. Plethoram ex vitio mentis natam corrigere, in prima ætate ſanguine per nares expulſo, deinde in feminis per uterum evacuato, in viris per venas hæmorrhoidales. Noxiam materiem aucto ad id ipſum motu expellere, de ſanguine ſeparare. Prudenter in univerſum & in ſalutares fines motus vitales dirigere, tantum ut ob errorem

errorem & denique nimiis perceptis impedimentis deſperabunda alieniſſimos motus & convulſiones temere ciere apta ſit. Medicinam fere eo redire, ut utiles, ſunt autem plerumque utiles, mentis conatus adjuvemus, noxios, ſi qui ſint, moderemur. Nihil ergo in corpore humano vel a fermentis, vel a mechanicis circuitus ſanguinei cauſis fieri, ſed conſulto omnia adque ſuos fines. Præterea STAHLIUS ad ſceptica dubia pronior potiſſimum pauca intra medicamenta ſe continuit, venæſectionem, ob plethoræ motum, olea, pilulaſque ſuas, nitrum & ſalem etiam marinum, eſſentiam pimpinellæ albæ, millefolii. Idem efficaciorum medicamentorum ex hypotheſi ſua acris fuit adverſarius, corticis peruviani, opii. Omnia aliena & pure erudita & curioſa ab arte relegata vult, neque anatomen ipſam ad praxin facere admittit: hactenus utilis, quod omne otium, laborem omnem a medico ſoli medicinæ velit impenſum. Archiater demum regius Berolini obiit.

Innumera fere ejus ſcripta ſunt, tamen ut pleraque diſputationes ſint aut programmata aut prælectiones germanicæ diſcipulis calamo receptæ & editæ. Otium nobis hic fecit J. CHRISTOPHORUS GOETZ, qui ſcripta G. E. STAHLII aliorumque ad ejus mentem ſentientium ſerie chronologica recenſuit, præter ultimos magni viri annos Nürnberg 1729. 4. *.

Primum prodiit mihi non viſum *Fragmentorum Ætiologiæ phyſiologico chymicæ ex indagatione ſenſu rationali ſeu conaminum ad concipiendam notitiam mechanicam de rarefactione chymica, prodromus de indagatione chymico phyſiologica* Jen. 1683. 12. recuſ. in *opuſculo chymico phyſico* Hall. 1715. 4. *. In juvenili opuſculo jam obſcuræ dictionis ſpecimina perſpicias, quæ per omnia STAHLII ſcripta dominatur. Nimias tamen chemicorum medicamentorum laudes hic temperat.

EJ. *diſp. inauguralis de inteſtinis eorumque morbis ac ſymptomatibus cognoſcendis & curandis* præſide R. WILH. CRAUSE Jen. 1684. 4. *. Hall. 1713. 4.

EJ. *de febre petechiali ſ. purpurata* Jen. 1685. 4. Hall. 1706. 4. *. Cauſa morbi halitus ſulfureo ſalinus, vitam potenter evertens. Hunc anima horret, expellere ſatagit. Ejus vires oportet ſuſtentare, materiem fugare, in plethora ſanguinem mittere, alvum liberare, perſpirationem adjuvare. An idem *der in Heilung ſo wohl kalter als hitziger Fieber, Frieſel und Fleckenfieber geſchwinde und ſichere Medicus* Augſpurg 1760. 8.

EJ. *diſſ. epiſtolica ad* J. ADR. SLEVOGT *de motu tonico vitali indeque pendente motu ſanguinis particulari, in qua demonſtratur, ſtante circulatione, ſanguinem & cum eo commeantes humores, ad quamlibet corporis partem ſpecialem præ aliis copioſius dirigi & propelli poſſe, ex phenomenis practicis clinicis re vetus deductione novum argumentum* Jen. 1692. 4. TR. Hall. 1702. 4. 1722. 4. TR. cum commentario CHRISTIANI HELWIG medici Vratislavienſis, & in *collectione diſſertationum* STAHLIANARUM Hall. 1707. 4. *. Hæc cæterum diſſ. magni momenti theoriam auctoris exponit.

EJ.

Ej. *de menſium muliebrium fluxu ſecundum naturam & ſuppreſſione præter naturam* Jen. 1694. 4. & recuſ. Hall. 1705. 4. *. tum germanice inter Stahls *Abhandlungen von den Krankheiten des Frauenzimmers.*

Ej. *de commotione ſanguinis translatoria & eluctatoria* 1694. 4. *. 1704. 4. *.

Ej. *de ſynergia naturæ in medendo* Hall. 1695. 4. programma.

Ej. *de paſſionibus animi corpus humanum varie alterantibus* diſp. Hall. 1691. 4. *. recuſ. Hall. 1719. 4. *. Morbi ex animi adfectibus; icterus ex terrore (quem vidi in viro, qui periculoſiſſimum iter alpinum emenſus fuerat); ſanguis ex omnibus poris a metu.

Ej. *problemata practica febrium pathologiæ & therapiæ luculenter & quoad fieri poteſt demonſtrative evolvendæ fundamenti loco inſervientia, in qua febrium in genere & ſpecie circumſtantiæ eſſentiales inhærentes, conſequentes, antecedentes ex longa experientia perveſtigatæ recenſentur* ib. 1695. 4. *. 1707. 4. *. 1722. 4. Omni febri communia; inde omni febri acutæ communia, quæ quidem non omnia admittas. Ita putat excretiones cutaneas alvinis meliores eſſe, neque commotiones habere niſi circa dies criticos. Communia febribus intermittentibus. Deinde ſigillatim febres ardentes; alvum fluxam meliorem eſſe ſicca. Inde ſynocharum præſagia & reliquarum.

Ej. *poſitiones de mechaniſmo motus progreſſivi ſanguinis quibus motus tonici partium poroſarum neceſſitas ad motum ſanguinis lymphæ ſeri dirigendum admittendum vel excludendum demonſtratur pro futuris uſibus pathologiæ variorum adfectuum potiſſimum febrium* ib. 1695. 4. *. 1710. 4. G. Ex mechanices lege ſtaſin non eſſe cauſam inflammationis. Sanguis per poroſas partes ab arteriis in venas urgetur; eas anima magis tendere minuſve poteſt, ut tantumdem quæque recipiat ac tum oportet, nimioque humore ſe liberet. Spaſmus motus tonici eſt exacerbatio. Putredinem motus ſanguinis intenſus facit. Nimia quantitas ſanguinis tranſitum per partes poroſas impedit; huic vitio motus tranſpreſſurus & colatorius ſubvenit; huic motus tonicus.

Ej. *poſitiones de æſtu maris microcoſmici ſ. fluxu & refluxu ſanguinis præcipue in paroxyſmo febrili tertianario in ſenſus incurrente, mediante motu tonico partium poroſarum in effectum deduci ſolito, ad febrium pathologiæ fundamentum deſignandum* ib. 1696. 4. 1704. 4. *. Germanice cum Ej. *Abh. von den Zufällen des Frauenzimmers.* Iterum ex præcipuis Stahlianæ theoriæ fontibus. Motus tonicus adjuvat refluxum ſanguinis ex poroſa ſubſtantia partium; hinc, quando venam ſecamus, ſanguinis effluxum adjuvamus edito motu. Tono adſtricto ſanguis ad arteriam copioſius retropellitur, laxato in poros copioſius admittitur. Ab ea cauſa pallor cum frigore, vel rubor & calor. In febris tertianæ frigore cutis contrahitur & ſanguis ad interna repellitur. In calore viciſſim in laxatam cutem de internis exprimitur.

Ej. *de autocratia naturæ ſ. ſpontanea morborum excuſſione & convaleſcentia* ib. 1696. 4. *. Natura emendatrix ſui corporis. Læſi corporis humani liberatio & reſtitutio per motus ſecretorios & extretorios ab anima directos. Huc vomitus ab idearum aſſociatione motus. Natura ſubtiliores particulas impactas ſolvit, craſſiores in pus convertit. Pro ætate hominis ſanguinem expellere per nares, os, hæmorrhoides Quibus in ſenio podagra ſupervenit, eos longævos fieri. Motus ſpaſtici; febris opus naturæ. Errore naturam motus nimios ciere, humores compellere ad loca minus utilia. Germanice cum l. *de hæmorrhoidibus* Lipſ. 1729. 8.

Ej. *progr. de natura ut ſubjecti phyſiologiæ & de ſuperfluis anatomicis* ib. 1696. 4.

Ej. *temperamenti phyſiologico-phyſiognomico-pathologico-mechanica enucleatio* ib. 1697. 4. *. 1707. 4. *. etiam germanice vertente GOD. HENR. ULAU Leipz. 1716. 8. 1723. 8. A ſtricto & laxo habitu puerorum cholericum & phlegmaticum temperamentum. Morbi cujuſque temperamenti, tono & animæ conditioni adaptati.

Ej. *de motubus humorum ſpaſmodicis a motu pulſus ordinarii diverſis* ib. 1697. 1707. 4. *. Spaſmus partis fibroſæ expellit humorem ea contentum & ingreſſurum arcet. Ita conſtrictæ partes alias non conſtrictas humore replent. Ita fiunt congeſtiones ſanguinis a tono, non a pulſu. Finis congeſtionum particularium eſt ſecretio univerſalium & excretio: fiunt autem aut lenta congeſtione aut ſubito ſpaſmo.

Ej. *de impotentia virili* ib. 1697. 4. *. auctore reſpondente B. EWALDT.

Ej. *obſervationum chymico phyſico medico curioſarum menſis V. November, quo ſiſtitur anchiater ſ. venenum pro remedio venditum febrifugum nequiſſimum* ib. 1697. 4. & in collectione f. opuſcula ib. 1715. 4. contra ſpecificum antifebrile, quod arſenicum eſſe conſtitit. Ejus ſemimetalli indomabilem malignitatem noſter demonſtrat, quam nulla adſuetudo domat.

Ej. *de infrequentia morborum perſonali* ib. 1697. 4. *. 1710. 4. Auctorem ſe dicit H. PAUL. JUCH, verum ſtylus eſt STAHLII. In quemque mortalem pauciſſimos morbos illabi.

Ej. *de hiſtoria medico practica progr.* ib. 1697. 4. *.

Ej. *de venæ portæ porta malorum hypochondriaco-ſplenetico-ſuffocativo-hyſterico-hæmorrhoidariorum* ib. 1698. 4. 1705. 4. *. 1722. 4 1751. 4. Frequentem eſſe in hac vena atoniam, hinc ſtagnationem, ramorum diſtenſionem, ſpiſſeſcentiam, hæmorrhoides, ſymptomata hypochondriaca, anxietates. Prodeſſe equitationem, medicamenta antiſcorbutica, poſt ea adſtringentia martialia. Nitrum addit & millefolium.

Ej.

Ej. *obſervationum chym. med. phyſ. menſis tertius* ib. 1698. 4. & in *opuſculo* 1715. 4. de uſu nitri medico polychreſto. Sanguinis orgaſmum reprimere, ad diarrhœam & vomitum valere, ſi ab humorum æſtu natæ fuerint. Nullum unquam inde ortum malum ſe vidiſſe.

Ej. *diſp. de morborum ætatum fundamentis pathologico therapeuticis* ib. 1698. 4. *. 1702. & cum D. Alberti tr. *de hæmorrhoidibus* 1722. Germanice Lipſ. 1718. 8. 1720. 8. magni hoc opuſculum noſter faciebat. Juvenculis ſanguis ad caput fertur, eique morbi frequentiores ſunt; inde pectoris, demum abdominis.

Ej. *de morbis contumacibus* ib. 1698. 4. progr.

Ej. *de motu ſanguinis hæmorrhoidali & hæmorrhoidibus externis* ib. 1698. 4. *. 1705. 4. *. 1722. 4. Germanice Lipſ. 1729. 8. cum aliis.

Ej. *de ſtochaſino medico* ib. 1698. 4.

Ej. *de hæmorrhoidum internorum motu & ileo hæmatite* Hippocratis ib. 1698. 4. 1707. 4. *. 1722. cum Alberti l. *de hæmorrhoidibus*, & germanice l. c. ubi vide recuſum.

Ej. *in opuſculo ſ. obſervationibus chym. phyſ. med. cur. Hiſtoria febris epidemicæ petechizantis & methodi curationis ejuſdem* ib. 1698. 4. & 1715. 4. morbus anni 1694. Catarrhi ſpeciem præ ſe ferebat, febris contagioſa remittens cum longa apoſitia & agrypnia & facili diarrhœa, demum cum maculis. Venæſectio funeſtum effectum ſortiebatur. Neque juvabat calidis ſudorem urgere. Emulſiones pingues cum ſacharo conferre, & ſubacida citrata, tum eſſentiam alexipharmacam ſuam, nitrum cum abſorbentibus. Innumeros fere ægrotos ſe ſervaſſe.

Ej. *progr. bonus theoreticus malus practicus* ib. 1698. 4.

Ej. *de morbis habitualibus* diſp. 1698. 4. *.

Ej. *de cephalalgia iliaco hæmatica progr.* 1698. 4. *. exemplum morbi non valde noti, cardialgiæ de genere, hiſtericis familiaris, ex congeſtione ſanguinis ad caput hæmorrhagiam.

Ej. *podagræ nova pathologia* Hall. 1698. 4. 1704. 4. *. 1710. 4. *. Dolorificam eſſe ſpaſmodicam motitationem ex hæmorrhoidali externa & varicoſa ſanguinis compreſſione intentata in conſuetudinem abeunte. Solatium eſſe hæmorrhoidum fluxum.

Ej. *pathologia ſalſa progr.* 1698. 4. *.

Ej. *de requiſitis bonæ nutricis* Hall. 1698. 4. 1702. 4. *. & germanice *Abh. von Zufällen des Frauenzimmers*. A nutrice venerea lue infecta lactatus infans belle habere viſus, ſeptimo vero ætatis anno, ſteatomatibus obſitus, hecticus interiit. Sic a ſcorbutica nutrice infans.

Ej. *de commotionibus ſanguinis activis & paſſivis* Hall. 1698. 4. *. de malis a plethora.

Ej. *venæſectionis patrocinium & de ejus uſu & abuſu* ib. 1698. 4. *. & germanice Lipſ. 1719. 8. 1728. 8. *. Sanguis ſæpe ſpiſſitudine peccat, ſæpe ubertate; utrique malo venæſectio convenit, hæmorrhagias nocituras occupat. In febre tamen neque abſolute neceſſariam eſſe & nequidem utilem.

Ej. *inflammationis vera pathologia* ib. 1698. 4. 1705. 4. *. Cauſam ſtaſin ſanguinis in minimis vaſis eſſe. Succedit motus auctus, calor, rubor &c. Compellitur ſanguis in partem inflammatam a tonica conſtrictione partium vicinarum. Curatio eſt diſcuſſio materiei, aut certe ſuppuratio, demum partis laborantis corroboratio.

Ej. *progr. de æſtimatione partium & læſionum* ib. 1698. 4. *.

Ej. *progr. de certitudine artis medicæ* ib. 1698. 4. *.

Ej. *nova pathologia calculi renum diſp.* ib. 1698. 4. 1707. 4. *. a plethora, ſilentibus hæmorrhoidibus, ſanguine in renes congeſto.

Ej. *de lumbricis terreſtribus eorumque uſu medico* ib. 1698. 4. 1707. 4. *. Valere ſuo experimento adverſus epilepſiam, ad menſes expediendos.

Ej. *de ſanguiſugarum utilitate* ib. 1699. 4. 1705. 4. *. Germanice cum l. *de hæmorrhoidibus* Lipſ. 1729. 8. *. Potiſſimum ad hæmorrhoides earum uſus pertinet, quarum vaſa deplent, eas abſque irritatione revocant. Vidit earum uſu lienem obſtructum liberatum, hypochondriaca mala curata; arthritidem ſublevant. Quare earum uſum vehementer commendat.

Ej. *de abſtinentia & nauſea carnium in morbis præſertim acutis* ib. 1699. 4. progr.

Ej. *de hectica febre* diſp. ib. 1699. 4. 1705. 4. *. Eſt reſpondentis J. Jac. Ewald. Maſſam pilularum de cynogloſſo omnibus opiatis præfert.

Ej. *de novo ſpecifico antiphtiſico equitatione* 1699. 4. *. ad phtiſin hypochondriacam magis valere.

Ej. *pathologiæ fundamenta practica* ib. 1699. 4. 1706. 4. reſp. J. Sam. Carl. Carlii eſſe putem. Plethora fere pathologiæ fundamentum.

Ej. *de ſterilitate feminarum per ætatem* ib. 1699. 4. *. progr.

Ej. *æger hæmoptyſi laborans* diſp. Reſp. G. D. Coschwitz cujus eſt opus ib. 1699. 4. 1705. 4. *. 1715. 4. Morbum eſſe a translato ad pulmonem ſanguine.

Ej. *de empiria progr.* 1699. 4. *.

Ej.

Ej. *de αδδηφαγια ſ. intemperantia edendi* Hall. 1700. 4. 1707. 4. *. Nimia ciborum ingurgitatio ex conſuetudine potius & guſtu, quam ex fame nata.

Ej. *de facie morborum indice* ib. 1700. 4. 1705. 4. *. 1713. 4.

Ej. *Ariſtotelis error circa definitionem naturæ correctus* ib. 1700. progr.

Ej. *de differentia rationis & ratiocinationis* ib. 1701. 4. Magni momenti libellus, quo de ſenſu agitur ſui corporis, qui in anima eſt cum conſcientia, & ſine conſcientia.

Ej. *de febris rationali ratione* ib. 1701. 4. *. Motus ad ſecretiones & excretiones directi eorumque vires. Cauſa febrium, diſpoſitio nempe ad putredinem. Eſſentia eſt motus ſanguinis auctus.

Ej. *anomalias motuum vitalium patheticas non eſſe tumultuarias aut turbulentas* ib. 1701. 4. *. progr.

Ej. *diſp. de vita* ib. 1701. 4. *. de neceſſitate impediendæ putredinis.

Ej. *de apoſtaſeos & apoſtematum* HIPPOCRATIS *differentia* ib. 1701. 4. *.

Ej. *de ſcarificatione narium egyptiaca* ib. 1701. 4. *.

Ej. *de phlebotomia* ib. 1701. 4. *. diſp. pro venæſectione contra HELMONTIUM, & a plethora indicari. Videtur reſpondentis eſſe ANDREÆ HOFMANN. Germanice 1728. 8.

Ej. *de abſceſſu ſ. furunculo* ib. 1701. 4. *. diſſ.

Ej. *de febribus bilioſis diſp.* ib. 1701. 4. 1707. 4. Signa anxietas, cardialgia, conatus vomendi, æſtus, horripilationes, ortus ab ira, tempus dum cibi fervent. Utilitas nitri, abſorbentium.

Ej. *de curatione inchoata* ib. 1702. 4.

Ej. *de hydrope, aſcite præcipue* ib. 1701. 4. *. In cadaveribus fere infantum viſcerum abdominis reperiri & hepatis potiſſimum ſcirrhum. Ita laborante hepate, organo ſecretorio lymphæ præcipuo, excretio lymphæ impeditur.

Ej. *de vitro antimonii* ib. 1702. 4. *.

Ej. *febris in genere hiſtoria* ib. 1701. 4. 1707. 4. *. Solum hominem febre peti. Iracundi magis febribus obnoxii. In omni febre eſſe incrementum, ſtaſin, criſin. In omnibus inſignes evacuationes locum habere lotii aut perſpirationis. Excretionibus in febre ſemper ſtata eſſe tempora. Frequenter a ſola abſtinentia reſtitui. Febres recte curatas meliorem valetudinem relinquere.

Ej. *cogationes de medicina medicinæ neceſſaria & de natura ſenſu medico* Hall. 1702. 4. *. De ſuis ſcriptis.

De erroribus in materia medica.

Ej. *de febrium pathologia in genere* ib. 1702. 4. *. diſp. Cauſa febris eſt anima corporis ſui conſervationi intenta; materies eſt, quæ putredinem humoribus noſtris induere apta ſit; modus quo anima utitur, eſt auctus motus & ſecretio atque excretio aucta particularum ſalino ſulfurearum. Huc motus circularis facit & variæ conſtrictiones tonicæ.

Excuſatio reſpondens examini pulſus celeris & frequentis ib. 1702. 4. Contra collegam ſuum HOFMANNUM in meditationum opuſculo. Duo motus vitales pulſus & tonus. Uterque in febribus ſecretiones & excretiones urget. Celerem pulſum humorem in partes fibroſas & tubuloſas ſecretorias altius adigere: ſine celeritate ſolus frequentior pulſus eundem effectum non obtinet; diverſas urgent pulſus velox & frequens. Idem celerior motus ſanguinis particulas ejus adtenuat. Acute hæc & clare. A celeriori motu progreſſivo calorem in corpore humano naſci ſe primum demonſtraſſe.

Ej. *de malignitatis præprimis febrilis indole* ib. 1702. 4. 1707. 4 *. 1723. 4. Signa, fatigatio abſque cauſa, vires proſtratæ, pulſus debilis, inſenſibilitas. Scopus materiam morbi expellere, quæ corrigi non poſſit.

Ej. *progr. de periculo noni diei in acutis* ib. 1702. 4. *. progr.

Ej *mortis theoria medica* ib. 1702. 4. *. Deſtructionem eſſe a defectu motuum mechanico organicorum, quibus vita præſervatur, motus nempe ſecretorii & excretorii, prævalente nempe putredine. Convulſiones fere mortem præcedere.

Ej. *de opinionibus medicis* progr. 1702. 4. *.

Ej. *de morbis corruptis diſp.* 1702. 4. *. 1707. 4. *. Quibus modis & erroribus agyrtarum aut medicorum aliena in morbis ſymptomata exoriantur. Germanice *von übelcurirten und verderbten Krankheiten* Leipz. 1726. 8.

Ej. *de affectibus periodicis* 1702. 4. *. Etiam in morbis hereditariis periodos ſupereſſe, qui parentibus familiares fuerunt; ut morbi periodici fiant ex plethora recurrente, ita ex ſpaſmis.

Ej. *de affectibus oculorum in genere* 1702. 4. *.

Ej. *progr. de methodo medicandi* 1702. 4.

Ej. *de menſium inſolitis viis* Hall. 1702. 4. *. 1707. 4. Vomitus cruentus, narium hæmorrhagia, ſputum, cruentum, congeſtiones ſanguinis ad caput, hemicrania, morbi lienales.

Ej.

Ej. *progr. de ſollicita diæta* 1702. 4. *.

Ej. *progr. de curatione in charta* 1702. 4. *.

Ej. *de ſpaſmis* 1702. 4. diſp. tetano, ejuſque ſpeciebus, ſpaſmo cynico, aliis adfinibus morbis. Materies, ſanguinis abundantia ſpongioſi habitus, pori anguſti. Cauſa, anima varie errans, etſi in genere utilis finis ſubſit.

Ej. *de viſitatione ægrotorum progr.* 1703. 4. *.

Ej. *de alterantibus & ſpecificis in genere* Hall. 1703. 4. *. 1711. 4. Claſſes alterantium. Laudes abſorbentium. Dari ſpecifica: ad epilepſiam ſpecificum STAHLIO medicamentum eſſe: aliud ad œdemata aſcitica; aliud ad odontalgiam.

Ej. *περι φυσεως απαιδευτου progr.* 1703. 4.

Ej. *de naturæ erroribus medicis diſp.* 1703. 4. *. 1707. 4. Ut natura in dirigendis motibus, exturbanda materie non ſatis præparata, errare poſſit. Multum hic nocere animi adfectiones.

Ej. *de evacuantibus ſelectioribus* 1703. 4. HE.

Ej. *de diſſenſu medicorum progr.* 1703. 4.

Ej. *de venæſectione in morbis acutis* 1703. 4. *. Pro ſanguinis miſſione; dicit etiam ſpontanea hæmorrhagia prodeſſe. Nocere tamen quando naturam ad hæmorrhagias incitat a ſalutaribus commotionibus diapnoicis avocat. Non eſſe neceſſariam, frequenter noxiam & coctionem impedire. In principio, febris continuæ laudat. Germanice in *Coll.* 1719.

Ej. *de morbo hypochondriaco hyſterico* Hall. 1703. 4. *. & germanice inter *Abh. von den Krankheiten des Frauenzimmers.* Hæmorrhoidum ſalutaris effectus. Inſignis diſſertatio.

Ej. *de phtiſi* ib. 1704 4. *. In eo malo frequentes in pulmone nodos oriri, & veſiculas avellanæ æquales duras & cartilagineas; fieri a vaſis bronchialibus plenis teneri muco. Deinde ſcirrhoſi pulmones toſo pleni. Scirrhus ſimilis in pulmone abſque querela de difficili ſpiritu. Alter pulmo conſumtus, ejus loco album liquamen, alter ſanus. Fumum antimonii crudi ore receptum optimum eſſe remedium tuſſis.

Ej. *de empeiria rationali medica diſp.* 1704. 4. *. 1709. 4. Ut iis, quæ experientia nos docet, ratiocinium ſuperſtruatur, nempe ex ſua theoria.

Ej. *de fundamentis theoriæ medicæ* ib. 1704. 4. *. per ſingulas artis partes.

Ej. *de conſulta utilitate hæmorrhoidum* 1704. 4. *. Germanice in *collectione* 1729. 8. *.

Ej. *de erroribus medicinæ practicæ* R. ALBERTI ib. 1704. 4. *. ut ſuppreſſæ hæmorrhoi-

hæmorrhoides, omittenda conſueta venæſectione. Error medicorum, qui motum aberrationis cacochymiæ tribuunt. Error in recipiendo in omni caſu medicamento, quod in unico profuit.

EJ. *de febrium therapia in genere* Hall. 1704. 4. diſp. *.

EJ. *de philoſophia* HIPPOCRATIS ib. 1704. 4. progr.

EJ. *de puerperarum adfectibus* ib. 1704. 4. 1707. 4. *. diſſ cum *Abh. von den Zufällen des Frauenzimmers* germanice. Plethoræ plurimos deberi.

EJ. *de abortu & fetu mortuo* ib. 1704. 4. 1708. 8. & germanice. Incidere in finem tertii menſis, ſæpe ſterilitatem ſuccedere. Iterum laudat ſuas pilulas balſamicas.

EJ. *de novitatibus medicis in genere* ib. 1704. 4. *. diſp. Novam eſſe theoriam, quæ morbos a vermibus deducit, novam pathologiam mechanicam. Nova Therapia ut ſudatio per ſympathiam, fontium medicatorum frequentior uſus. Nova medicamenta ut ferrum, ſales volatiles urinoſi, hydrargyri frequens uſus & opii, denique corticis peruviani a quo hectica in macilentis, in obeſis hydrops ſequatur. Videtur eſſe reſpondentis D. GLASCHKE.

Ad editionem *lexici* STEPHANI BLANCAARD præfatus eſt Hall. 1704. 8.

EJ. *de infantum adfectibus* ib. 1705. 4. *. & germanice Lipſ. 1718. 4. 1730. 8. Adnotat varietatem ciborum fæces alvi facere fætidiores.

EJ. *de medicinæ & chirurgiæ perpetuo nexu* ib. 1705. 4. *. Mala ex ignorantia medicinæ nata, quando chirurgi morbos curant, ut in tumoribus rheumaticis, quos circumvolutis faſciis conantur diſſipare.

EJ. *de morbis acutis* ib. 1705. 4.

EJ. *de frequentia morborum in corpore humano præ brutis* ib. 1705. 4. *. Per ſingulos morbos. Cauſam eſſe in adfectibus, animi frequentioribus, perverſa voluntate, erroribus animæ.

EJ. *de morbis nauticis* progr. ib. 1705. 4. *.

EJ. *diſp. de conſuetudinis efficacia generali in actibus vitalibus ſecundum & præter naturam* ib. 1705. 4. *. Ut adſueſcamus intenſo frigori, calori adfectibus animi, hæmorrhagiæ, certis horis & cum iis recurrentibus evacuationibus, morbis.

EJ. *de venæſectione in pede & aliis corporis partibus* ib. 1705. 4. *. & germanice Lipſ. 1719. 8. Contra legem quam dicit receptam eſſe. Inferioribus in partibus corporis ſi morbus fuerit, debere venas incidi inferiores & viciſſim.

Hanc

Hanc legem ita refutat, ut v. c. in cephalalgia venam pedis ſectam prodeſſe moneat, capitis venam ſectam nocere; a brachii venæſectione vero deterius habere. Utique adeo noſter revulſivam inciſionem præfert. German. 1724. 8. Venæſectione prima abortui obviam iviſſe STORCH.

EJ. *de auctoritate & veritate medica* ib. 1705. 4.

EJ. *diſp. de affectibus incurabilibus* ib. 1705. 4. *. Habitus catarrhoſus vicennali medicatione & diæta non ſuperatus. Sarcocele vix curabilis. Cataracta vix ſuperabilis.

EJ. *diſquiſitio de mechaniſmi & organiſmi diverſitate* ib. 1706. 4. & 1708. 4. cum theoria medica. Pro organiſmo ſ. anima dirigente humanam machinam.

EJ. *parænesis de alienis a doctrina medica arcendis* ib. 1706. 4. & 1708. cum theoria medica. Contra mechanicos. Contra anatomen; ſubtiliorem fabricam partium nimis homines occupaſſe, ut motus negligerent. Hiſtoria medicæ vitæ.

EJ. *de arte longa progr.* ib. 1706. 4. *.

EJ. *de tertiana febris genium univerſum manifeſtante* ib. 1706. 4. *. Hiſtoria morbi: in virili ſexu frequentiorem eſſe. Bona morbi hiſtoria. Curatio empirica, quam rejecit, per corticem peruvianum. Vomitum ſatis probat, tamen ut non ſufficiat. Animæ fines in frigore, calore & toto mali tramite.

EJ. *de ſcorbuti & luis venereæ diverſis ſignis & medicinis* ib. 1706. 4. *. per omnia ſymptomata comparatio.

EJ. *de ſanguinis temperie optima conſervanda & reſtauranda* ib. 1706. 4. *. diſp.

EJ. *progr. de teſtimoniis medicis* ib. 1706. 4.

EJ. *diſp. de hæreditaria diſpoſitione ad varios adfectus* ib. 1706. 4. *. Arthritis in filio podagrici ſubnata; tabes in familiis hereditaria; ſic hæmorrhoides, podagra.

EJ. *de dyſenteria* ib. 1706. 4. diſp. *. Rejicit abſorbentia, corallia, bolos, aloen & ſtimulantia, oleum, lac, opium, adſtringentia. Rheum admittit, clyſteres leviter therebinthinatos. Laxat balſamicis pilulis, rheo; ſubjicit theriacam. Hic & ubique reperies, in ipſa curatione noſtrum brevem eſſe, fluctuare, rejicere multa, pauca admittere, ea ut putat moderata.

EJ. *de experimenti fallacia progr.* ib. 1706. 4.

Ej. *de temeritate, timiditate, modeſtia, moderatione* Hall. 1706. 4.

Ej. *de curatione æquivoca diſp.* 1706. 4. *. imperfecta nempe, in qua cauſa mali non ſuperata fuit, etſi ſymptomata ſopita ſunt.

Ej. *de vera diverſitate corporis mixti & vivi & utriuſque peculiarium proprietatum neceſſaria directione demonſtratio* ib. 1707. 4. & cum *theoria medica* 1708. 4.

Ej. *progr. de logica medica* 1707. 4. *.

Ej. *de ſanatione per accidens* 1707. 4.

Ej. *de medicina ſine medico* 1707. 4. *. diſp.

Ej. *de conſtantia medica progr.* 1707. 4. *.

Ej. *diſputationes medicæ epiſtolares & academicæ, phyſiologicæ, theoreticæ, practicæ generales & ſpeciales* ib. 1707. 4. *. Recenſui, admiſtæ vero ſunt aliquæ Mich. Alberti & Hofstetteri.

Ej. *de ſcriptis ſuis vindiciæ* 1707. 4. *. & cum *theoria* 1708. 4. *.

Ej. *de veræ proſexencryſeos medicæ practicæ vera dignitate* Hall. 1707. 4.

Ej. *de judicio difficili progr.* ib. 1707. 4.

Ej. *de logica medica* ib. 1707. 4. *.

Ej. *de febribus ſecundariis* ib. 1707. 4. diſp.

Ej. *de ſyncretiſmo medico* ib. 1707. 4. progr.

Ej. *de acriſia in febribus* ib. 1707. 4. diſp.

Ej. *de hiſtoriæ morborum criterio* ib. 1707. 4. progr.

Ej. *de tranſpiratione impedita* diſp. ib. 1707. 4.

Ej. *de adſtringentium cauto uſu* ib. 1707. 4. 1723. 4.

Ej. *de impoſtura opii* ib. 1707. 4. diſp.

Ej. *criterium experimentorum medicorum* ib. 1707. 4. progr.

Ej. *de metaſchematiſmo morborum* ib. 1707. 4. diſp. 1723. 4.

Ej. *de rheumatiſmo* ib. 1707. 4. diſp. & in *collectione hæmorrhoid.* 1728. 8.

Ej. *Theoria medica vera phyſiologiam & pathologiam tamquam doctrinæ medicæ partes vere contemplativas e naturæ & artis veris fundamentis intaminata ratione & inconcuſſa experientia ſiſtens* ib. 1707. 4. 1708. 4. *. quæ editiones paulum differunt 1737. 4. Princeps viri opus. Phyſiologiam diximus & adjectas diſſertationes. Sequitur pathologia.

Prima

Prima diſſ. abſque titulo. De mixti & vivi diverſitate. Vita fit utroque putreſcibili impedito ne putreſcat, quod fit motu ſecretorio & excretorio. Motus ſolius animæ actus, incorporeus. Medici eſſe noxia exturbare, corrigi non poſſe. De vera mixti & vivi corporis diverſitate. Similia eorum quæ diximus. Vita quid ſit. Ad eam ſanguinis nudum circuitum non ſufficere.

Ej. *de ſcriptis ſuis vindiciæ quædam & indicia* 1707. 4. olim recuſ. demum de vita ejuſque tuitione per motus excretorios & ſecretorios. Laudes ſuæ febrium petechialium pathologiæ & feliciſſimæ curationis; aliorum ſcriptorum de his febribus inutiles labores, ſed citat pauciſſimos. De ſuo motu tonico, utique ſuo, partium fibroſarum (falſa nempe hypotheſi ſanguinis ex arteriis in venas per fibroſum parenchyma tranſpreſſi) deque animæ in hos motus ad deſtinatos fines dominio (iterum mere hypothetico). De motibus congeſtoriis, hypochondriacis, ſpaſmis. Cur neminem citet.

Phyſiologiam omitto. Pathologia major pars eſt hujus voluminis. Memorabile certe opus. Pleraque jam decerpſi. Summa tamen capita cauſarum morborum apud noſtrum fere conſentiunt in ſanguinis ſpiſſationes, copiam & in putredinem tendentiam, adque motus, quibus natura his malis reſiſtat hæmorrhagiis naturalibus, quas & ipſa cogit ſanguine per motum vitalem in organa excretioni deſtinata preſſo. Quare cum febres & motus etiam erronei naturæ ſint opus, noluit eorum quidquam ſupprimi, adverſus ideo cortici peruviano, opio. Utique vero moderari motus licere, ut & copiam humorum minuamus, & ſpiſſitudinem diſſolvamus, in acutis nitro & abſorbentibus, quæ plurimum facit, ut hyacintho convulſiones ſuperare ſperet; in chronicis amaris, reſinoſis, ſalinis, mitibus eſſentiis.

Etſi nunc aſperitas vix tolerabilis in viro eſt & periodi longiſſimæ & rerum ſæpe perobſcurus ſenſus, & hypotheſium parum firmarum adoptatio, cui tota theoria ſuperſtruatur, minime tamen inutile opus eſt, neque abſque utilitate legitur. Suis enim cum oculis videret, nullam auctoritatem ſuſpiceret & chemiæ inſignem peritiam ad medicinam adferret & ingenio eſſet acri, aptoque ſingulares eventus ad ſua loca adque illuſtranda ſua placita adhibere, plurima certe nova, multa bona habet & propria, quæ mihi non datur proſequi.

Ejusd. *progr. de intempeſtiva adſumtione medicamentorum* Hall. 1708. 4.

Ej. *diſp. de periodis acutarum ſine criſeos eventu exquiſitis* ib. 1708. 4.

Ej. *diſp. de teneris ægris* 1708. 4. 1723. 4.

Ej. *de fidis remediis* ib. 1708. 4. He.

Ej. *diſp. de febre catarrhali maligna* ib. 1708. 4.

Ej. *de motus voluntarii uſu medico* ib. 1708. 4.

Ej. *de methodo malignas febres ſecundum rationem & experientiam rite tractandi* Hall. 1708. 4. 1713. 4.

Ej. *de privata diſpenſatione medicamentorum* ib. 1708. 4. *. & in M. Alberti *jurisprudentia medico legali.*

Ej. *diſp. de animi morbis* 1708. 4. *. 1720. 4. Huc anxietas. Noxæ iræ repreſſæ; minus nocituræ, ſi aliquando ei ſis adſuetus. Mania ſæpe adfectuum animi effectus, ſic melancholia. Conſuetudinis poteſtas.

Ej. *progr. de fidis remediis & diſp. de Conſilio medico* 1708. 4. Dubito an edita ſit.

Ej. *de medicis e pharmacopolio* 1708. 4. progr.

Ej. *diſp. de multitudinis remediorum abuſu* 1708. 4. 1723. 4. *.

Ej. *progr. de caſibus medicis practicis* 1708. 4.

Ej. *diſp. de diæta* 1708. 4.

Ej. *de adfectibus gravidarum* 1708. & germanice *in Zufällen des Frauenzimmers.*

Ej. *progr. hiſtoriam pathologicam affectuum cum coxarum dolore ſymboliſantium Hippocraticam exhibens* 1708. & 1722. in Alberti *Coll. de hæmorrhoid.*

Ej. *diſp. de regimine* 1708. 4.

Ej. *diſp. de flatulentia* 1708. 4.

Ej. *obſervationes phyſico chemicæ curioſæ antehac obſervationibus Hallenſis ſchedulæ inſertæ* 1709. 8. Aristotelis error in definitione naturæ. *De ſollicita diæta* diſp. quam improbat.

Ej. *diſp. ſiſtens morbos acutos veterum* 1709. 4.

Ej. *de motu ſanguinis a craſi & viis non pendentibus vitiis prudenter tractandis* 1709. 4.

Ej. *diſp. de curatione morborum e fundamento* 1709. 4.

Ej. *diſp. de abſtinentia medica* Hall. 1709. 4. *. Quatenus anima facienda facit & molienda molitur, nihil eſſe agendum. Evacuationum molimina, febres ipſas ut ſalutares naturæ conatus, non debere ſupprimi.

Ej *diſp. de febribus compoſitis ex acuto periodo* 1709. 4.

Ej. *de methodica curatione* 1709. 4. diſp.

Ej.

Ej. *diſp. de variolis & morbillis* 1709. 4. & in Pelargi *med. Jahrgang 2ter Theil.*

Ej. *gründlicher Bericht von den balſamiſchen und confortirenden Pillen*, *quas noſter vendebat* 1709. 1712. 4.

Ej. *wohlmeinende Errinnerung wegen einiger bey noch anhaltender hier und da graſſirenden rothen und weiſſen Ruhr mit bedenklichen Zufallen bey ihme befindlicher Arzneymittel* putat Goetzius hujus eſſe ævi 1709.

Ej. *de fine menſium initiis morborum variorum opportuno* 1710. 4. Germanice cum l. *Abhandl. von Zufallen des Frauenzimmers.*

Ej. *de ſalivatione mercuriali aliis præter luem veneream morbis rebellibus exſtirpandis pari* 1710. 4. eſſe reſpondentis J. D. Isaac.

Ej. *de febre hectica abſceſſuum internorum comite* Hall. 1710. 4. *. Exempla & hiſtoriæ. Empyema cum liquamine lactis ſimili ad tres libras. In alio pus in thorace ſpiſſum.

Ej. *de ſenum affectibus* ib. 1710. diſp. Germanice 1718. 8.

Ej. *de cachexia* diſp. 1710. 4. *. Convenire laxantivo diureticas evacuationes ſed placidas repetitas. Diæta aeris, ſcorbutica & aromatica, reſtituendæ debitæ ſecretiones potiſſimum in vena portarum. Roborandum.

Ej. *de minori malo medico* 1710. 4. diſp.

Ej. *de paradoxis medicis præcipuis* Hall. 1710. 4.

Ej. *de lapide manati* 1710. 4. *. Sanguinem omnino compeſcere & antiſpaſmodica vi pollere.

Ej. *de adfectibus pectoris* diſp. 1710. 4.

Ej. *de officio medici circa caſus chirurgicos* 1710. 4. *. Vitia ſolidarum partium ſæpe humorum correctione egere. Medicus partem medicæ curationis præſtat, in chirurgica chirurgum dirigit.

Ej. *de morbis conſequentibus* 1710. 4.

Ej. *diſp. de cynoſura therapias ſ. veræ methodi medendi* Hall. 1710. 4.

Ej. *de decubitu humorum* 1711. 4. He.

Ej. *de præparatione corporis therapeutica* Hall. 1711. 4.

Ej. *de miniſterio artis noſtræ ſalutariter adhibendo* 1711. 4. diſp.

Ej. *de iſagoge practica progr.* 1711. 4.

Ej. *de curationibus caſtrenſibus* 1711. 4.

Ej. *de febre lethifera* HIPPOCRATIS 1711. 4.

Ej. *de reſtitutione ſanitatis in integrum* 1711. 4.

Ej. *de ſterilitate feminarum* 1711. 4. GOETZ. Germanice cum l. *von den Zufällen des Frauenzimmers.*

Ej. *ſciagraphia veræ pathologiæ medicæ* Hall. 1711. 4. *.

Ej. *de emendandis hiſtoriæ clinicæ fundamentis* 1711. 4.

Ej. *de therapia ſani corporis* ſ. *non naturali* 1711. 4.

Ej. *de viribus* Hall. 1711. 4. de termino mortis.

Ej. *de attentione medico practica* diſp. Hall. 1711. 4.

Ej. *de uromantiæ & uroſcopiæ abuſu tollendo diſp.* 1711. 4. Germanice Coburg 1739. 8. *. De differentia vera pulſus celeris & frequentis; in præf. STAHLIUS uromantarum temeritatem redarguit. Exempla fraudum; eſſe tamen etiam potiſſimum reſpectu febrium aliquam utilitatem inſpectæ urinæ.

Ej. *diſputationum ab a. 1707. ad 1712. in alterum volumen collectio* 1712. 4. cum præf. ALBERTI.

Ej. *de cauſis præcipuis effectuum tragicorum in medicina* Hall. 1712. 4. eſſe reſpondentis NATHAN. SENDEL.

Ej. diſp. *de practicorum veteranorum prærogativa* Hall. 1712. 4.

Ej. *de mutatione temperamenti diſp.* 1712. 4. & in *coll.* germanica *von den temperamenten* 1722. 8.

Ej. *de ſeceſſionibus humorum* Hall. 1712. 4. diſp.

Ej. *diſp. de deo veræ medicinæ auctore* 1712. 4.

Ej. *diſp. de poteſtate artis medicæ* 1712. 4.

Ej. *progr. de antiqua veritate artis medicæ* 1712. 4. *.

& *diſp. de neceſſitate artis medicæ* 1712. 4.

Ej. *de exanthematum malignorum retroceſſione* 1713. 4. eſſe reſpondentis.

Ej. *de tumore œdematoſo podagrico* 1713. 4.

& *epiſtola de corrupto medicinæ ſtatu.*

Ej. *de fontium ſalutarium uſu & abuſu* 1713. 4. diſp. Germanice *gründlicher phyſicaliſch mediciniſcher Diſcurs von den warmen Bädern und Sauerbrunnen aus dem*

dem latein. Lipſ. 1716. 8. 1734. 8. *. Aquam acidularum ſubtiliorem eſſe, thermalem viſcidam magis. Acidularum acidum eſſe principium vitriolicum, thermarum alcalinum. Ex acidulis ſpiritum vitriolico ſimili prorupiſſe. Parcius debere laudari thermas & acidulas. Illas parce bibi, alias nocere in flatulentia ventriculi, malo hypochondriaco.

Ej. *de febribus intermittentibus corruptis & turbatis* 1713. 4. *.

Ej. *obſervationes luculentæ medicæ* 1713. 4.

Ej. *therapia paſſionis hypochondriacæ* 1713. 4. diſp.

Ej. *de medicina chirurgica in genere* 1713. 4. *. Iterum alieniſſimo loco contra anatomes ſubtilioris neceſſitatem. Craſin humorum ad medicum pertinere.

Ej. *de obſtructione vaſorum ſanguineorum* 1713. 4. *. Inflammationem non eſſe ab obſtructione vaſorum. Tum BELLINIANA theoria, obſtructa parte vaſorum reliqua libera humoribus repleri. Congeſtiones ſanguinis ab animi adfectu frequentes abſque obſtructionis ſuppoſitione.

Ej. *de erroribus practicis circa contagioſarum malignarum febrium curationem vitandis* 1713. 4.

Ej. *de medicina medicinæ curioſæ* 1714. 4. *. diſp. Contra mechanicos, contra ſubtilem anatomen.

Ej. *de multorum atque magnorum morborum remedio* 1714. 4. diſp.

Ej. *de febre per ſe nunquam lethifera* 1714. 4.

Ej. *theſes medicæ theoretico practicæ e I. Aphor. I. Hippocr. deductæ* 1714. 4.

Ej. *de moroſis ægris prudentiam medici fatigantibus & flagitantibus* 1714. 4. diſp.

Ej. *de complicatione morborum* ib. 1715. 4.

Ej. *opuſculum chymico phyſico medicum ſ. ſchediaſmatum variis occaſionibus in lucem emiſſorum jam collectorum faſcieulus* Hall. 1715. 4. *. 1740. 4. Pleraque chemica ſunt. Ad medicinam propius fecerit.

Progr. quo vindiciæ theoriæ veræ medicæ a ſuperfluis alienis & falſis ex incongrua anatomiæ chymiæ & phyſicæ tractatione prognatis &c.

Ej. *progr. quo lectionibus phyſiologiam medicam ad pathologiam therapiam & praxin clinicam directe conferendam* &c.

Ej. *obſervationes ſelectiores phyſico chymico medicæ curioſæ ex obſervationum Hallenſium tomis:* inter quas eſt *ariſtotelis error circa definitionem naturæ circuitus: de ſollicita diæta.*

Archiater

Anchiater quem diximus & *de uſu nitri*; & *hiſtoria febris epidemicæ*.

Ej. *de remediis martialibus.*

Ej. *de alvi libero ſucceſſu imo ſubinde fluxu in febribus petechizantibus & ſingulari remedio laxativo commendari cœpto.* Nitro diarrhœam temperat, tum remedio etiam in variolis & morbillis utiliſſimo alvum liberat cum exemplis. Pulveres abſorbentes infeliciſſime dederat, his pilulas balſamicas utiliter ſubſtituit. Caſcarilla ſanata hypercatharſis.

Ej. *epiſtolæ gratulatoriæ*, quas STAHLIUS ſuis *diſputationibus practicis* adjecerat.

Ej. *prælectiones academicæ medicæ ſ. ſpecimen novæ pathologiæ theoretico practicæ ſecundum medendi methodum* STAHLIANAM *concinnatum in lucem editum* a D. A. J. F. Francſ. Lipſ. 1715. 4.

Ej. *de vitrioli elogiis chymico-medicis æſtimandis* 1716. 4.

Ej. *de raris morbis diſp.* 1716. 4.

Ej. *obſervationes clinicæ* Lipſ. 1719. 8. 1735. 8. Compendium praxeos ex prælectionibus viri illuſtris excerptum per HENR. ULAU.

Ej. *negotium otioſum ſ. ſciamachia adverſus poſitiones aliquas fundamentales theoriæ veræ medicæ a viro celeberrimo intentata, enervata* Hall. 1720. 4. *. Adverſus Leibnizium animam tamen perſpicere corporis ſui conditiones & idem regere etſi neutrius artis ſit conſcia. Metaphyſici potius ſaporis. Motum non eſſe in corporis poteſtate.

Ej. *aus dem lateiniſchen überſetzter Schriften erſter Theil* Leipz. 1720. 8. *. De temperamentis, ægris moralibus, morbis ætatum, morbis mulierum, obſervationes clinico practicæ, de venæſectione.

Ej. *fundamenta chymico pharmaceutica generalia ac manuductio ad encheireſes artis pharmaceuticæ ſpeciales* Herrnſtatt 1721. 8.

Ej. *præfatio ad* M. ALBERTI *de hæmorrhoidibus* Hall. 1722. 4.

Ej. *ſynopſis medicinæ* STAHLIANÆ Budingen 1724. 8.

Ej. *Abhandlung von den Zufällen des Frauenzimmers, mit einer Beſchreibung des Autors Theorie und Vorrede vom weiſſen Fluß durch* B. G. A. M. D. Leipz. 1724. 8. 1735. 8.

Ej. *Unterſuchung der übelcurirten und verderbten Krankheiten* Leipz. 1726. 8. Diſp. de morbis corruptis, de natura ac erroribus medicis, de erroribus medicinæ practicæ, de abuſu medicamentorum, de fontium ſalubrium uſu & abuſu, de

de adſtringentium cauto uſu, de abuſu opii, de ſenſu naturæ circa curationes incongruas, de metaſchematiſmo morborum. Germanice verſum.

Ej. *elementa chirurgiæ medicæ edente* J. SAMUEL CARL. STAHLII eſſe dicitur Budingen 1727. 8.

Praxis STAHLIANÆ *collegium practicum* 1728.

Ej. *Abhandl. von den Zufällen und Krankheiten des Frauenzimmers cum adnot.* G. H. R. Leipz. 1724. 8. ut ſupra.

Ej. *obſervationes medico practicæ, quarum claſſis I. ſiſtit febres* Nürnberg 1728. 4. TR. 1735. 8. Eadem fuerit. *Pyretologia ſ. febrium hiſtoria obſervationibus practicis illuſtrata* Leipz. 1732. 4. neque enim vidi.

Ej. *materia medica von Zubereitung Kraft und Würkung der ſonderheit durch chymiſche Kunſt erfundener Arzneyen* Dreſd. 1728. 8. *. 1731. 8. Dicitur ex codice Mſ. auctoris converſus eſſe, egregius labor, in quo multa de vera & vana poteſtate medicamentorum utilia monet. Antihecticum Poterii noxium & inutile medicamentum eſſe. Aquas deſtillatas ex plantis amaris nihil habere virium. Quæ plantæ ſpiritui vini ſuas vires tradant, quæ aquæ. Cinerum plantarum nullas eſſe ſpecificas vires. Nolles forte laudes legere cryſtalli montanæ. Mercurium dulcem facile corroſivam naturam induere, atque tum nocere.

Ej. *gründliche Abhandlung vom aderlaſſen, deſſen Gebrauch und Misbrauch* Leipz. 1728. 8. ex diſputationibus de venæſectione agentibus coaluit.

Ej. *fundamenta chymiæ dogmaticæ & experimentalis* Nürnberg 1728. 4. *. 1746. 4. *. 3. Vol. auctus duobus voluminibus ob medicamentorum chemicorum præparationem. Paſſim aliqua. In liquore lacteo rubetarum nullum venenum eſſe & abſque noxa faciem eo conſpergi.

Ej. *Abhandlung von der guldenen Ader, worinn viele heilſame Wahrheiten entdeckt, viele grobe Irrthümer wiederlegt und eine ſichere Methode an die Hand gegeben wird, vielen ſchweren Krankheiten abzuhelfen* Leipz. 1729. 8. *. Sex ſunt diſputationes de hæmorrhoidibus. Eſſe molimen naturæ; obſervare & dies & horas; effectum eſſe motus tonici, quo per fibras aliqua vaſa comprimantur, non tamen penitus claudantur, ut ipſa quidem ſanguinem non tranſmittant, vicina abundanter eo repleantur. Proxime vero cieri ab alterna contractione & laxatione muſculorum ano vicinorum, quæ ſanguinem in ani vaſa congerat. Podagram & morbos adfines eſſe mera conamina hæmorrhoides quærentis naturæ. Symptomata topica. Natura, quoties ſanguis tarde procedit, etiam in remotis corporis partibus motus excitat eo tendentes. Hæmorrhoides externas tardius manare, periodo fere in internis menſtrua, in externis incerta, tamen cum autumno & vere fere connexa. Excitari hirudinibus, inferiorum artuum venæſectione. 2. De hæmorrhoidibus internis & ileo hæmatite. Hæmorrhoidum repreſſa-

repreſſarum inſignes noxæ: obſtructa inde viſcera, lien, colica hæmorrhoidalis, aſthma. Molimina ad eas hæmorrhoides ciendas, inde nati dolores, tenſiones hypochondriacæ. Podagricos a juventute non ſeneſcere. Hæmorrhoidarios fieri qui ſedentarii vivant & una lacte. Aloen hæmorrhoides ciere. Nunquam debere ſupprimi nimias, tamen ſe arcana auxilia noſſe parare; temperandæ vero lenientibus, nitroſis. Nec ciendæ acribus nec helleboro. 3. De rheumatiſmo. Oriri a materie ſalſa febrili, eryſipelate repercuſſo, a plethora, quæ tamen ſæpe venæſectione tollatur: dolorem iſchiadicum repreſſas hæmorrhoides ſequi. A fluentibus hæmorrhoidibus gonagram & id genus morborum in perpetuum conquieſcere. Hirudines ſimilia facere; non vero de brachio ſanguinem mitti debere, ne in caput revertatur ut in exemplo; neque ſales alcalinos volatiles dari; abſorbentia utique & nitroſa; camphora & opio abſtinendum. 4. De hirudinibus.

Ej. *Unterſuchung der Krankheiten, welche bey einem jeglichen Alter der Menſchen vorzukommen pflegen, aus dem latein.* Leipz. 1718. 8. 1730. 8. *. Fatetur hæmorrhoidarium fluxum rariorem eſſe, ſed raros etiam podagricos, arthriticos, calculoſos; non tamen paucos eum fluxum pati, inde liberari ab iis, quæ dixi, malis; eo imminente in ea mala illabi, aut ſi fluxus ſubſtiterit, relabi. Non debere cieri niſi per hirudines, nimium non adſtringendum, nec irritandum; præcipui momenti eſſe venæſectiones vicarias. Funeſti eventus hæmorrhoidum ſuppreſſarum per exempla. Remedium ſuum quo dolores ſilentur.

Ej. *de hæmorrhoidalis motus & fluxus hæmorrhoidum diverſitate* Offenbach 1731. 8.

Idem *ſilenum alcibiadis ſ. artem ſanandi cum exſpectatione oppoſitam arti curandi nuda exſpectatione* G. Harveii *edidit* Pariſ. 1730. 8. *. Et ipſe exſpectationi deditus. Fuſum opus auctoris ſenis. Nunc generalia. De ferri principiis & efficacia medica, cujus uſum non valde probat. De lactis aſinini elementis experimenta. Sic reliqua capita medicamentorum perſequitur, de quibus Harveyus, neque lac valde probat, neque pyrmontanas acidulas. Pro venæſectione. Se nunc 102. vice venam ſibi ſecari curaſſe.

Ejus *collegium practicum überſetzt durch* Pelargum. Caſus 76. Leipz. 1728. 4. 1722. 4 1733. 4 1745. 4. & *collegium caſuale minus. Caſus* 102. Hirſchberg 1734. 4. per J. E. Budæum. Dreſd. 1741. 4.

In aliis non medici argumenti libris Stahlii aliqua huc faciunt ut in l. *vom Salpeter.* Qui biberat aquam fortem & ſanatus eſt tota reliqua vita debilis manſit; ſuperbiberat lac, cum oleum opportuiſſet.

§. DCCCLXXIX.

§. DCCCLXXIX. Varii ad a. 1683.

Leigh *phtiſiologia Lancaſtrienſis* Lond. 1694. 8. Genev. 1736. 4. *. Phtiſes variæ Lancaſtrienſes. Phtiſis ſcorbutica, in qua ſaliva a ſpiritu vitrioli continuo cogitur. Eſſe ab halitibus, qui abundant, ſalſis & ſulfureis maritimis. Pulmones obſidet, ſputum habet dulce, urinam vero lixivialem, ſedimento copioſo, ruſo, ſuaviter olente, quale redditur a terebinthina. Hæc phtiſis paulatim, aſthma facit, tabemque, glandularum infarctus. Curatur per emetica, cathartica, reſolventia, antimoniata, balſamica. Exempla curationum. Phtiſis hæmoptoica, aut ab aliis hæmorrhagiis nata. Phtiſis ab herpete, fluore albo, chloroſi, rheumatiſmo, rachitide. Phtiſis chyloſa poſt febres infantibus ſuperveniens.

Ej. *exercitationes quinque de aquis medicatis, morbis acutis, morbis intermittentibus, hydrope* London 1697. 8. *. Febris epidemica Lancaſtrienſis, quæ ab a. 1693. ad 1696. regnavit. Laudat camphoram, bezoardica, &c. Intermittentibus corticem peruvianum obponit. Hydrops bilioſus a bile in purulentam materiem mutata, alvus ab hydrope lymphatica; hic valere maſſam pilularum Cratonis, in qua ſunt cantharides. In appendice Johanem Colebasch refutat, qui podagram ab alcali derivat.

Ej. *natural hiſtory of Lancashire, Cheshire and Darbyshire* London 1700. fol. *. Utcunque ad Plottii modum, mineras tamen & aquas minerales fere curavit, reliqua minus. Duas feles variolas per contagium contraxiſſe, paſſas eſſe totum curriculum morbi, & ſuppurationem. Calculi veſicæ felleæ bubuli, alii corticis arboris ſimillimi, alii triangulares. Calculus veſiculæ felleæ. Calculus ſpongia tectus ex humano inteſtino. Aſthma funeſtum artificum, qui plumbo utuntur. Sulfur venenatum minerarum plumbearum cujus una drachma funeſtum lethargum facit. A vapore minerali perituri percipiunt frigus verſus cor, tum deliquium ſine dolore. Teſta, ut quidem noſter adſerit, ex veſica ſuis. Scabiei ſpecies infantibus intra primum annum familiaris. Rachitis cum oſſium carie, & maxima corruptione medullæ. Lepra victu vegetabili & ſalivatione ſanata. Conſumtio ſcorbutica Lancaſtriæ in maritimis frequens abſque prægreſſa inflammatione, abſque pulmonis ulcere, cum moroſitate inſolita. Hydrops; in demortui hepate glandulæ granorum grandinis magnitudine, craſſa bile plenæ, inde icterus niger; ſic in alio; in femina peritonæum glandulis plenum & hydatidibus. Hydrops uteri. Iterum in alio pars recti ſcirrhoſa, inteſtinis adhærentes ad triginta ſacculi adipis. Morbi acuti harum regionum. In urina rheumaticorum deſtillata, ut vocat, nullus ſal reperitur. Febris peſtilens cum tumore inguinum, aliquis maculis purpureis, etiam cum anthracibus dorſi ſphaceloſis, & ſanguine ex naribus aut utero erumpente, ſanguine tamen concreto. Febres intermittentes, etiam quartanæ,

cedunt peruviano cortici. In paroxyſmo quartanæ vocis & ſenſuum abolitio. Omnino genus nervoſum in his morbis affici, & cauſam eſſe a ſale ſerum ſanguinis coagulante.

J. Jones LL. D. & Medicus.

Ej. *novar. diſſertationum de morbis abſtruſioribus tr. ſ. de febribus intermittentibus, in quo obiter febris continuæ natura explicatur* Lond. 1683. 8. Haag 1684. 8. *. Cauſam intermittentium febrium non eſſe in bile, ſed in chylo coctionis in vaſis ſanguineis aceſcente. Rigorem ab aciditate eſſe. Calorem ab acore ſulfur diſſolvente. Curationem a cortice peruviano ſperat, quem impenſe laudat.

Ej. *de morbis hibernorum ſpeciatim de dyſenteria hibernica. Exercitatio medica* Lond. 1698. 4. Harley.

Ej. *miſteries of opium* ib. 1700. 8.

Philippus Verheyen, celebris inciſor Lovanienſis.

Ej. *compendium theoriæ practicæ P. I. II. ad adfectus capitis & thoracis* Cölln. 1683. 8. *. Theoria antacida, & generalia abſque peculiari adnotatione. Plurima ex Williſio.

Ej. *vera hiſtoria de ſanguine ex oculis, auribus, naribus in* J. Bonraet *fluxu & ſanatione per interceſſionem* Francisci Xever Lovan. 1708. 12.

Dan. Menonis Matthiæ *experimentorum medico chymicorum decades tres in annum* 1679, 1680, 1681. Adjectæ obſervationes miſcellaneæ, medicæ, anatomicæ; diſſ. *de reformandis pharmacopoliis* & J. Woynæ archiatri *de pharmacopœa Cracovienſi* Francf. 1683. 12. *. Princeps pars operis eſt clinico medica, Scriptiones valde compoſitæ, & multæ chemicæ. Dolorum mitigatio & ſomnus ſalutaris a ſemine hyoſciami. Ab halitu arſenici noſter proſtratus, abdomine tumidiſſimo, vino poto venenum revomuit. A membrana vaginæ prætenſa ſanguis menſtruus repreſſus; inde mors ſubita; uterus coacto ſanguine plenus. Aqua hydropica acerrima, lignum erodens. Elephantiaſis curata tinctura veneris. Tibia exempta abſque amiſſo motu. Aliqua manifeſto fabuloſa.

Francisci Zypæi Prof. anatomes Lovanienſis *fundamenta medicinæ reformata phyſico anatomica* Bruxell. 1683. 12. 1692. 8. *. 1737. 8. quæ tertia eſt editio. De medicina in genere. Occaſione humorum, eorum vitia, ſex res non naturales, cibi genera & potus. Pathologia. Semiotica. Flora practica etiam chirurgica & res medicamentaria; breviter omnia & pro tironibus.

Pompejus Sacchus Medicus & patricius parmenſis, Profeſſor Patavinus.

Ej. *iris febrilis fœdus inter antiquorum & recentiorum opiniones de febribus*

promittens

promittens Genev. 1683. 8. Venet. 1702. 8. *. Theoria quidem qua omnia ab acido & alcali deducit, ſtudet tamen ut prior SCHUYLIUS oſtendere eoſdem eſſe morbos GALENI, ARISTOTELIS, & ſcholas omnino poſſe cum ſuis hypotheſibus nuperas hypotheſes recipere.

EJ. *nova methodus febres curandi fundamentis acidi & alcali ſuperſtructa* Venet. 1685. 8. Genev. 1685. 8. Des Tournes 1703. 8. *. In ſanguine acidum dari & alcali. Acidum a ſale eſſe, idemque eſſe ignem & in eo ſeminatam virtutem medicam. Alcali ab acido motum ſuſcipere, aquam eſſe alcali. In ſanguine eſſe igneum ſpiritum volatilem ſ. acidum & alcali ſ. materiem abeuntem in nutrimentum partium. Effervescentiam præternaturalem febrem facere, eam neceſſariam eſſe, ut particulæ inutiles ſegregentur, utiles iterum coeant. Si effervescentia immoderate magna fuerit, mittendum eſſe ſanguinem, quoad pulſus ſuam ad mediocritatem redeat. In aliis febribus & ipſis præter naturam effervescentia adeſt, ſed lenta, cum urina aquea, pulſu depreſſo & exiguo (febres nervoſas) & in his febribus iterum ſanguinem alias nimis ſolutum eſſe, alias coactum nimis. Intermittentes febres fieri a principio acido cum ſanguine communicato. Ex his principiis indicationes curatorias deducit.

EJ. *novum ſyſtema medicinæ ex unitate doctrinæ recentiorum & antiquorum* Parma 1693. 4.

EJ. *medicina theorico practica ad ſaniorem ſeculi mentem* Parma 1687. fol. min. 1696. fol. Conſultationes centum & quinque morborum fere vulgarium, & ætiologia ex theoria acida & alcalina deducta. Dolor capitis eſt a ſanguine impraegnato particulis retorridis & bilioſo ſanguine lixivo, quæ particulæ exaltatæ a cerebri fermento & a calore proprio mordacitate ſua cerebri membranas triſti ſenſu afficiunt. In convulſionibus ab ira ſulfureæ particulæ ſanguinis exaltatæ cum ſalinis cumque vitali ſpiritu miſtæ, & cum animali ſpiritu effervescentes & in flammam abeuntes. Bilis cum ſucco pancreatico fervorem habet. Remedia. Alia chemica, alia ad veterum ſenſum. Morbi ſingulares vix ulli & eventus nunquam indicati. Diabetes eſt ex rarioribus cum ſiti inexhauſta. Tumor in cartilagine mucronata: eo in loco vehemens etiam viſibilis pulſatio.

EJ. *medicina practica rationalis* Parm. 1707. fol.

EJ. *opera medica conjuncta* Venet. 1730. fol.

JOHANNES SCHREYER Medicus in Zeiz.

EJ. eſt in *Act. Erudit.* anni 1682. monſtri deſcriptio.

EJ. *trinum fluidum magnum ſ. natura aquæ, vini & cereviſiæ, adcommodata ad tres, Cizenſibus maxime, uſuales liquores aquam, vinum & cereviſiam* Zeiz 1687. 8. *. Hamburg 1690. 8. Aliqua aquarum Ceizæ ſcaturientium analyſis in

in quarum aliis maſſa ſit limoſa, bituminoſa, in aliis terra argillacea. Alumen detegi in polline albo, quem ſal tartari præcipitem dat &c. Aquæ nitratæ, vitriolicæ. Aqua nitroſa facile putreſcens. Vini bona & mala; ſic ſpiritus vini: iſte ſcorbuticis noxius. Cizæ muſtum debile &c.

Ej. *Erörterung der Frage: ob es ein gewiſſes Zeichen wann eines todten Kindes Lunge im Waſſer unterſinkt, daß ſolches im Mutterleib geſtorben ſeye* Zeitz 1690. 4. Halle 1725. 4. Ad medicinam legalem hactenus facit. Vide Bibl. Anat. T. I.

Idem edidit *Anonymi neu Licht der Apotheker mit Sylvii, Willis, Blankaarti und andrer Anmerkungen, Antonii de Heyde Anhang von den Irrthümern, ſo in Zubereitung der Medicamenten vorzugehen pflegen.* Verſum ex belgico Leipzig 1693. 8.

David v. Hoogstraten *de hodierno medicinæ ſtatu* Dordrecht 1683. 12.

J. Lolive *oratio de dignitate & officio veri medici* Dreſd. 1683. 4.

J. Mensinga *oratio in obitum* R. Munting Groningæ 1683. 4. & in *Mangeti Bibl. Med.* T. II. P. I.

Caroli Arturi Plessei (*Dupleſſis*) *promtuarium* Hippocratis *in locos communes ordine alphabetico nec ſine compendio digeſtum notiſque ad marginem illuſtratum* Rouen 1683. 4. Bur. Carrere 1684. 4.

De Laet *de methodo curandi podagram* Haag 1683. 12.

Leonardi Hecht *theriacæ analyſis & præparatio ſpagyrica ad præſcriptum Joſ. Quercetani elaborata* Nurnberg 1683. Tr.

Henrici Omeis *gloria academiæ Altdorfinæ* Altdorf 1683. 4.

A. U. D. *obſervationes excerptæ ex prælectionibus publicis privatiſque collegiorum* Theodori Craanen Leid. 1683. 12.

Jacobi Plutacri *morbi gallici ſ. luis venereæ aut potius anonymæ laus* Tr. Astruccius refert ad a. 1683. Ingenii ludentis elogia ſiphylitidis.

J. Zanderi *larva arcanorum Richteri detracta* 1683. 4. Uffenb.

Gabriel le Clercq *diſcurſus de morbis pauperum* Inſulis 1683. 12. Falc.

Ej. *Ecole du chirurgien ou les principes de la chirurgie françaiſe* Paris 1684. 12. *. Aliqua medica ſunt ut caput de cauſa, ſignis, ſymptomatibus & criſibus corporis humani.

Le Clerc *la chirurgie complette par demandes & reponſes* Paris 1698. 12. & in Belgio 1695. 12. *. 1706. 12. *. 1739. 8. *. B. Chir. Italice Neapoli 1724.

1724. 4. Aliqua de phlegmone, eryſipelate, œdemate, tumoribus peſtilentialibus, ſcorbuto. Editio ultima valde aucta eſt, etiam in parte medica.

§. DCCCLXXX. Germani.

Johannes Frank *Bericht vom Schnur ziehen, warum ſelbige zu ziehen, und wie ſich dabey zu verhalten ſey* Augſpurg 1683. 12. *. Morborum cenſus in quibus ſetacea ſaluti fuerunt cum exemplis, etiam ad apoplexiam, epilepſiam, ſurditatem. Male in deſuetudinem abiiſſe.

Id. J. Marii *caſtrologiam* edidit Aug. Vind. 1685.

Ej. *obſervationes miſcellaneæ* in E. N. C. Dec. II. Ann. I. p. 461. inſertæ defenſæ Nordling. 1688. 12. *. Icterico homini datus fuerat hydrargyrus: in cadavere ileum inteſtinum circa coli principium ad palmæ longitudinem diſruptum repertum eſt, ut appareat non abſque periculo adhiberi. Ejuſmodi exemplum noſter in Decadibus Acad. Nat. Cur. deſcripſerat. Anonymus in libello ib. hydrargyrum utiliter adhibitum fuiſſe objiciebat.

Ejusdem *polychreſta herba veronica* Ulm. 1690. 12. recuſ. cum titulo *veronicæ theizantis* Coburg 1700. 12.

Ej. *trifolii fibrini hiſtoria* Ulm. 1701. 8. *.

Ej. *herba allelujah botanice conſiderata in corporis propria praxi cum nupera febre epidemica* Ulmæ obſervata a. 1703. & 1708. Ulm. 1709. 12. *. Morbos recenſet, in quibus hujus plantulæ utilitas apparuit. Scorbuto, ubi vix auſus fuerat exhibere, calumnias veritus eorum, qui omnia mala acido imputant. Deinde febrem epidemicam deſcribit ter inter milites poſt occupatam urbem natam, inde ad cives propagatam. Pulſus non valde mutatus, etiam appetitus ſupererat, paulatim vero malignitatem explicavit manifeſtam, vires proſtratas, anxietatem, cardialgiam, agrypniam. Hic feliciter curationibus in tertianam productis.

Ej. *de euphraſia herba polychreſta* Francof. & Lipſ. 1717. 8. *.

Ej. *vom Flachſeidekraut* Ulm 1718. 8. *.

Ej. *de momordica ſ. thappuah Jeruſchalmi* ib. 1720. 8.

Ej. *de urtica urente* Dillingæ 1723. 8. *.

Ej. *Unterſuchung von der Sonnenblum von Peru* Ulm 1725. 8.

Qui libri pæne omnes ejuſdem ſunt ſaporis ut nempe ad omnes fere morbos eæ plantæ laudentur & commendentur. Dixi etiam in Bibl. Bot. T. I. p. 634.

J. Georg

J. Georg Sambach *kleiner Haus - Geſundheit - Feld- und Kirchenkalender* Nürnberg 1683. 8. Tr.

Ej. *gute Gedanken bey Errinnerung der a.* 1680. *allhier geweſenen Peſt* Leipz. 1683. 4.

Ej. *gründliche Antwort auf die guten Gedanken* Leipz. 1683.

Et reſponſio *gute Gedanken bleiben gute Gedanken* ib. 1684. 4.

Christoph Richter *kurzer Bericht von der Panacea alba fixa* Witteberg 1683. 4. Uff.

Ej. *Bericht wie die chymiſche Medicamenten in ſeiner Haus- und Reiſeapothek zu gebrauchen* ſine anno Uffenb.

Ej. *diſſ. de morbo caduco* Jen. 1684. He.

J. Richter *apologia contra larvam impiam & calumnioſiſſimam* Zittau 1683. 4. Uff.

Benj. J. Richter *groſſer Unterſcheid zwiſchen rechtſchaffener Medicorum und der Quackſalber mediciniſcher Wiſſenſchaft und Curen* Görliz 8. Annum ignoro.

C. F. Scheurl *kurze eventual Inſtruction und Bericht von der hier wiederum ſehr eingeriſſenen Krankheit der rothen Ruhr* Nürnberg 1683. 8.

J. Hayn *trifolium medicum von aſtraliſchen Krankheiten, von tartariſchen Krankheiten, vom Urin durch* G. Fabrum *nebſt einer Vorrede* J. Schroeder Frankf. 1683. 8 1700. Uffenb.

Armer Leute Leibmedicus, welcher mit lauter bewährten Hausmitteln Leben und Geſundheit der lieben Armuth erhalten, und anſteckende und andere innerliche und äuſſerliche Krankheiten curiren kan, aus eines fürſtlichen Leibmedici M. S. zum Druck beförderet durch Ignatium Regnantem Merſeburg 1683. 12. Riv.

Christ. Schmidt *Catalogus aller chymiſchen und galeniſchen Arzneyen in der Hofapotheke zu Dreſden* 1683. 4.

Elias Westphal *Schloßbarbierer* Frankf. 1683. 8.

Henr. Mey *Bericht wie die ſich ereignende Grimmen und Krampfſucht zu curiren* Caſſel 1683. 4.

Von Heilung der Fieber vermittelſt der Kinkina Gieſſ. 1683. 12.

§. DCCCLXXXI. Itali & Hispani.

Leonardo Nicodemo *addizioni copioſe alla bibliotheca Napolitana di* Nicolao Toppi Napoli 1683. fol.

Carlo

Carlo Lancilloti *farmaceutico antimoniale overo trionfo dell antimonio* Modena 1683. 12. Bur.

Ej. *farmaceutico mercuriale overo trionfo dell mercurio* ibid. 1683. 12. B. Thomas.

Ej. *modo di adoprar la tazza purgativa perpetua o ſia calice clinico compoſto di regulo d'antimonio* Bologn. 1683. 12.

Dionysius Andreas Sancassanus Medicus ſpoletanus.

Ej. *phtiſeos therapeja* 1683. 8. Carr.

Ej. *polyarchia ſ. enneas diſſertationum epiſtolarium quibus medica ſepulchreti monumenta tam nova quam antiqua vindicata ſiſtuntur* Ferrar. 1701. 4. Carr.

Ej. *dilucidazioni fiſico mediche tendenti a richiamare la medicina practica alla precioſa purità, in cui ce la laſcio* Hippocrate Rom. 1731. fol. T. I. Pleraque ſunt chirurgica, ad medicinam tamen facit.

Hermanni v. der Heyde *de utilitate aquæ frigidæ.*

Deinde Sancassani *Deca di oſſervazioni coerenti al diſcurſo de* v. d. Heyde. Cephalalgia frigida ſanata, & alia mala aquæ frigidæ fomento. Embrocha frigidæ ſanata mania: & alia mania aqua glaciali curata, & embrocha phrenitis. Eadem ſuperata conſtipatio alvi.

Deinde de eadem aquæ frigidæ utilitate medica Sancassani epiſtola, de curatione hydrophobiæ, doloris capitis, mania. Maniacus continua integrum per menſem flagellatione ſanatus. Colica ſubito ſanata potu uberiori aquæ frigidæ. De vini calentis utilitate.

In T. II. Rom. 1733. fol. integrum diſpenſatorium ad morbos quidem fere chirurgicos.

In Tom. III. Rom. 1737. fol. & T. IV. ib. 1738. vix quidquam eſt quod non pertineat ad morbos externos.

Simon Pinheiro Moram Luſit. *tratado das Bexigas e ſarrampo* Lisboa 1683. C. de V.

Andreæ Gomez regiæ familiæ Caroli II. medici, Profeſſoris Granatenſis *Diſcurſo filoſofico medico e hiſtorial que a la ſombra de la razon y la luz de las apologias, luz de la medicina y ſol de la medicina &c. pretende hallar la verdad en la defenſa de la medicina dogmatica, i la ſangria en la poſſibilidad del agua de la vida, i otras materias adjacentes a eſtas dos como principales* Madrid 1683. 4. C. de V.

§. DCCCLXXXII. Galli.

Bertrand *reflexions nouvelles ſur l'acide & l'alcali & de l'uſage qu'on en fait pour la phyſique & la médecine* Lyon 1683. 12. Rast. Latine in *zodiaco med. gall.* T. IV. M. Jul. Aug. Sept. & Oct. alcali & acidum non eſſe principia rerum naturalium, neque acidum coloris in ſanguine, ſed nec alcali, neque qualitatum corporum. In Tachenii Hippocratem chemicum animadverſiones. Vera utilitas alcali. Poſſe febris fermentum acidum eſſe, & inflammationis cauſam & tumorum; ſanguinem eum diſſolvere aptum eſſe & per accidens cogere. Hinc in peripneumonia poſſe ſanguinem hircinum uſui eſſe; ſic dyſenteriam, ſic choleram ab acore eſſe & alios morbos, quæ omnia per alcalia curantur.

Jaques Moreau Med. Catalaunenſis *traité chymique de la véritable connoiſſance des fievres continues pourprées & peſtilentielles* Dijon 1683. 12. Falconet. *& des moyens de s'en guérir & de s'en preſerver tant par les acides que par les ſudorifiques conformement à la doctrine d'Hippocrate & de Galien* Dijon 1685. 12. Bur. 1689. 12. Pap.

Ej. *conſultation ſur un rhumatiſme avec une refutation d'une reponſe qu'on y a faite* Chalons 1688. 12.

Et denuo *refutation d'une reponſe faite à une conſultation ſur un rhumatiſme* 1689. 4. Papillon.

Ej. *lettre écrite à un médecin refugié en Suiſſe, qui contient un véritable éclairciſſement ſur la cauſe des fievres continues arrivées en grand nombre depuis Juillet* 1709. *juſques en Novembre, avec la maniere de les traiter, ou l'on ſuit partout la nature* Nancy 1709. 12. *. Bene curatos multos convaluiſſe, contra ſi male tractarentur. Debilitas in hoc morbo ſumma erat, & pulſus parvus, debilis. Noſter tamen ſanguinem mittebat, etiam repetito, & plurimum ptiſanæ jubet bibere. Spiritum ſalis ammoniaci dabat ad ſcrupuli pondus. Corticem nocuiſſe.

Ej. *refutation de la reponſe, que fait M. Martine à la lettre de M. Moreau ſur les fievres* 1709. 12. *. Aſpera epiſtola. Contra uſum antimonii.

Ej. *refutation d'une reponſe ſous le nom emprunté du Sr.* Bacot *médecin à Verdun, ou le Sr.* Moreau *renverſe entierement tout ce que l'on a produit contre la doctrine de ſa lettre envoyée à un médecin Suiſſe.* Porro *lettre à M.* Bruhin *méd. de Dijon.*

Ej. *diſſ. phyſique ſur l'hydropiſie fort curieuſe pour les ſavans, très-utile au public. On y fera voir l'abus des purgatifs dont on ſe ſert mal à propos pour les guerir, & enſuite les vrais remedes* Chalons 1712. 12. Pap.

Ej. *apologie ſur la maladie d'une Demoiſelle* 12. Pap.

M. Fremont

M. FREMONT de CABLAN *dialogues de la ſanté* Paris 1683. 8. Liber exigui momenti. Erunt non dubie dialogi de valetudine in Tomo V. *Zodiaci med. gall.* latine verſi. Satyræ in medicinam vulgarem.

L. LE MONNIER *nouveau traité de la maladie vénérienne* Paris 1683. 8. niſi annus erroneus eſt, 1689. 8. Non ſanari niſi per ſalivæ fluxum. Pro carunculis. Poſteriorem editionem habet ASTRUC & addit parvum neque malum libellum eſſe.

CAMEAU *traité curieux du ſcorbut, de ſes ſymptomes & demonſtration de la fermentation ou mouvement inteſtin des corps ſur les principes de Deſcartes* London 1683. 12. Amſterd. 1684. 8.

Idem fuerit l. *moyens preſervatifs & methode pour la guériſon du ſcorbut* Lyon 1684. 8. FALC.

CLAUDE DE MORAIS *le véritable fauconnier françois* Paris 1683. 12. Morbos etiam tractat.

JAQUES EPÉE DE SELINCOURT *le parfait chaſſeur* Paris 1683. 12. etiam morbi.

EJ. *art de toute ſorte de chaſſe, de pêche, & celui de guérir les chevaux, les chiens & les oiſeaux* Amſterd. 1711. Lyon 1722. 12. 2. Vol. Non certus ſum eſſe JACOBI EPÉE.

LUSSAURD *apologie pour les médecins* Paris 1683.

La médecine pretendue reformée Paris 1683. 8. OSB. In lupæ rene ingentes lumbrici inventi. Vermes vomitu rejecti. In C. BONTEKOE ut videtur.

§. DCCCLXXXIII. ANGLI ALIQUI.

LAMBERTS *nature and cure of diſeaſes incident to cattle* Lond. 1683. 8.

Gentlemanns jockey and approved farrier inſtructing in the nature and cure of all diſeaſes incident to horſes. Lond. 1683. 8.

The natural hiſtory of coffea, tea, chocolate and tabacco with a tract of the Elder and juniperberries. Lond. 1683. 4. germanice vertente J. M. C. Hamburg 1684. 12.

J. YARWOOD *phyſick refined.* Lond. 1683. 12.

§. DCCCLXXXIV. J. JACOBUS MANGET.

Medicus genevenſis aliqua mecum adfinitate conjunctus, magnus collector. Ediderat jam anno 1683. *Meſſem medico ſpagiricam*, qua abundantiſſima

ſeges pharmaceutica, e ſelectiſſimis quibuſque tum pharmacologis & chimiatris, tum celeberrimis inter recentiores practicis, tum variis operibus miſcellaneis, nec non curioſioribus rerum naturalium ſcriptoribus reſecta, compoſitiſſimo ordine cumulatur.

EJUSDEM eſt *tractatus de febribus in genere & ſpecie ex veterum & recentiorum ſcriptis perpenſus, ſeu febris heautontimorumenos, auctore* FRANCISCO PIENS, *notis, obſervationibus, opuſculis integris & remediis quibuſdam ſelectioribus adjectis multo auctior.* Genev. 1689. 4. Sic etiam JOH. ANDREÆ SCHMITZII *Medicinæ practicæ compendium, pluribus morborum hactenus omiſſorum deſcriptionibus locupletatum.* Genev. 1691. 12.

Perinde *Sepulchrum anatomicum* THEOPHILI BONNET ſecundo excudi fecit, & in *ſepulchreti* editione Genev. 1701. fol. 3. vol. notas frequentes & locos parallelos adjecit, ſuaſque etiam cadaverum morboſorum inciſiones, quas a BONNETIANIS aſteriſco diſtinxit. Ætiologiis careres, inciſiones vero cadaverum utique utilitatem habent.

EJ. *Bibliotheca medico practica, qua omnes humani corporis morboſæ affectiones, artem medicam propius ſpectantes explicantur, & per curationes, conſilia, obſervationes ac cadaverum inſpectiones anatomicas tractantur.* Genev. 1695. ad 1698. fol. 4. vol. Eſt lexicon medicum ſecundum ſeriem morborum.

Dedit etiam *Theatrum anatomicum* Genev. 1716. fol. 2 vol. quod ſuo loco dixi. In eo morborum aliquæ hiſtoriæ noſtri ſunt ſcopi, verum non pauca clinica admiſcuit. In notis nempe ad anatomicam partium corporis humani hiſtoriam morborum veſtigia adjecit, quæ in cadaveribus inciſis repererat; videtur autem in ea artis parte ſuas laudes mereri. In virgine, quæ hydropica videbatur, ingentes appendices omenti, oleo quaſi coacto pleni. In viro omenti cellulæ plenæ puris, quale perforato abdomine eductum fuerat. In cæco inteſtino oſſicula ceraſina congeſta per tres menſes; inde tympanitica perierat. Ab opio in dies ad duos ſcrupulos & drachmam integram adſumto ciborum appetitus deletus. Qui nihil deglutire poterat, gulam ſupra oſtium a tumore cancroſo impeditam habuit. In juvene tabido exterius lienis velamentum corpuſculis ſabuloſis craſſis obductum. Qui omenti parte amiſſa ſanus ſupervixit. Veſicula fellea plena quaſi molli pice, cujus ſapor dulcis eſſet. In capſula renali calculus, abſque ullo vitio longævo in homine. Porro occaſione articularium glandularum agit de rheumatiſmo & arthritide. Occaſione ſuæ de valvula coli hypotheſeos BIANCUS laxata oſſa pubis & diſtantia.

EJ. *Bibliotheca pharmaceutico medica*, Genev. 1703. fol. 2 Vol. Collectitium equidem & multis miſtum variis, quibus lubenter careres, tamen non inutile eſt lexicon vocum ad chemiam & pharmaceuticam, ad ſimplicium & compoſitorum medicamentorum hiſtorias, ad celebriora medicamenta compoſita undique ex diſpenſatoriis collectum. Integri paſſim tractatus inſunt. N. GREW

de

de ſale cathartico amaro: Borrichii *docimaſia*; tractatus *de aquis mineralibus* Nerii; *ſalium hiſtoria.*

Ej. *obſervations ſur la maladie, qui a commencé depuis quelques années à attaquer le gros betail en divers endroits de l'Europe par la ſocieté des medecins de Geneve.* Geneve 1716. 12. Paris 1745. 12. Collectio libellorum. Cogitata medicorum Genevenſium. Malum variolas eſſe. Morbi hiſtoria fere ex Italis. Morbi non vehemens eſſe contagium. Carnium uſum & cadaverum inciſiones nemini nocuiſſe. Malum in armentis Comitis Borromæi ditionis Venetæ primum innotuiſſe. Ejus deſcriptio. Vehemens rigor, tumor, horripilatio, artus frigidi, multa de naribus & ore pituita, anhelitus, ſopor, ſpiritus difficilis. Dolentia tubercula erumpunt, & critica, neque unicum bovem mortem effugiſſe, cui talia tubercula non erupiſſent. Eſſe, qui in rabiem verſi ſe in aquis ſuffocaverint, aut caput ad muros eliſerint Diarrhœa frequens. Intus in cadavere puſtulæ, hydatides. Pereunt die ſeptimo. D. *Guillo* in pleriſque dyſenteriam vidit. Ex armento unicus bos mortem effugit, cui dominus late cutem inciderat. Venam debere ſecari etiam tertio. In Burgundia calida nocuiſſe; gelatinam oſſium commendant. Setaceum trajectum ex Borromæi bobus unicum ſervaſſe. Criſin per puſtulas non debere impediri. Fauces etiam cruſtis plenas eſſe. Injectiones in nares non profuiſſe. In lingua etiam ulcera reperiri (nempe diverſi morbi miſcentur.) Nullum proprium experimentum. Morbus ovium *la clavelée* minus funeſtus. In Gallia morbum pro inſanabili haberi & boves ægros deſeri. Pingues magis laborare.

Methodus medici pariſini d'Herment. Dat crocum metallorum, allium. In cadaveribus puſtulæ ſub cute, ulcera livida, pulmo veſiculis ruſo liquore plenis obſitus; hepar ſcirrhoſum. Carbo, in eo cutis aperitur. Medicamenta. Viburni folia & baccæ, ſetaceum, aſarum, vinum, amara. Alius boum morbus catarrhus; in eo croci metallorum uncia dabatur.

Methodus Chirurgi Drouin. Ducentos boves aperuit. Omentum, interdum & meſenterium inflammatum, ultimum inteſtinum ulceroſum, pulmones vehementer inflammati etiam ulceroſi. Medicamenta calidiſſima, ſabina, helleborus.

Nigrisoli quære in ſuo loco.

Guillo. Veſicula fellis enormi mole, pedis diametro; pulmo lividus, putridus; rectum inteſtinum plenum ſanguine effuſo olentiſſimo. Sani boves geſtiunt olfacere infectos & inficiuntur. Mors intra trigeſimam horam; putredo velociſſima; ſebum nullum vel parciſſimum. Sanati macilentiſſimi.

Ejusdem *ſyſtema* anni 1714. Boves ſani cum ægrotis ſtabulantes pereunt. Caro abſque noxa comeſta.

Compendium curationis. Venæ ſectio, ſudorifera, ſetaceum. Sanatis præbet allium ex aceto.

Ej. *Bibliotheca chirurgica* Genev. 1721. fol. 4. vol. Dictionarium etiam eſt morborum chirurgicorum & inſtrumentorum. Inter chirurgicos vero morbos, ut ſolet, interni etiam morbi non pauci intercedunt.

Ejusd. *traité de la peſte recueilli des meilleurs auteurs anciens & modernes.* Genev. 1721. 12. 2. Vol. Lugduni 1722. 8. 2. Vol. Libri fundamentum eſt libellus P. Mauritii de Tolon, qui a. 1656. Genevæ repurgationi urbis præfectus fuerat, non is inutilis homo. Ingrata aliqua & potiſſimum theologica noſter amputavit & addidit notas ſuas & ex Diemerbrockio atque Erndtelio pluſcula. Mauritii liber utilis eſt ob publicas leges conſtitutas, a triumviris valetudini invigilantibus, ob tabulam bene pictam miſeriarum, quas urbs opulenta paſſa eſt. Amuleta arſenicalia conſtanter funeſtum eventum eſſe ſortita. Neceſſe videri plebem ſuis in ædibus contineri. Exſtruenda noſodochia ſuſpectorum, ne inter ægros ſuſpecti intereant. Deinde domos ſuſpectas proprio ſigno debere notari. Liberos fere a peſte manere, qui chronico aliquo malo laborant. Ut urbes repurgandæ. Supellectilem flammis deſtruit fumoſque varios adhibet, quorum primus eſt ſtraminis irrorati vino acido; alter fit ex arſenico, auripigmento, ſulfure; reliqui mitiores ſunt. His ædes clauſas fumigat, & ante ædes ignes accendit. Peſtem natam eſſe ex ciſtula, in qua ornamenta incluſa fuerant. Sepulchra peſte pereuntium violentiſſimo fumo mundat. Qui cadaver peſte infectum in armario clauſo geſſerant, perierunt omnes. Supellectilem lavari non probat niſi metallicam. Quarta ab repurgatione hebdomade ædes habitari poſſe. Repurgatio per ſingula. Ranchini repurgatio Monſpelii. De cuſtodia quadraginta dierum. Si tempus pluvium fuerit, longior cuſtodia imponenda. De navium repurgatione. Medicamenta aliqua ſua aliorumque. Esserdes Archiatri Turinenſis aphoriſmi. Poſſe per leges & cuſtodiam diligentem peſtem evitari, experimenta in Sileſia facta. Prima epiſtola D. Chicoineau, quam ſcripſit, cum Maſſiliam adveniſſet. Venæ ſectionem conſtanter funeſtam eſſe; emetica vehementer nocere; convenire ſudorifera, antimonium diaphoreticum, viperarum ſalem.

Ej. *nouvelles reflexions ſur l'origine, la cauſe, la preſervation & la cure de la peſte.* Genev. 1722. 12. Collectio epiſtolarum de animali peſte, uti Goiffoni, Pestæ, Pestalozzi &c. Farrago medicamentorum undique collecta ex Paracelso, Helmontio, Guidone de la Brosse &c. Non debere niſi pauperes in noſodochia detrudi. Cura carbonum, anthracum.

J. Vieussens Raymondi fil. epiſtola data in civitate Alais. Mercurialem dat panaceam, æthiopem mineralem. Hiſtoriæ morborum. Tetanus & ſpaſmus cynicus, abſque bubone, carbone. Mangeti epiſtolæ reſponſoriæ.

Ej. *Bibliotheca ſcriptorum medicorum veterum & recentiorum* Genev. 1731. fol. 4. Vol. Plures vitæ ſunt collectitiæ, ſcriptorumque indices. His adjunctæ ſunt adnotationes ex ephemeridibus Naturæ curioſorum decerptæ, quas quisque eo

eo in diario publicaſſet. Pars operis utilior & melior eſt, quæ ad ſcriptores italos pertinet.

§. DCCCLXXXV. Disputationes.

P. Edelmann *de cauſo* Leid. 1683. 4.

J. Ben *de ſuffocatione hypochondriaca* ib. 1683. 4.

J. van der Meulen *de inflammatione* ib. 1683. 4.

Cornel. de Blom *de abortu* ib. 1633. 4.

Deric Dreyer *de menſtruo fluxu ſufflaminato* ib. 1683. 4.

Martin Shepel *de dolore colico* ib. 1683. 4.

Abr. Langenraet *de intemperie frigida.* Utrecht 1683. 4.

Abr. v. Hulst *de morbo virgineo* ib. 1683. 4.

Jac. Drelincourt *de empyemate* ib. 1683. 4.

J. Dan. Groelmann *de philtris* ib. 1683. 4.

. . . Rosenstein *de arthritide.* Utrecht 1683. 4.

Gilbert a Zuylen *de vitiis faciei.* Utrecht 1683. 4.

Gustav. Schmidt *de mola* ib. 1683. 4.

Engelb. ab Engelen *de epilepſia* ib. 1683. 4.

Perr. Smith *de dyſenteria* ib. 1683. 4.

Franc. Remenberg *de morbis ſoporoſis, comate ſomnolento, lethargo, caro & apoplexia ex intemperie ſanguinis craſſa & frigida oriundis* 1683. 4.

S. Sand *de apoplexia.* Regiom. 1683. 4.

Wilh. Ulr. Waldschmid J. Jacobi fil. profeſſor Kelonienſis præſide patre diſputaverat *de cauſo auctiſſimo* 1664.

Ej. *de argento & cupro.* Marpurg 1685. 4.

Ej. *de corporis humani ſtatu naturali & præternaturali.* Marpurg 1690. 4.

Ej. *de cura mentis per corpus.* Kiel 1692. 4.

Ej. *de ignorantia & nequitia empiricorum* ib. 1692. 4.

Ej. *Diſſ. epiſtolica de rebus medicis & philoſophicis variis.* Kiel 1693. 4.

Ej. *pathologiæ animatæ ſpecimen, ſ. de morbis a vermibus ortis.* Kiel 1694. 4.

Ej.

Ej. *Anchora ſacra pro variolosis oder Beſchreibung eines gewiſſen Medicaments blattern und Maſern ſicher zu curiren* ib. 1698. 4.

Ej. *de miraculis circa corpus humanum, in qua ſententiæ Evangelii medici a* Bernardo Connor *concinnati ad examen modeſtum revocantur* ib. 1799. 4. progr.

Ej. *de ſubſtitutis therapeuticis* ib. 1702. Quid pro quo de illo Plinii: morbus eſt aliquis, per ſapientiam mori ib. 1703. 4.

Ej. *an medicis impune occidere liceat* ib. 1704. 4.

Ej. *de ictero* ib. 1706. 4.

Ej. *de erroribus in formulis præſcribendis* ib. 1710. 4.

Ej. *de his, qui diu vivunt ſine alimento* ib. 1711. 4.

Ej. *de potu frigido & præſertim ſorbilibus frigidis kalte Schaale* ib. 1712. 4.

Ej. *de morbo convulſivo epidemice graſſante oppido raro per Holſatiam* ib. 1714.

Ej. *de ægrota ſpina ventoſa laborante* ib. 1718. 4.

Ej. *de mirabili ſanatione mulieris Bremenſis ſecundum naturæ leges explicata* ib. 1720.

Ej. *de ſingularibus quibuſdam peſtis Holſaticæ* ib. 1721. 4.

Ej. *de fractura oſſium ſine cauſa violenta externa* ib. 1721. 4.

Ej. *de abortus facti ſignis in matris præſertim defunctæ partibus generationi inſervientibus reperiundis* 1723. 4.

Ej. *de uſu frictionum in medicina* ib. 1723. 4.

Ej. *de ſingularibus quibuſdam variolarum & novæ earundem inſitionis* ib. 1725. 4.

Ej. *de valore chemiæ hodiernæ* ib. 1729.

Ej. *theſes de febre quartana* ib. 1730. 4.

Ej. *de Dyſenteria maligna* ib. 1730. 4.

Christ. Gottf. Dankwerts *Beantwortung der Frage ob das Podagra zu curiren ſey.* Altſtetten 1683. 4. Lubeck 1684. 4.

Ej. *de natura dura & cura matura in podagrica tortura tr. theoretico practicus.* Lipſ. 1684. Idem puto libellus.

Ej. *medicinaliſches Siebengeſtirn nach ſeinen Specialkräften, ſ. geſtirntes Erdreich nach ſeinen medicinaliſchen Wirkungen insgemein.* Hamburg 1689.

Jacobi

Jacobi Wilt.

Ej. *diſp. de obeſitate ſuperante.* Jen. 1683. 4.

Ej. *de cerevifia Naumburgenſi* ib. 1684. 4.

Ej. *de litteratorum potu ejuſque uſu & abuſu* ib. 1684. 4.

Ej. *de arthritide* ib. 1687. 4.

Ej. *de urinæ incontinentia* ib. 1688. 4.

Ej. *progr. de αυτοδιδακτοις* ib. 1690. 4. Ad hiſtoriam medicam.

Ej. *ſcrutinium amuletorum medicum.* Lipſ. 1690. 4. Nonnihil exhalationibus amuleti tribuit.

Ej. *de cruſta lactea, vulgo vom Anſprung.* Jen. 1693. 4.

Ej. *de mictione cruenta.* Lipſ. 1693. 4.

Christian Vater profeſſor Wittenbergenſis.

Conr. Casp. Ehinger *de odontalgia* ib. 1683. 4.

Ej. *de virtute martis adſtrictoria & aperitiva.* Wittenb. 1683.

Ej. *de medicamentis diaphoreticis.* ib. 1683. 4.

Ej. *examen ſulfuris vitrioli anodyni.* ib. 1683. 4.

Ej. *de dyſpnoea.* ib. 1684. 4.

Ej. *de febrium natura, cauſis, differentiis & ſymptomatibus* ib. 1685.

Ej. *de natura & cura memoriæ.* ib. 1686.

Ej. *de vermibus inteſtinorum.* 1687. 4.

Ej. *de podagra.* ib. 1687. 4.

Ej. *de vertigine.* ib. 1688. 4.

Ej. *de phtiſi.* ib. 1690

Ej. *judicium a ſanguine per venæ ſectionem emiſſo.* ib. 1693. 4.

Ej. *de medicamentis mercurialibus.* ib. 1695.

Ej. *de morbo laterali acuto pleuritide dicto.* ib. 1695. 4.

Ej. *rationes & curationes dolorum.* ib. 1696. 4.

Ej. *de abortu.* ib. 1698. 4.

Ej. *de vertigine.* ib. 1698. 4.

Ej. *de adfectibus ſoporoſis*. ib. 1699. 4.

Ej. *de cerebri commotione*. ib. 1699. 4.

Ej. *de venenis eorumque antidotis*. ib. 1700. 4.

Ej. *de hemiplegia*. ib. 1700. 4.

Ej. *de pulmonum vomica*. ib. 1700. 4.

Ej. *de catarrhis & morbis ex ſeri ſanguinis motu & decubitu*. ib. 1701. 4.

Ej. *de malo*. ib. 1702. 4.

Ej. *de melancholia*. ib. 1702. 4.

Ej. *de malo ſic dicto hypochondriaco*. ib. 1702. 4.

Ej. *de morbo olim ſacro dicto*. ib. 1702. 4.

Ej. *de hæmoptyſi*. ib. 1702.

Ej. *de vitæ humanæ prorogatione*. ib. 1704. 4.

Ej. *de viſionis læſionibus*. ib. 1706. 4.

Ej. *de venenis & philtris propinatis*. ib. 1706. 4.

Ej. *de præſagiis vitæ & mortis in ægrotantibus*. ib. 1708. 4.

Ej. *de morbis convulſivis*. ib. 1708. 4.

Ej. *de uteri morbis*. ib. 1709. 4.

Ej. *de febribus continuis malignis & earum medendi ratione*, ib. 1711.

Ej. *de ſterilitate ſexus utriuſque*. ib. 1711. 4.

Ej. *de abortu*. ib. 1711. 4.

Ej. *de febris petechialis indole & medicina*. ib. 1712. 4.

Ej. *de contagiis*. ib. 1712. 4.

Ej. *de mortis ſubitæ cauſis non vulgatis & remediis*. ib. 1712. 4.

Ej. *de morbo infantum rachitide*. ib. 1713. 4.

Ej. *de hydrope ſicco ac flatulento*. ib. 1713. 4

Ej. *de morbis claſſiariorum ac navigantium eorumque remediis*. ib. 1715. 4.

Ej. *de ſudore colliquativo*. ib. 1715. 4.

Ej. *de liene morbificante*. ib. 1716. 4.

Ej. *de gangræna*. ib. 1717. 4.

Ej. *de ſanitatis præſidiis rite adhibendis.* ib. 1717. 4.

Ej. *de hæmorrhoidum fluxu ſalutari & morboſo.* ib. 1717. 4.

Ej. *de morbis epidemiis* ib. 1717. 4.

Ej. *de nephritide vera ejuſdemque curatione legitima* ib. 1718. 4.

Ej. *de atrociſſima & acutiſſima cholerica paſſione rite judicanda & curanda* ib. 1718. 4.

Ej. *ſemioticæ diſput.* VI. ib. 1719. 4.

Ej. *de coralliorum natura, præparatis & uſu* ib. 1720. 4.

Ej. *de iſchiade* ib. 1721. 4.

Ej. *de delirio febr. phrenitis dicto* ib. 1721. 4.

Ej. *de infanticidii imputati ſignis diagnoſticis* ib. 1722. 4.

Ej. *de memoriæ & capitis læſione a colica ſpaſmodica male curata* ib. 1722. 4.

Ej. *de ægris aſthmaticis recte judicandis & curandis* ib. 1722. 4.

Ej. *Semiotica* ib. 1722. 4.

Ej. *Hygiene h. e. ars ſalutaris & infallibilis ſanitatem hominis ad ſenectutem uſque conſervandi* ib. 1722. 4.

Ej. *Inſtitutiones medicæ* ib. 1722. 4.

Ej. *cura gravidarum & puerperarum* ib. 1723. 4.

Ej. *de ægris phtiſicis recte judicandis & curandis* ib. 1726. 4.

Ej. *de paſſionibus colicis & iliacis prudenter avertendis & curandis* ib. 1726. 4.

Ej. *medicina præſervatoria* ib. 1727. 4.

Ej. *de apoplexiæ remediis ſelectiſſimis cito tutoque adhibendis* ib. 1727. 4.

Ej. *de morbis complicatis & intricatis obſ. medico practicæ* ib. 1728. 4.

Ej. *de ſcientia & methodo medendi generali* ib. 1730. 4.

Progr. in ejus obitum. Auth. Fr. Wollenio ib. 1732. fol.

Ej. *juſta funebria ejus manibus data* ib. 1732. fol.

Casimir Taubenheim *de hydrope aſcite* ib. 1683. 4.

Adam Beck *de dyſenteria.* Marburg. 1683. 4.

J. DAN. STRAUS *de ægro adſectu hypochondriaco capitiſque ſteatomate laborante.* Gieſſ. 1683. 4.

J. J. KUNZ *de peſte* ib. 1683. 4.

J. GEORG SCHLEYERMANN *de juvene ophtalmia laborante.* Gieſſ. 1683. 4.

RUD. JAC. CAMERARIUS ELIÆ RUD. filius in hac familia varia eruditione eminuit.

EJ. *de renibus, veſica &c.* ſi EJUS eſt. Tubing 1683. 4. Renum ſuppurationes, veſicæ craſſæ, compreſſus & dilatatus ureter.

EJ. *de helleboro nigro* ib. 1684. 4. Si EJUS eſt ſive præſidis G. B. Mezgeri.

EJ. *de diabete hypochondriacorum periodico* ib. 1696. 4.

EJ. *ephemerides meteorologicæ tubingenſes* ib. 1698. 4.

EJ. *de colica paretico epileptica* ib. 1698. 4.

EJ. *de potu aquarum ardentium* ib. 1699.

EJ. *de decubitu* ib. 1700. 4.

EJ. *de panacea mercuriali* ib. 1700. 4.

EJ. *conſtitutiones epidemicæ annor.* 1699. 1700. 1701. 1702. cum SYDENHAMO. Genev. 1736. 4.

EJ. *de ſcabie periodica particulari* 1701. 4.

EJ. *triga phænomenorum muliebrium* ib. 1705. 4.

EJ. *ſpicilegium pyretologicum* ib. 1705. 4.

EJ. *de ægro dyſenterico* ib. 1709. 4.

EJ. *de alyſſo clavo* ib. 1709. 4.

EJ. *de vomica cerebri* ib. 1711. 4.

EJ. *de lue venerea* ib. 1713. 4.

EJ. *theſes miſcellaneæ ex methodo medendi & materia medica* ib. 1714.

EJ. *de abuſu venæſectionum* ib. 1715. 4.

EJ. *biga obſ. medicarum* ib. 1716. 4. Febris puerperalis, & febris in gravida ardens.

EJ. *de aquis medicatis* ib. 1716. 4.

EJ. *de conſilio ad podagram internam anglicano* ib. 1716. 4.

EJ.

Ej. *de febribus* ib. 1716. 4.

Ej. *extiſpitia hepatitide defunctorum* ib. 1716. 4. & in ſelectis.

Ej. *de apoplexia cum febre conjuncta* ib. 1717. 4. Febres intermittentes apoplecticæ.

Ej. *de diarrhœa & febre ardente, a quibus pleriſque exteris Lutetiæ Pariſinorum agentibus, periculum imminet* ib. 1717. 4.

Ej. *de variolis* ib. 1717. 4.

Ej. *de hereditate morborum* ib. 1718. 4.

Ej. *de nitro* ib. 1718. 4.

Ej. *de lapidum figuratorum uſu medico* ib. 1720.

Ej. *materia ex pyretologia deſcripta* ib. 1720. 4.

Ej. *de colica ſpaſmodica* ib. 1720. 4.

Ej. *de theriaca* ib. 1720. 4.

Ej. *de mixtura ſimplice* ib. 1720. 4.

Ej. *triga diſcurſuum medicorum inauguralium* ib. 1720. 4.

Ej. *de alvo hæmorrhouſa* ib. 1721. 4.

Georg Ulr. Miller *de nephritide* Baſil. 1683. 4.

J. Salzmann *de hypercatharſi* Argent. 1683. 4.

Ej. *de ſtudio medico in genere* ib. 1709.

Ej. *de ætatibus vitæ humanæ & mutationibus in iis contingentibus* ib. 1715. 4.

Ej. *de vena portarum* ib. 1717. 4.

Ej. *theſes medicæ miſcellaneæ* ib. 1718. 4.

Ej. *de oſſificatione præternaturali* ib. 1720. 4.

Ej. *de ratione obſervandi medica* ib. 1720. 4.

Ej. *de verme auribus excuſſo* ib. 1721. 4. cum icone.

Ej. *decas obſervationum* ib. 1725. 4. Aorta oſſeis ſquamis adſperſa. Uteri enormis hydropus. Cephalæa ab abſceſſu ſinus frontalis, curata pure de auribus excuſſo.

Ej. *de ſubitanea morte a ſanguine in pericardium effuſo* ib. 1731. 4. & in meis ſelectis.

Ej. *de podagra* ib. 1733. 4.

Ej. *de glandula pineali lapideſcente* ib. 1733. 4.

Ej. *de ſecretionis atque excretionis neceſſitate, utilitate atque noxis* ib. 1737. 4.

J. Jacob Henrici *de natura febrium intermittentium in genere* Argent. 1683. 4.

J. Valentin Andreæ *de arthritide* ib. 1683. 4.

J. B. de Revellois & Bert. Sim. Deuxivoye Ej. *quæ primo partu marem generant fœcundiores* Paris 1683.

J. Boudin & J. Daval Ej. *chymiæ cognitio medico neceſſaria* ib. 1683.

Nic. Morin & Fr. de Belestre Ej. *præcavendæ arthritide* γαλακτοποσια ib. 1683.

Cl. Quartier & J. Michel Garbe Ej. *vitandus ſomnus ſtatim a cibo* ib. 1683.

J. Ant. Bourgaud & Nic. Bailly Ej. *ſal optimum ciborum condimentum* ib. 1683.

Mich. de la Vigne & Petr. Gamare Ej. *lac alimentorum optimum* ib. 1683.

Raph. Maurin & Mich. Pichonnat Ej. *cortex peruvianus febrium acceſſionem diſcutit adtenuando* ib. 1683.

Petri Cresse & J. Mich. Garbe Ej. *ſola rerum ſenſibus ſubjectarum æſtimatio utilis medicinæ* ib. 1683.

Alb. Mich. Denyau & Nic. Bailly Ej. *in acutis febribus neceſſe eſt* ευκροατοιειν ib. 1683.

Claud. de Frades & J. Daval Ej. *ſenum febribus intermittentibus curandis blandiora purgantia* ib. 1683.

§. DCCCLXXXVI. Diaria.

Hoc anno in ordinem viſæ ſunt redire *Philoſophicæ Tranſactiones*, tomuſque prodiit XIII. qui ad annum ſpectat 1683.

Winclerus Archiater Palatinus n. 145. de lue bovilla helvetica (cancro linguæ) quem eradendo ſanabat.

n. 147. In catello cornua uteri reliquiis antiquioris fetus plena; cum, quos recentius conceperat, embryones extra uterum meſenterio, renibus adhærerent.

n. 150.

n. 150. SAMSON BIRCH, poſt fetum & placentam educta de utero maſſa, in qua os cute piliſque tectum, & dentibus molaribus factum capilliſque.

Apud BIRCHIUM Tom. IV. pag. 177. WALLERUS tæniam produxit, in qua anuli circa caput tæniæ.

GOULD de maximo polypo reperto in capite humano poſt vehementes palpitationes, convulſiones, anhelitum, in hepate coactæ bilis grana.

Qui tunc demum audiebat, quando campanæ conjunctim ſonabant, & eo auxilio ſubinde repetito auditum recuperabat.

Ab injecto gummi guttæ canis anhelitus cito finitus, cum aliqua pars ſeri de ano fluxiſſet.

Aliquot exempla catellorum extra uterum formatorum.

In *Hiſt. de l'Acad. Roy. des Sciences* 1683. BLONDEL ſerpentes alibi non venenatos, venenatos reddi, ſi in Martinicam inſulam tranſtuleris.

JOSEPHUS GUICHART DUVERNEY, inſignis inciſor, cujus ultimam ætatem juvenis adtigi, & demonſtranti WINSLOWO adſidentem vidi a. 1727. retulit ad Academiam de femina ſomnolenta, paralytica, cui plurima aqua in cerebri ventriculis.

In *traité de l'organe de l'ouie* Paris 1683. 12. pars tertia eſt de morbis organi auditus. Morbi externi a cerumine; a dolente ſenſili membrana, ut febris acuta inde naſci poſſit. Vermes. Ulcera. Obſtructio meatus auditorii a cerumine, a membrana, ab excreſcentiis carnoſis, ab intumeſcentia glandularum. Morbi membranæ tympani, ipſius tympani, nervi. Tinnitus.

In *traité des maladies des os*, poſthumo opere Paris 1751. 12. 2. vol. edito, pluſcula huc faciunt. De rachitide; de inſpiſſatione unguinis articularis; de articulationibus novis. Exemplum a domino Sylveſtri nimium ornatum fuiſſe. Hydrocephali exempla. Oſſium emollitio, fragilitas.

Multa additamenta & potiſſimum medica editor SENACUS addidit, cum vita DUVERNEYI.

In *Hiſt. de l'Acad.* 1684. In hectico meſenterii glandulæ, cyſterna chyli, hepar plenum gypſea materie.

In *Mem. de l'Acad.* 1703. Hydropes ovarii enormes, plerumque ovarium obſeſſum abſceſſibus, ſcirrhis, hydatidibus variæ molis. In alio exemplo ovarii pars dilatata cum adherente ſacco cyſtico, in quo hydatides.

In *Journal des Savans* 1683. Fetus oſſa per umbilicum & vulvam Nemauſi educta. Jeſuita, qui intra quatriduum amiſit ſanguinis libras quadraginta.

In E. N. C.

Jacob Schmidt, Archiater Anhaltinus.

Dec. II. ann. 2. *obſ.* 119. Vir robuſtus cum propter ventris tormina quatuor moſchatas nuces devoraſſet, vertigine, dolore capitis, ſtupore obrutus, agrypnia & aphonia, paulatim ex uſu ſpiritus vitrioli &c. convaluit.

Obſ. 121. mira & vix credibilis in ſene ſalacitas, ſaturninis remediis compreſſa.

Obſ. 122. diabetes in homine cætera ſano.

Obſ. 123. urina conſtanter multis annis oleaginoſa.

Obſ. 124. ejuſmodi lotium in febre maligna mortem portendit.

Obſ. 125. in ſene cætera ſano urina limpidiſſima.

Obſ. 126. qui a capite ad calcem ſolo in ſiniſtro latere ſudavit.

Paulus Salon medicus Metenſis.

Dec. II. ann. 2. *obſ.* 129. In puero calculoſo urinæ incontinentia. Renes maximi in veſicas aqua plenas mutati: ureteres inteſtinorum ſimiliores; veſica craſſa, tota cellulis reticulatis diſtincta; ureteres ad veſicam arctati.

Ann. VI. obſ. 107. a cingulo mercuriali ptyaliſmus.

Obſ. 108. empyema ſalubriter per lotium judicatum.

J. Georg. Laib medicus civitatis Dunkelſpiel.

Obſ. 157. Qui ob podagram inunctionem mercurialem paſſus erat, in gangrænam incidit mortiſque periculum.

Valentinus Schad.

Dec. II. ann. 2. *obſ.* 287. Cui a ſcabie retropulſa melancholia nata erat, ea poſt partum enixum a lochiorum fluxu malo liberata fuit.

§. DCCCLXXXVII. Ad Annum 1684. Varii.

Melchior Frick (Friccius) Medicus Ulmenſis.

Ej. *hiſtoria & conſultatio medica pro podagrico* Ulm. 1684. 4.

Ej. *Diſſ. de peſte ſ. nova methodus cognoſcendi & curandi peſtem* ib. 1684. 12.

Ej. *cura podagræ, ſ. accurata delineatio morbi podagrici, hiſtoriam, cauſas, prognoſtica & curationem repræſentans* Ulm. 1696. 12.

Ej.

Ej. *de colica ſcorbutica* Ulm. 1696. 12.

Ej. *paradoxa* Ulm 1699. 12. Ad partem artis practicam pertinent. 1. Medicum non egere fortuna. 3. De apoplexia, ejus ab impedito ſpirituum in cerebrum influxu. De lunæ poteſtate. 7. Viperas, ſcorpios ſolo vulnere lædere neque venenum ad ſanguinem læſi animalis pervenire. 8. Carnes animalium veneno enectorum poſſe innoxias eſſe, ut priſces cocculorum ope intoxicati. 9. Venenum animalium diverſæ a venenis aliis naturæ eſſe, & aliam curationem poſcere. Subtile eſſe venenum rabidi animalis neque purgando poſſe educi. 10. Omnes morbos curari per remedia contraria, calidum morbum per frigida. 12. Qualitates occultas non differre a manifeſtis, neque unquam morbum cauſæ morbificæ contra indicare. Sparſa aliqua de atrophia, phtiſi, febribus malignis. 13. Urinam non ſemper morbum calidum portendere. Ratiocinia potius & collectanea, quam experimenta propria.

Ej. *de virtute venenorum medica* Ulm. 1710. 8.

Hieronymi Cardinalis Gastaldi Legati a latere Bononienſis *tractatus de avertenda & profliganda peſte politico legalis lucubratus, cum Loimocomiorum primo mox ſanitatis commiſſarius generalis fuit, peſte urbem invadente annis* 1656. *&* 1657. *ac nuperrime Goriziam depopulante* Bonon. 1684. fol. Spiſſum & nobile opus. Pauca de multis liceat excerpere. Cenſus peſtilentiarum celebriorum a rerum initiis. Ut nuperrima ea equidem mitiſſima, peſtis Neapolin, Centumcellas, Neptunium, Romam penetraverit, cum fruſtra varie de ea avertenda laboratum fuiſſet. In Noſodochio vero primum inque milite Neapolitano peſtis apparuit. Noſocomium pro infectis peſte in inſula conſtitutum, pars urbis a reliqua urbe ſecluſa, fluvii tranſitus interdictus. Malum tamen invaluit, & imprudenter indicto Jubilæo hominum concurſus auctus. Medici demum & chirurgi peſti & ſuſpectis curandis deſtinati ſerius juſto conſtituti. Noſodochiorum numerus auctus. Noſodochium pro convaleſcentibus inſtructum. Pervicacia negantium morbum epidemice graſſantem peſtis nomen mereri. Ridicula meticuloſitas medici Preſcia. Nunc demum nimis ſero infirmis interdictum ne ædes mutarent, & nunc demum concurſus ad ſolennitatem feſtarum dierum prohibitus: nunc etiam demum juſſum, ut quicunque inficeretur peſte, in noſocomium duceretur & peculiaria pro ſuſpectis Loimodochia conſtituta, alia pro manifeſto infectis. Ita peſtis ſuperata cum ſerius meliora conſilia ſecuti eſſent. Nihil contra peſtem tutius quam cavere infectis, contagium enim non ita per aerem quam per homines & ſupellectilem propagari atque infectis cum veſtibus Neapoli Romam adportata fuerat. Rariſſime in clauſtra peſtis penetravit. Maxima ſtrages Genuæ edita, cum contagio non caveretur. Expurgatoria Romæ conſtituta, additis machinis & ſuppellectili ad expurgandas merces adhibita. Plurima topographica portarum, noſodochiorum, fluviorum, pontium. Leges Pontificiæ integræ recenſæ.

Nunc de peſte in univerſum Gastaldi ſententia. Non putat proprium morbum dari, cui peſtis nomen debeatur. Ut periculoſe nomen peſtis refor-

 midetur.

midetur; Non ultra ſeptimum diem vitam indulget infectis, alios intra paucas horas enecat, etiam ſtantes quaſi fulmine proſtravit. Cauſa peſtis potiſſima tamen aer eſt. Aeris ad vitam alendam neceſſitas. Venti in univerſum. Tranquillo aere præſtant, nocere tamen poſſunt, ſi ab infecta regione adſpiraverint, auſtri vero facillime alioquin corpus humanum debilitaturi. Auſter cauſa fuit peſtilentiarum a. 1528. & 1576. Plures anni ubi pluviæ tempeſtati & eluvionibus fluviorum peſtis ſucceſſit, ſed & nimia ſiccitas a. 563. & 1155. peſtis cauſa fuit. Paludum noxæ: expurgatæ peſtilentiam fecerunt, inquinato aere, plura per exempla. Sed etiam cadavera hominum aut animalium peſtem fecerunt, etiam locuſtæ. Et perinde terræ motus & fames. A piſcibus corruptis in cibum receptis in Lipara inſula & Comacli peſtis orta. Terror atrociſſima peſtis cauſa. Contra aſtrorum metum & eorum in peſte producenda poteſtatem, niſi quod anni tempeſtates mutent, ita noceant. Veneficia hominum & magorum ex populari ſuperſtitione recenſet, dæmonumque poteſtatem in transferenda peſte. Ut in corpore humano peſtis malignam poteſtatem exerceat. Sanguinem corrumpit, vitium inducit cum putrefactione comparabile, etſi diverſum eſt. Putreſcere ſanguinem & una coagulari. Contagii natura morbi ſemen eſt. Vera in peſte contagium eſt, ut per exempla evincitur, & a contagio diriſſima hominum ſtrages oritur, quare debet ſollicite eo caveri. Neque veteribus contagium undique ignotum fuit. Non tamen ad eſſentiam morbi pertinere. Morbi contagioſi ſigillatim, etiam lippitudo. Rabies: quæ animalia rabiei obnoxia ſint; homines potiſſimum, in quibus etiam ex humorum corruptela rabies oritur. Variolæ; ſubinde bis eundem invaſerunt hominem; aliquando peſtilentes ſunt & peſtilentiam portendunt. Lepra. Peſtis ſigna. Medicorum in peſte non adgnoſcenda funeſtus error. Signum eſt, plures mortales eodem tempore infici. De medicis debet mature curari. Negligentia magiſtratuum Neapolin vaſtatam fuiſſe & Genuam. Pulſus fallax. Calor mitis videtur. In peſte romana purgantium uſus funeſtus erat. Bubones, ſoli aut cum carbonibus; bubones non peſtilentes. Carbunculi, etiam non peſtiferi. Superſtitioſa aliqua peſtis indicia. A ſolo contagio peſtis Romæ propagata. Optimum ſignum vires ſibi conſtantes. Bubones mature erumpentes boni, ſic parotides poſt morbi vigorem erumpentes & perſiſtentes. Inportunæ in principio evacuationes funeſtæ, ſic porro ſanguinis miſſio. Numeroſi carbunculi deteriores. Peſtis ſuperatur contagio evitato aut aere correcto. Linum & cannabis ne propius urbem maceretur. Cadavera inſepulta nocent; mala ergo ſupplicia, in quibus cadavera in patibulo tabeſcunt. Suffimenta, acetum. Commerciorum leges & cuſtodia. Quadragenaria ſecluſio. Noſodochia aquis perennantibus inſtruenda ſunt, ut mundari poſſint. Purgatoria ædificia. Aqua & cibi, veſtes, amuleta, quibus credulus Noſter nimium tribuit, etiam bufoni. Viperæ pulverem HIPPOCRATIS arcanum fuiſſe. Curatio. Sal prunellæ; hordæi decoctum. Venæſectione inter mille mortales duo ſoli effugerunt. Hæc Noſter parciſſime. Non potui me continere quin ex raro libro hæc decerperem.

Jos.

Jos. Galarati *ſyſtema renovatum phyſiologiæ medicæ* Bonon. 1684. 12. Inter phyſiologica & phyſica de veterum circa febres opinione. Febris hiberna a frigore, aſtiva a fructibus horæis orta. Febris maligna tota ſubſtantia agens non primis qualitatibus. A bile febrem eſſe.

David Abercromby Scotus.

Ej. *tuta ac efficax luis venereæ ſæpe abſque mercurio ac ſemper abſque ſalivatione mercuriali curandæ methodus* Lond. 1684. 8. Infuſo guajaci & opiata veneria, fernelianæ ſimili, demum vino cum mercurio crudo infuſo, & pilulis mercurialibus cum purgantibus miſtis. Pauci facit Astruccius. Germanice *ſpanniſcher oder franzöſiſcher Pockenmeiſter* Dreſden 1702. 8.

Ej. *de pulſus variatione* Lond. 1685 8. Paris 1688. 12. Pulſus diverſi etiam novi eorumque præſagia. Superficialem omnia læta, profundum melancholiam portendere.

Ej. *Ars explorandæ medicas facultates plantarum ex ſolo ſapore* Lond. 1685. 8. in Boccone Muſeo di piante Cuique ſapori ſuas adſignat vires medicatas. Deinde ut ex ſaporibus de viribus medicamentorum judicetur.

Ej. *nova medicinæ praxis* Paris 1740. 8.

Ej. *opuſcula medica ac modus curandi bubones venereos, & tutior ſalivationis methodus* Lond. 1687. 8. quo prima repetuntur.

Isaac Ayme *trichiaſis admodum rara ſ. obſervatio pilorum de abdominis fiſtula & alvo per plures annos redditorum* Lond. 1684. 12.

J. Jac. Nosset *delineata bilis petulantius dominantis idea* Friburg. 1684. 12.

Pharmacopœa regia Galenica & chymica Genev. 1684. 8.

Eberhard Rud. Roht *de probatione per cruentationem cadaverum* Ulm. 1684. 4.

Olai Rudbeck Senioris *Atlantica ſ. Manheim, vera japheti poſterorum ſedes ac patria* Upſal 1684. fol. Rari operis aliqua pars ad priſcorum incolarum ſeptentrionis mores & longævitatem ſpectat.

Christoph. Henr. Rupeti *extortum ſed æquum reſponſum ad iniquas æque ac ineptas de cura ſua rite & bene geſta correctiones & cenſuras* Weimar 1684. 12. Gunz. Litis hiſtoriam ignoro.

J. Gottfried Herrichen *de thea herba.*

Ahasveri Fritsch *medicus peccans ſ. tractatus de peccatis medicorum* Nürnb. 1684.

1684. 12. Vitia & peccata potius quam contra artem errata. Peccat etiam, qui in detrimentum pharmacopolii medicamenta privatim divendit.

J. Franciscus Loeuw.

Ej. *Anatomia practici medici* Praag. 1684. 4.

Ej. *Theſes de tranſmutatione in chylificationem & ſanguificatione* Praag. 1686. 4.

Ej. *metamorphoſeos microcoſmicæ tinctura in via humida alba & rubra perpetue ſeſe multiplicans* Prag. 1686. 8.

Ej. *de calculo microcoſmico* ib.

Ej. *regulæ de ſtudio medico bene inchoando* Nurnberg 1692. 12.

Ej. *partus medicus ſ. hortus noviſſimus de variolis & morbillis* Nurnberg.

Ej. *Cerberus triceps trifario rictu corpus humanum invadens, ſ. morbus arthriticus vulgo podagricus ad tria capita reductus* Prag. 1698.

Ej. *in aphoriſmos Hippocratis* Nurnberg. 1711. 4.

Ej. *diſquiſitio calculi renum & veſicæ* Prag. 1719. 12.

Ej. *regimen generico ſpecificum neonatorum & lactantium* Prag. 1719. 8.

Ej. *univerſa medicina practica juxta veterum & recentiorum mentem reformata* Nurnberg. 1728. 4.

Ej. *theatrum medico juridicum* ib. 1729. 4.

§. DCCCLXXXVIII. Varii.

Anonymi Valentin *Memorial chriſtiano e politico ſobre la permanencia del Dr. Juan Joſef Lopez en la ciudad de Valencia a fin de aviriguarce practicamente ſu methodo de curar las calenturas ardientes por el medio de agua fria propinada con varias circumſtancias* Valentiæ 1684. fol. C. de V.

Huic videtur opponi Anonymi Valentini, ſub nomine Licentiati Teleciani Gracian de Pennafiel, *Critica medica reſpondaſe al memorial chriſtiano politico ſobre la permanencia del D. Juan Joſef Lopez en la Ciudad de Valencia* Saragoſſa 1684. fol.

Philippi Borbon chirurgi cæſarauguſtani, *medicina domeſtica neceſſaria a los pobres, i familiar a los ricos tranſcrita al medico caritativo con algunos remedios de otros autores con eſcolios en la materia, y affectos, que ſe trattan a ſi chirurgicos come medicos* Saragoſſa 1684. 4. C. de V. Gallice idem Philiberti Guibert *medicin charitable* 1686. 4. una cum nonnullis additamentis.

Giov.

Giov. Stephano Bologna *de l'ipochondria e ſuoi accidenti* Wien 1684. 8.

Romuli Spezioli Archiatri Firmani: *Allo ſcolare, che ſcriſſe i fogli intitolati: Diſinganno, invia i neceſſarii auvertimenti Romolo Spezioli* Padoua 1684. 4.

Ej. *ponderationes medico phyſicæ pro veritate ſuper dubio, an & de quibus miraculis conſtet, ſuperventis poſt conceſſam a Sede Apoſtolica Beato* Laurentio Justiniano *venerationem &c.* Rom. fol.

Nathanael Storzia germanice eſt *ſicherer und geſchwinder Arzt* Baſel 1684. R. Annon Zwingeri ejuſdem tituli opus.

François Lambert *explication des accidens extraordinaires, que la ratte cauſe dans le corps humain par ſon dereglement avec la nouvelle façon d'expliquer les ſenſations de la vue & de l'attouchement, du mouvement volontaire & des actions animales du cerveau.* Toulouſe 1684. 12.

Charles Thuillier *obſervations ſur les maladies veneriennes & ſur un remede, qui les guerit & ſurement & facilement* Rouen & Paris 1693. 12. 1707. 12. auctius 1716. 12. Porro Lettre à M. Demetrius Ammirally *ſur la maladie venerienne & les antiveneriens* 1688. 8. & cum priori 1701. 12.

Obſervationes 35. ſatis laudat Astruccius; morbum novum eſſe. Hydrargyrum tamen crudum aut arcanum putat fuiſſe ex antimonio & mercurio compoſitum: conjectura tamen eſt.

Ej. *Aphoriſmes d'Hippocrate avec des explications phyſiques* Paris 1685. 12.

Martin *tr. de l'uſage du lait* Paris 1684. 12. 1706. 12.

Pharmacopolæ opuſculum. Poſt phyſiologica, de modo, quo debet lac ad uſus medicos adhiberi. Ad diarrheam aut dyſenteriam ſi adhibeas oportet cremorem & innatantes folliculos detrahi. Ne ventriculo grave ſit, debere a minori doſi initium fieri, ſumi ter, quater in diem conjungendo pauculum oculorum cancri. Nocere nonnunquam alvum conſtipando, & enormibus, non ſine magno dolore flatibus. In prandio vel cena debere initium a lacte fieri, alvum ſubinde duci, caveri crudis, deſiſti ab uſu, quamprimum cæpit moleſtum eſſe. Quibus in malis utiliter exhibeatur, pectoris morbis etiam potiſſimum, alvi fluxui, adverſus vermes bene adhiberi. Hiſtrio Montfleury poſt longas cephaleas ſumto lacte vermem de naribus ejecit, unaque morbum. Sic hæmorhoidibus conducere, & albo fluori non nimis adulto. Hæ recte, ſed etiam hydropi prodeſſe Noſter.

Minot M. D. *de la nature & des cauſes de la fievre, du legitime uſage de la ſaignée & des purgatifs avec des experiences ſur le Kinkina & des reflexions ſur les effets de ce remede* Paris 1684. 8. auctior editio 1691. 12. Non malus liber, etſi nimis hypotheſin urget, aut refutationem hypotheſium antiquarum de cau-

 ſis

ſis febrium. Putredinem rejicit. Sanguinem in febre maligna diſſolutum eſſe & rarefactum & floridum. Febrem eſſe fermentationem ſanguinis extraordinariam & de acido tenere (*aigre*) In febribus continuis chyli impuritatem continuo fermentationem facere, interceptam in intermittentibus cum minus impurus ſit. Spiritus ſanitatis auctores contrarii acido, quod morboſum. Plus acidi eſſe in febre quartana. Febres duorum generum, ſanguineæ & chyloſæ. Chilus acidus cauſa febris. Sanguinem utique aceſcere poſſe Ut acida in febre prodeſſe poſſint, minuendo ſanguinis rarefactionem nimiam. Pro aeris influxu. Verno tempore corticem peruvianum multo promtius febrem tollere quam hyeme. Contra D. COURTOIS qui ſola venæſectione contentus potiones refrigerantes rejiciebat. A venæſectione hydropem ſequi poſſe, neque ea ſectione febres curari. Plethoram ad vires nullam dari. Sanguinis miſſionem nonnullis ſymptomatibus convenire, & nimis rapido in circulum motui. Non a calore febrem neque a ſpiritu vini. Ab invento cortice pauciores mori febricitantes. Scammoneam mite eſſe medicamentum & infantibus ad octo grana dari poſſe. Caſſiam ſæpe violentius purgare. Febrem requirere purgationem & venæſectionem ſed continuo in principiis, deinde diaphoretica & ſpecifica. Purgari debere ad humores minuendos, ſub fine febris ad cavendas recidivas. Venæſectionem indicari a reſpiratione difficili, pulſuque (*embaraſſé*), non facile plus quater. Vomitus etiam in principiis bonus, poſt eum narcoticum. Formula corticis peruviani; coquit ſaſſafras, addit ſpiritum vini & corticem, denique papaveris flores. Omnes febres curat, etiam continuas. In pleuritide prodeſſe. Periculo carere. Se in tabulas finxiſſe portatiles. Aquam ſequanæ ob vim purgantem in febribus utilem. Saburram primarum viarum utiliter expurgari, inde ſæpe antimonii & empiricorum laudes, dum medici cunctantur. Corticem hecticis convenire. Acida moderari quidem humorum impetus ſed ventriculo nocere. In febribus malignis bonam eſſe miſcelam ſpirituum acidorum cum alcali volatili, neque nocere ſpirituoſa. Qui caſu *chopine* ſpiritus vini biberat, & moribundus ad ſe redierat, & cui ab eodem medicamento gangrænoſum crus ſponte deceſſerit. In calidis regionibus meliores variolas: in iis utiliter opium Anglos dare; convenire ptiſanam Chinæ chinæ. Contra noſodochia: aerem in iis corrumpi, & levia mala reddi graviſſima. Multos ſe prohibuiſſe noſodochio & ſanaſſe. Corticem acidis reſiſtere, ſed non penitus deſtruere. Sanguinem a coagulatione quidem præſervare, & lactis ſeceſſionem. Coagula ab acidis facta non integre diſſolvere, nec ſanguinem fluidum reddere, quem acetum coegerit. Intermittentibus magis quam continuis, æſtivis magis quam hybernis convenire, eo curatas continuas non redire. Acidis non debere miſceri. Non facere ſcirrhos viſcerum.

Traités nouveaux de medecine, contenant les maladies de la poitrine Lion 1684. 12. Multa hypotheſis. Aquas minerales aerem tabidis noxium facere. Malum hyſtericum perinde viris moleſtum eſſe.

THOMÆ BRUGIS *vademecum chirurgicum oder Reisgefahrt eines Wundarztes*

zu Waſſer und Land Hamburg 1684. 8. *deme beygefügt iſt* ELLIS CROSTNEY *Tractaten: eine vollkomne Unterweiſung, wie ein Wundarzt Berichte abfaſſen ſoll; vom Bluten der Noſen, Aderlaſſen, Purgieren; von Geſchwulſten, Wunden, Schäden, Beinbrüchen, Franzoſen.*

ELLIS PRAT medicus & chirurgus Londinenſis. Non poſſideo primam editionem; quæ coram eſt Hamburgi prodiit 1684. 8. 1690. 8. cum titulo: *Vademecum chirurgicum oder Handbuch eines Wundarztes. Sechs mahl im Engliſchen und zum anderen mahl in deutſcher Sprache gedruckt.* Medicamenta numeroſiſſima; inſtrumenta; morbi interni, externi.

ROBERT JOHNSON *Enchiridion Medicum or a manual of a phyſician.* 1. *Diſeaſes of the head.* 2. *Diſeaſes of the breaſt.* *And* 3. *Diſeaſes of the belly* London. 1684 8.

Unterricht wie ſich Aerzte und andere in Cur der Ruhr und hizigen Krankheiten zu verhalten haben Dillingen 1684.

Unterricht derer zum officio ſanitatis verordneten churfürſtl. bayeriſchen Medicorum Dillingen 1684. 8. idem forte.

Aſtrologiſche Arzneytafel nach ABDIA TREW *Principiis eingerichtet* Plauen 1684. 4.

§. DCCCXXXIX. DISPUTATIONES.

BALTHASAR DIETRICH *de epilepſia* Leid. 1684. 4.

G. SCHLAM *de diſenteria* ib. 1684. 4.

CHRISTIAN SCHWEITZER *de paſſione hyſterica* ib. 1684. 4.

JOH. BURING *de influxu facultatum animæ, de cauſis & curatione methodica ſtuporis & paralyſeos* ib. 1684. 4.

GUIL. DOUGLAS *de lue venerea* ib. 1684. 4.

J. MELCH. GOEBEL *de lacte ejusque vitiis* ib. 1684. 4.

J. COOKE *de inteſtinis eorumque affectibus in genere* ib. 1684. 4.

DAN. LEFER *de iſchuria* ib. 1684. 4.

S. GUMBERTS *de cephalalgia* ib. 1684. 4.

D. CUMINIUS *de cerebro ejuſque pathologia in genere* ib. 1684. 4.

PETR. EMMENDORF *de phtiſi* Utrecht 1684. 4.

ANDR.

ANDR. MATH. ORLOB *de ſuffocatione hyſterica* ib. 1684. 4.

J. LESLAAN *de ſyncope* ib. 1684. 4.

J. BROUWER *de angina* ib. 1684. 4.

JACOB VERBEEK *de angina* ib. 1684. 4.

ISAAC MUYS *de rachitide* ib. 1684. 4.

DANIEL DENOUN *de phtiſi* ib. 1684. 4.

HENR. FRISIUS *quod thea arthritidi conveniat* ib. 1684. 4.

M. GE. HANNÆUS *de aphonia. Præſ.* C. BARTHOLINO THOMÆ fil. Hafniæ 1684. 4.

J. JUST. BOEHME *de menſium defectu* præſ. OL. BORRICHIO ib. 1684. 4.

HENR. CHRIST. ALBERTI Profeſſoris Erfordenſis diſſ. *de lactis ſtatu ſecundum & præter naturam* Erford. 1684. 4.

EJ. *de bilis natura & uſu medico* ib. 1691. 4.

EJ. *de colica paſſione* ib. 1691. 4.

EJ. *de ſcorbuto* ib. 1692. 4.

EJ. *ægra phtiſica diu pro deſperata habita feliciter curata* ib. 1692. 4.

EJ. *de cura palliativa* ib. 1692. 4.

EJ. *de eſſere ſcorbutica* ib. 1692. 4.

EJ. *de morbis hereditariis* ib. 1692. 4.

EJ. *de pleuriſi* ib. 1692. 4.

J. WILH. SPANGENBERG *de podagra* ib. 1684. 4.

PETR. HILLE *de febribus malignis* Lipſ. 1684. 4.

STEPH. CASP. PERTSCH *de aſthmate* ib. 1684. 4.

... RUDOLPHI *de brutis hominum doctoribus* ib. 1684. 4.

VALENTIN ALBERT *defenſio contra* JULII RONDINI *diſp. epiſtolicam* Lipſ. 1684. 4.

EJ. *de oſcitatione* ib. 1684. 4.

GEORG. QUIRIN. POECKEL *de crimine partus abacti* ib. 1684. 4.

ANDR. CASP. GEORGI *de dyſpnœa* Witteb. 1684. 4.

PAUL.

Paul. Godofr. Sperling *æger ſuffuſione laborans* Sen. 1684. 4.

Ej. *de arſenico* ib. 1685. 4.

Ej. *poſitiones miſcellaneæ* Witteb. 1690. 4.

Ej. *de incontinentia urinæ* ib. 1694. 4.

Ej. *de reſpiratione læſa* ib. 1694. 4.

Ej. *de deliriis febrium continuarum* ib. 1696. 4.

Ej. *de Dyſenteria* ib. 1698. 4.

Ej. *de hæmoptyſi* ib. 1698. 4.

Ej. *de cholera* ib. 1699. 4.

Ej. *de fame canina* ib. 1699. 4.

Ej. *de vomitu ſimplici* ib. 1700. 4.

Ej. *de morbis ex nimiæ veneris uſu* ib. 1700. 4.

Ej. *de vermibus in primis viis* ib. 1700. 4.

Ej. *de ſalacitatis natura & cura* ib. 1701. 4.

Ej. *de empyemate* ib. 1702. 4.

Ej. *de pleuritide* ib. 1702. 4.

Ej. *de plica polonica* ib. 1702. 4.

Ej. *de vomitu cruento* ib. 1703. 4.

Ej. *de fluxu menſium nimio* ib. 1704. 4.

Ej. *de cardialgia* ib. 1704. 4.

Ej. *de ſudore* ib. 1706. 4.

Ej. *de tuſſi* ib. 1708. 4.

Ej. *de podagræ præſervatione* ib. 1708.

In Ejus obitum *programma* Gottl. Wernsdorf Witteb. 1709. 4.

J. Georg Volcamer junior *de lethargo* Altdorf 1684. 4.

Ejus eſt in E. N. C. Dec. III. Ann. VII. VIII. *Obſ.* 210. teſtimonia pro vi lithontriptica acmellæ.

Mart. Scheffel *de virgine chloroſi laborante* Altdorf 1684. 4.

ALB. ANT. SOEFTING *de atrophia* ib. 1684. 4.

J. PHIL. PISTORIUS *caſus viri colico dolore laborantis* Gieſſ. 1684. 4.

J. WILH. EBEL *de ægro pleuritide laborante* ib. 1684. 4.

J. MART. TRECK *de juvene phtiſi incipiente laborante* ib. 1684. 4.

PHIL. A GIESWEIN *de ægro melancholia hypochondriaca laborante* ib. 1684. 4.

JAC. HOLZAPFEL *de origine, natura & objecto medicinæ ejuſque requiſitis* Heidelberg 1684. 4.

CLEMENS JOSEPH BRECHT *de febribus* Argentor. 1684. 4.

J. EBERHARD PAPELIER *æger ſuffuſione laborans* ib. 1684. 4.

ABR. THEVART & FR. DE BELESTRE *E. ſedando colico dolori purgatio* Paris 1684.

ÆGIDII LE BEL & PETRI GAMARE *E. animi morbis medicina* ib. 1684.

PHIL. DOUTÉ & CL. QUIQUEBOEUF *E. præcavendo abſceſſui venæſectio* ib. 1684.

NIC. MORIN & FR. FOUCAULT *E. in aſthmate aquæ Borbonienſes Arcimbaldinæ præſtant Vichienſibus* ib. 1684.

NIC. LIENARD & SIM. DEUXYVOIE *Non ergo a vomitu partus facilior* ib. 1684.

PIERRE PERRAULT & S. DAVAL *E. anglica præſcribendi corticis peruviani methodus explodenda* ib. 1684.

J. ARM. DE MAUVILLON & CL. QUIQUEBOEUF *E. febris quartana cortice peruviano intempeſtive ſedata lethalis* ib. 1684.

BERT. DEUXIVOYE & BERT. SIM. DEUXIVOYE *E. aer pariſinus ſalubris* ib. 1684.

JOSEPH BACHAUT & FR. FOUCAULT *E. choccolatæ uſus ſalubris* ib. 1684.

J. MICH. GARBE & J. B. DOYE. *Nullus E. præcelleus niſi præſtanti natura medicus* ib. 1684.

VAUCOULEURS & BARASIN *E. pulſus fallax* Rouen 1684.

§. DCCCXC. DIARIA ANNI 1684.

In T. XIV. *philoſophicarum Tranſactionum* n. 157. W. G. M. B. de polypo in corde viri epileptici, icterici, anheloſi, palpitationibus cordis infeſtati repertus.

tus. In ventriculo acidus ingratiſſimus rancor. Cor & venæ mire dilatatæ plenæ polypoſis concretionibus. Polypus in dextri ventriculi apice firmiter radicatus, ramoſus, in venam cavam protenſus, uſque in jugulares. Fibroſus erat velamento obductus proprio. Non potuit ſubito generatus fuiſſe, qui manifeſto diuturnorum malorum cauſa fuerit, & amplitudinis vitioſæ vaſorum, in quibus hoſpitabatur. Polypos plerumque in dextro cordis ventriculo ſedem habere.

n. 158. Hominum exemplum, qui 24. diebus in cuniculo ſubterraneo Leodii vitales ſuperfuerunt, ſola aqua abſque ullo cibo ſuſtentati.

n. 159. GUIL. BRIGGS de homine interdiu bene oculis utente, noctu cæco.

Alius oculo dextro objecta duplicata videns tandem ſanatus.

ANTONIUS V. LEEUVENHOECK, civis delfenſis, in vitris poliendis & concinnandis microſcopiis peritus, demum & ipſe fabricam intimam corporum ſcrutari cepit. Phyſiologica plurima adgreſſus eſt; pauca quæ ad morborum hiſtoriam pertineant, aliqua tamen.

In n. 159. vermiculi ſalivæ proprii vel certe muci dentibus adhærentis.

Vermiculi ſubcutanei, quos de poris naſi exprimas.

n. 160. de puero cujus epidermis ad piſcis aliquam ſimilitudinem ſquamis tegebatur.

n. 227. de germano non nemine, qui ſympatheticam per lotium curam adfectabat, ut pus de tibiæ ulcere per lotium exiret; ut ipſos demum calculoſque frangeret. Magnete, ajebat, uti, ſed ANTONIUS exemplum adducit infelicis, quam idem molitus ſit curationis.

In BIRCHII *hiſtoria* T. IV. JUSTEL retulit a manuum lotione in aqua, in qua antimonium diaphoreticum ſolutum ſit, alvum duci.

HOUSTON equum a dato emetico non vomere & a purgante medicamento periculoſe ægrum fieri.

ALLEN MULLEN animal ab injecta in venas aqua male habere, croco metallorum alvo ducta reſtitutum.

DIONYSIUS PAPIN paſſim de variis medicamentis ſuo lebete paratis, tinctura corticis peruviani aliiſque.

Vinctas venas jugulares neque ſalivationem facere, neque quidquam in cane vivo mutare.

Multi calculi per anum egeſti.

TURBERVILLE fabuloſa hiſtoria de femina, in cujus lotio animalia ſcolopendræ ſimilia inventa ſunt & una ſublata epilepſia oxymelle helleborato.

In *Journal des Savans* 1684. n. 6. hiſtoria theriacæ, deque theriaca Pariſiis nuper compoſita. De ea D. GEOFFROY, JOSSON & BOULDUC orationes, deque trochiſcis viperinis.

BOURDON de lacte ex ſummo femore & ex vulvæ labiis ſcaturiente.

Femina ſileſiaca cui poſt ſævos capitis dolores cani capilli erumpunt & intra noctem ad pollicis longitudinem excreſcunt.

In E. N. C. *Dec. II. Ann.* 3. *Obſ.* 157. ERN. FRIEDEMANN SCHELHAAS, de placenta veſiculari.

Obſ. 160. & 161. a draſtico medicamento hypercatharſis bis funeſta.

Obſ. 162. ungues pedum longiſſimi & monſtroſi.

Dec. III. ann. III. obſ. 165. de empiricorum conatibus, ex voto plerumque tamen præſentiſſimo vitæ periculo ſuccedentibus.

Obſ. 166. inciſa cadavera ægrotorum. In ſinu falcato polypus lapidea materie miſtus. In apoplectica abſceſſus dura membrana cerebri obvolutus. Corde 14. libr. cum peripneumoniæ ſigna exſpectarentur.

CAROLUS OEMB.

Obſ. 175. ea febre in homine ſcorbutico cephalalgia per metaſtaſin, tunc tormina inteſtinorum, inde ſalutaris narium hæmorrhagia.

Obſ. 176. in ſcorbutico tertianario maculæ de corpore cum calore erumpentes.

J. ACOLUTHUS Wratislavienſis.

Obſ. 178. ex pleuritide duo abſceſſus efflorueruut, vim dederunt puris cum febre hectica, tandem tamen malum ſanatum.

Obſ. 181. multa ſymptomata, ſalſique humores, ructus, nauſea, hypochondriaca adfectio, Egranarum aquarum potu levata, demum per hæmorrhoides integre ſubacta.

Ann. IV. obſ. 168. In febre maligna nervoſa, dato ſpiritu cornu cervi, expulſo ſudore croceo, ſalus.

Obſ. 179. In petechiis cum virium ſumma eſſet proſtratio vino rhenano æger ſuſcitatus & ſervatus.

Obſ. 171. abortus abſque lochiis exempla.

Ann. VI. obſ. 20. In petechiali gravi febre cum agrypnia vinum utiliter datum.

Obſ. 21. Vomitus ſanguinis minaciſſimus tamen ſanatus.

Obſ.

Obſ. 22. Pedarthrocace ſpiritu lumbricorum, carnibus viperinis; ſapone, emplaſtro de hyoſciamo cum hydrargyro ſanata.

Ann. IX. obſ. 160. Ab ictu aphonia, deglutitio deleta, nullo cum vulnere ſanata.

Obſ. 163. ex lapſu ab alto ſputum cruentum, iſchuria.

Obſ. 164. Urina in arthritico cum ſtranguria viſcida ſanata pineis ſtrobylis.

Obſ. 165. Scorbutus inveteratus ſanatus ſalivatione per mercurium dulcem nata, ſic obſ. 166. epilepſia inveterata.

J. Jacob Wagner Medicus Tigurinus.

Obſ. 186. Cardialgia, vomitus, capitis dolor, temulentia, ſopor ex pane lolio infecto, ſublata alexipharmacis.

Obſ. 187. Magnæ glandulæ, etiam unciales de inteſtinis per alvum & vomitum expulſæ eventu funeſto.

Ann. IV. obſ. 75. in calculoſo fæces alvi omnes per penem exierunt funeſto eventu.

Obſ. 77. pilæ lapideæ bubulæ.

Obſ. 78. de tophis in articulis boum.

Ann. V. obſ. 105. equus per anum tres pilas piloſas egeſſit, duriſſima cruſta obductas.

Ann. VIII. obſ. 147. Tubuli in hepatibus bubulis lapidei ac oſſei.

Ann. IX. obſ. 25. Puer modo toto dextro latere convulſus, modo toto ſiniſtro.

Obſ. 26. a multo ſternutatoriorum uſu gravis auditus.

Obſ. 28. a ſucci chelidonii majoris guttis aliquot atque radicis infuſo ſudor motus, febris intermittens ſanata.

Ann. X. obſ. 108. a baccis belladonnæ anxietas, cardialgia, ſtupor, hæc a quinque baccis. A denis puerorum aliqui extincti, alii poſt vomitum convaluerunt.

Obſ. 110. Dolor vehemens iſchiadicus cataplaſmate cochlearum ſublatus, ſic alia ejuſmodi mala.

Obſ. 111. Cephalalgia, epilepſia, mors. In medulla cerebri juxta occiput glandula friabilis, alia in calamo ſcriptorio.

Dec. III. ann. II. obſ. 159. In puella tetanus univerſalis, ſpaſmus cynicus, riſus ſardonius eventu funeſto.

Obſ. 160. Chorea ſ. viti & malleatio capitis.

Obſ. 162. a calce viva ardor faucium, gulæ, ventriculi oleo amygdalarum ſanatus.

Obſ. 163. ſingultus perpetuus in febre continua.

J. BARTHOL. SCHLEYERMACHER.

Dec. I. ann. III. obſ. 204. In rene calculi, quorum unus in ureterem impactus hærebat: pulmones pleni ſteatomatibus & vomicis.

§. DCCCXCI.

RAYMUNDUS DE VIEUSSENS.

Nobili familia natus noſodochii curam geſſit & anatomica laude inclaruit, ad praxin vero numeroſas cadaverum morboſorum inciſiones contulit, hypotheſibus veterum & fermentis nimis deditus.

Neurologiam univerſalem a. 1685. edidit Lion fol. cum novo titulo a. 1715. recuſam tum in Germania 1690. Ulm. atque in MANGETI BIBLIOTHECA anatomica, & nuper in operum omnium collectione. Anatomici quidem eſt argumenti & pauca practica admiſta habet. Ex cadaverum inciſione tamen aliqua adſpergit. Catarrhi materiem non a cerebro advenire, & a membrana pituitaria nares veſtiente generari confirmavit, proprias per inveſtigationes. Cerebelli & medullæ ſpinalis vulnera extemplo mortem inferre. Paralyſin poſteriorum artuum a vincta aorta ſequi. Exteriorem pulmonis carnem ſenſilem eſſe, inde fieri, ut peripneumonia pro pleuritide habita ſit. Interioris pulmonis nullum ſenſum eſſe. Conſenſus nervorum & magni potiſſimum nervi ſympathici, perinde ut WILLISIUS magni fecit, & varia inde morborum ſymptomata interpretatus eſt. Viam liquori colorato patere per foramina oſſis cribroſi.

EJ. *de remotis & proximis mixti principiis* Lion 1688. 4. plus habet practici argumenti, licet & hic præcipuus ſcopus Cl. viri phyſiologicus eſt, & ad elementa atque fermentationem ſanguinis ſpectat. Ex iis principiis febres exponit. A ſulfure apoplexiæ, ideo in obeſis hominibus frequentiores. Verum intra hypotheſes fere ſe continuit. Teretem vermem eſſe, qui in planitiem quaſi ab inteſtinis eliſus, in latum vermem mutetur.

In *traité nouveau de la ſtructure & des cauſes du mouvement & de la nature du cœur* Toulouſe 1715. 4. Valvularum venoſarum ſiniſtri cordis degenerationem in oſſeam naturam deſcripſit. Violentas palpitationes cordis paſſus qui fuerat, ventriculum dextrum cordis habuit ampliſſimum. Poſt ſigna peripneumoniæ & decubitum in dorſum & latera intolerabilem, pulſum intermittentem atque alia mala, cor graviter affectum. Iterum in alio epileptico, cui cor violente ſaliebat,

bat, arteriæ aortæ membranæ duræ & pene cartilagineæ, valvulæ in aortæ oſtio oſſeæ. Denuo aortæ arteriæ truncus & præcipui rami fere oſſei; inde palpitationes cordis. Polypos cordis in oſtiis venoſis ſanguinem in cordis caveas admittentibus radicari vidit. Hydrops pericardii ejuſque ſymptomata; ea etiam cum polypo cordis conjungi. Durum pericardium, craſſius & cordi adnatum poſt anxietates & œdemata. Infanti cor dextrum amplius cum pectoris hydrope: nullum ei foramen ovale fuerat.

Ej. *traité nouveau des liqueurs du corps humain* Toulouſe 1715. 4. In P. III. temperamenta illa recepta ſanguinis ex elementis interpretatur, & ex eorum portione quæ in ſanguine detexit. Fermentatio ſanguinis. Sparſæ paſſim aitiologiæ. Effectus morboſi affectuum animi.

Ej. *novum vaſorum corporis humani ſyſtema* Amſterdam 1705. 8. auctius recuſum cum titulo: *Experiences & reflexions ſur la ſtructure & l'uſage des viſceres* Paris 1715. 12. Paſſim morborum hiſtoriæ & inciſiones cadaverum. Pancreas induratum, mole auctum duodenum inteſtinum comprimens. Frequenter omentum, lien, hepar, glandulæ meſentericæ in maximum tumorem coalitæ & perduræ. Inteſtini inflammati & ſymptomatum febrium continuarum reliquiæ. Renum conſumtorum, ut ſola membrana supereſſet, multa exempla fere a calculis. Morbus Cardinalis de BONTY. Poſt diuturnas convulſiones oculi & faciei demum apoplexia. Hanc ob relationem dubia contra VIEUSSENII fidem mota fuiſſe memini. Cum variolis declinantibus die 13. ſputa purulenta a metaſtaſi materiei varioloſæ, quæ die 12. morbi in pulmones decubuerat facile ſanata. Alias adfectus a variolis pulmo, quod malum adeo frequenter vidi, ut non aliam cauſam eſſe putem frequentium ſub finem morbi mortium. Serum hydropicum coagulabile. Colica a calculis bilioſis orta. In eodem ægroto ſed alio tempore colici dolores, fæces albæ miſtæ nonnunquam calculis cum levamine. Aliud ſimile exemplum duodenum una ampliſſimum. Colica icterica ab eadem cauſa ſanata. Hemiplegia ab apoplexia cum delirio; pleraque ſymptomata tamen a Noſtro ſanata. Syncope convulſiva. Aſthma convulſivum. Tria oſſicula in ſtruma. Cholera a balneo cum convulſionibus; alia a lochiis ſupreſſis. Cholera a menſibus ſuppreſſis cum pruritu cutaneo alterne dominans. Pluſculi alii morbi curati. Quæ pus revomebat, abſceſſum habebat hepatis in ventriculum patulum: ſimile aliud exemplum, & aliud ubi pus in hepate natum per pulmones exſcreatum fuit. Urinæ lacteæ infantum fere innocuæ ſunt: aliud exemplum ubi lenia cathartica morbum ſuperarunt. Poſt diabeten ſanguis per penem redditus. In hydrope cum inflammacione viſcerum temeriter venam ſecuit, aperientibus medicamentis & demum lactis caprilli uſu ſanitas reſtituta. Hydrops pectoris, in corde polypi, in pulmone dura corpuſcula, in veſicula fellea calculi. Pluſculorum morborum hiſtoriæ. Flatulentia & colici dolores a lacte aſinino.

Demum a morte viri prodierunt *opera poſthuma* & princeps *Hiſtoire des maladies internes* Toulouſe 1774. 4. Vita viri. Plurimæ morborum tractationes & inciſio

inciſiones cadaverum, partim ex prioribus operibus, partim novæ. In plerisque morbis ſolebat curationis initium facere purgando, ſubinde vomitu moto, finem perficiebat chalybe, ſubinde cortice. Ad ſudorem movendum frequenter lilium Paracelſi adhibebat factum ex marte, ſtanno & cupro commiſtis, ſimul in crucibulo fuſis, cum tartaro in calcem converſis, in vini ſpiritu maceratis. Ecce aliqua morborum ſpecimina. Febris hectica, ichor in abdomine; corticis peruviani drachmam in diem propinabat. Septentrionalibus populis magis medicamenta ſudorifera convenire, auſtralibus venæſectionem. Variolarum bis eundem hominem invadentium exempla. In hoc morbo quinquies venam ſecuit, ſed viciſſim pulverem viperarum dedit. Alias venam ſecabat, mercurium dulcem & poſt eum opium dabat. Si variolæ feminam gravidam prehenderent, venam ſecabat, dabat cardiaca. Sed eæ fere omnes perierunt. Æſtum a viperarum pulvere natum vena inciſa ſedavit; ſic hæmorrhagiam narium reformidabat, vena inciſa ſupprimebat. In calida febre funeſta criſis per urinam purulentam. De podagra fuſe. In calculoſo ulcus in rene & multum per urinam pus. Podagram ſanari medicamentis purgantibus, deinde refrigerantibus & lenientibus. Podagræ propriæ victum lacteum oppoſuit. In alio podagrico renes mole diminuti, in iis dura corpuſcula. In varioloſis infantibus perpetuam lixivioſam aquam in cerebri ventriculis reperit. De hypochondriaco malo fuſe. Lienis duritiem emplaſtro de cicuta diſſipabat. In lepra hydrargyro utebatur & aqua cum lignis ſolitis decocta. Scorbutus, Monſpelii non infrequens: quando ſanguis ſolutus per gingivas fluit, purgat Noſter, ferrum dat & corticem peruvianum. In ſcrophulis hydrargyrum, jus cancrorum. In lue venerea teſtis in ilia retractus, urina ſuppreſſa, glandulæ meſenterii craſſiores & majores. Cancer; hic purgat ferrumque dat & corticem. Strumæ hyoſciamum & cicutam impoſuit. Cephalalgia cum oſſibus parietalibus emollitis & adroſis, eventu tamen exoptato. Cephalalgia venerea hydrargyro dulci curata: mortuus alter ſimili ex malo, cum calvaria paſſim pereſa eſſet. Apoplexia; cum ægram incidiſſet, cerebrum ſanum; in alio apoplectico ulcus inter meninges. Apoplexia funeſta cum ſanguis fluidus manſiſſet. Epilepſia a feſtuca oſſea cranii cerebro impacta. Hepar enorme & induratum, itemque lien prægrandis. Epilepſiæ eandem etiam quam hypochondriaco malo curationem affert. In alio epileptico cerebrum ſanum, dura in pulmone corpora. Catalepſis etiam epilepſiæ adfinis. Melancholia a malo hypochondriaco ſuperata. Fungum duræ matris tinctura myrrhæ & aloes deſtruxit. Catarracta. Amauroſis. Spaſmus cynicus. Ulcus faucium.

In additamentis ad Verheyenii T. II. de abortu falſi germinis quaſi muſculoſi grumis ſanguineis tecti.

§. DCCCXCII. Daniel le Clerc.

Medicus & Senator Genevenſis, vir eruditus & prudens.

EJ. *Bibliotheca anatomica* Genev. 1685. fol. 2. vol. & 1699. 2. vol. aliqua medici argumenti continet, non tantum quæ apud WHARTONUM, LOWERUM, GLISSONIUM alioſque hic recenſos exſtant, ſed nonnullos peculiares libellos. J. MICH. GIRARDI de morbo feminæ rariſſimo relationem. CAROLI DRELINCOURTII experimenta injectorum in venas vivi animalis liquorum acidorum, alcalinorum, mercurialium. N. STENONIS de vitulo hydrocephalico. Notas editioni poſteriori a MANGETO adjectas dixi.

EJ. *Hiſtoire de la medecine* Genev. 1698. & Amſterdam 1723. 4. Anglice vertente DRAKE Lond. 1699. 8. ni fallor. Ad GALENUM uſque hiſtoriam ſuam continuavit, quæ enim ultra id ævum adjecit parum matura ſunt, neque paria prioribus. Excerpſit univerſorum fere medicorum antiquitatis placita, HIPPOCRATIS etiam potiſſimum & GALENI, ut loca cl. virorum ad ſua capita colligeret, tantum ut memor ſis, ſpuria HIPPOCRATIS ſcripta cum veris numerari, etſi Clericus minime ignoraverit, quam parum iis tribui poſſit. Sed & hiſtoriam cujuſque viri expoſuit & ſubinde pergrata diſſertatione contrarias ſententias ſcriptorum libravit, deque iis definivit, ut de medicinæ in diverſas artes receſſione, de empiriſmi & dogmaticæ medicinæ partibus; de antiquitate venæſectionis & catharſeos; de medicis Romanis utique liberis; de archiatris. Ut artis porro hiſtoriam & incrementa doceret, ordinem forte non probes, qui ſecundum ſectas eſt, ut contra temporum ordinem, v. g. Empirici conjungantur & nuperiores etiam methodici vetuſtiores præcedant. Non multum heroicorum temporum medicis tribuit, aut ipſi AESCULAPIO aut priſcis ægyptiis. Morborum HIPPOCRATICORUM & medicamentorum cenſus. Non ante Eraſiſtratum corpora humana incita fuiſſe. GALENUM raro & fortuito corpora humana incidiſſe. Inter nuperos de PARACELSO uberius egit.

EJ. *Hiſtoria naturalis & medica latorum lumbricorum intra hominem & alia animalia naſcentium ex variis aliorum & propriis obſervationibus, ac de cæteris hominum vermibus & remediis diſquiſitio* Genev. 1715. 4. anglice Lond. 1721. Vermium tria genera ex priſcis & nuperis. PETRUS DE ABANO cucurbitinos vermes in unum longum animal cohærere, catena quadam facta. Tæniæ anguſtæ & latæ. TYSONIS de lumbricis latis diſſertatio latine reddita. VALISNERII tæniæ ſpecies, cucurbitini, tænia ſecunda PLATERI. In tubulos nonnunquam cucurbitinos vermes involvere ex VALISNERIO. Tænia prima PLATERI, eadem rarior & VALISNERIO prætervisa, CLERICO frequenter viſa; prima etiam ABANO dicta & HILDANO & SPIGELIO. Eam PLATERUS ex cucurbitinis vermibus cohærentibus formari, & purgatione in cucurbitinos reſolvi. Tertia PLATERI, geniculata, prælonga. Prima ergo breves habet articulos, in medio aliquid ramoſæ venæ ſimile, & in longum acumen procedit. Tænia ſecunda VALISNERIANA, articulis largioribus, ad articulorum conjunctionem contractis, gracileſcens, vaſe pariter ramoſo in medio inſcripta. Vermes cucurbitini VALISNERII radiati. Tæniæ primæ caput CLERICO viſum eſt ad latera medii ſinus duo habere

 lanceo-

lanceolata cornua ariſtata, a qua equidem fabrica alii ſcriptores longe diſſident. Primam iſtam unicum eſſe animal confirmat. Tænia canina. Lumbrici teretes ex REDO. Aſcarides breviſſimi. Vena medinenſis. Cirones. Vermes in lotio. Vermes ſinuum frontalium, alii in aliqua parte corporis humani viſi. De vermium origine dubia. Remedia ſimplicia & compoſita. Icones propriæ & collectæ.

Elogium eſt in *Bibliotheque italique* T. IV.

§. DCCCXCIII. VARII.

CHRISTOPHORUS JOHAN. LANGE Profeſſor Lipſienſis BOHNII diſcipulus.

EJUS exſtant numeroſæ diſputationes.

EJ. *de hæmorrhagia* Lipſ. 1685. 4.

EJ. *de homine ærometro* ib. 1694. 4.

EJ. *de morbis endemiis* ib. 1694. 4.

EJ. *de hydrope* 1695. 4.

EJ. *de valetudinariis gravidarum* ib. 1696. 4.

EJ *de palpitatione cordis* ib. 1699. 4.

EJ. *opera omnia medico theoretico practica a morte viri edidit* RIVINUS Lipſ. 1715. fol. 3. vol. 4.

Præmiſſa eſt vita Ill. viri a RIVINO ſcripta. Tunc hiſtoriæ medicæ ſpecimen imperfectum per ſecula, cum aliqua ſcriptorum & vitæ brevi memoria. Inde prælectiones de materia medica trium regnorum, ſimplicium hiſtoria & præparationes medicæ. Porro collegium chymicum. Et formulæ ut vocant ſ. modus componendorum ex tempore ſimplicium medicamentorum & compoſitorum in pulveres, emulſiones aliaſve formulas. Tunc prælectiones pathologicæ. Praxis generalis ex ſeculi ingenio. Chirurgia. Collegium caſuale ſ. ſingulæ morborum hiſtoriæ & curationes.

Diſputationes auctoris, pleræque argumenti practici.

EJ. *de animi commotionum vi medica.*

EJ. *de mortuis ex animi commotionibus.*

EJ. *de apoplexia.*

EJ. *de morbo caduco.*

EJ. *de cephalalgia.*

EJ.

Ej. *de remediis antiodontalgicis.*

Ej. *de odoratus præcipuis læſionibus.*

Ej. *de ſternutatoriorum uſu & abuſu.*

Ej. *de loquela læſa.*

Ej. *de reſpiratione læſa.*

Ej. *de pectoris adfectibus & remediis.*

Ej. *de palpitatione cordis.*

Ej. *de remediis ſanguinem ſiſtentibus.*

Ej. *de remediis ſanguinem purificantibus.*

Ej. *de anorexia.*

Ej. *de atrophia.*

Ej. *de anthelminticis.*

Ej. *de remediis ſtomachicis.*

Ej. *de hydrope.*

Ej *de ictero ex paſſione hyſterica.*

Ej. *de pituita præter naturam & ejus cura.*

Ej. *de febre petechiali.*

Ej. *de febre petechiali epidemica.*

Ej. *de chinæ chinæ virtute febrifuga.*

Ej. *de phlegmone.*

Ej. *de pleuritide.*

Ej. *valetudinarium prægnantium.*

Ej. *Lapis Manati.*

Ej. *Natura & differentiæ antacidorum.*

Ej. *de ſterilitate.*

Ej. *de menſium ſuppreſſione.*

Ej. *virginum valetudinarium,*

Ej. *& puerperarum, & lactantium.*

Ej. *de recens natorum regimine.*

Ej. *de requiſitis bonæ nutricis.*

Prælectiones, ut ultimam Cl. viri manum non expertas, omitto. Ex diſputationibus ecce ſpecimina aliqua. Febris epidemica putrida petechialis florenti ætati fuit infeſtiſſima, cacochymis hominibus funeſtiſſima. Contagium in familiares. Inerant ſymptomata vulgo nota, virium depreſſio, pulſus parvus, debilis, vigiliæ vel ſopor. Subinde diarrhœa diebus criticis cum bono eventu, & in univerſum alvus lubrica melior. Sudor continuus malus; ſudor bonus & ſudor diebus criticis, cum diarrhœa, urina variabilis, etiam continuo turbida & fetida. Malum ſymptoma, pars epoti liquoris de ore regurgitans; eo in caſu hepar putridum erat & nigerrimum, & diaphragma, duodenum inteſtinum, ipſeque pylorus ſphaceloſus. Exanthemata inconſtantia, nonnunquam nulla, alias a principio mali conſpicua, circa ſeptimum & nonum diem non mala, etiam in facie nonnunquam. Malæ veſiculæ miliares admiſtæ, alvum ſiccam fere ſequebantur. Nocuerunt calida, bezoardica, ſpirituoſa, niſi forte ex frigore admiſſo, aut ex retrocedentibus maculis, anxietas urgeret & ſumma debilitas. Venæſectio bona in plethoricis, in debilibus noxia. Sic emeticum utile, ubi ſaburra ventriculum replebat; vomitus in principio motus, veſicatoria ad ſopores. In principio dabat noſter pulverem bezoardicum cum nitro & camphora, deinde temperata bezoardica, analeptica, potus acidos, vel nitratos, circa diem criticum bezoardica. Boni ad alvum ſtrictam clyſteres.

PETRUS PETITUS Medicus Pariſinus, vir doctus, tamen ut pleraque non proxime ad medicinam pertineant: ſed neque praxin fere exercuit, & dicitur in examine, ut vocant, male reſpondiſſe.

Huc revoces Ej. *Thea, ſ. de Sinenſi herba thee carmen ad* HUETIUM Lipſ. 1685. 4. *.

Adjectum eſt. I. FRANCII *carmen anacreonticum græcum, de thea &* J. GOD. HERRICHEN *Thea herba.*

Ej. *de amazonibus* Paris 1685. 12. *. de Scytharum morbo femineo Hippocratico.

Totum argumenti medici eſt, *poſthumum opus, ſ. in tres priores* ARETÆI *libros, commentarii* Londin. 1726. 4. *. Codex paſſim obſcure ſcriptus, denique imperfectus, & a morte auctoris quaſi reſectus Commentarius fere eſt criticus, ut mens ARETÆI ex aliis veterum locis, aut ARETÆI declaretur, lectio alioquin mendoſa corrigatur, priores interpretes caſtigentur, ſubinde etiam rariores aliquæ adnotationes interſpergantur, ut cordis vulneris diu tolerati.

Tamen & *Miſcellanea obſervationum* L. VI. huc faciunt. Utrecht 1682. 8. *.
ubi

ubi aliqui etiam medicorum loci critice & philologice exponuntur, ad emendanda loca GALENI & ARISTOTELIS.

Sed etiam *l. de Nepenthe* Utrecht 1688. 8. *. Vita auctoris & codices Mſ. inediti. Nepenthes fuiſſe ex tribu vegetabili, quid ſit, incertum videri. De opio, *Bangue*, vino, aliiſque ſoporiferis. Opium expertus mire laudat.

Adjectus *tr. de moribus anthropophagorum* in quo medicamenta recenſentur, quæ ex corpore humano ad uſus medicos parantur. Mumias rejicit. Luem veneream ex anthropophagia ortam eſſe ſuſpicatur. Carnem humanam malum præſtare alimentum.

Vita prodiit cum *comm. ad* ARETÆUM, *in journ. des ſav.* 1688, & apud NICERON T. XX; & *elogium*, & *tumulus*, & *monita poſthuma* 1689. 4.

GEORGII PASCHII Gedanenſis Phil. P. Kilienſis *de novantiquis, quorum accuratiori cultui facem prætulit antiquitas.* Kilon. 1695. 4. & Lipſ. 1700. 4. *. quæ editio quarta parte dicitur auctior eſſe; non imperitus ſcriptor, etſi non medicus. Liber ſextus huc facit, qui eſt de inventis medicis, etiam practicis. Morbi novi, aut pro novis habiti, cum patronorum antiquitatis argumentis. Medicamenta nuper inventa. De tactu propter ſcrofulas. Ipecacuanha GUIL. PISONIS inventum. Cibi potuſque noviter inventi, & nicotiana. Venena.

EDUARD BERNARD; vir doctus *de ponderibus & menſuris* Oxon. 1685. lego & 1688. 8.

NATHANIELL (ſic) SPRYE D. *de fluxu menſtruo, ubi etiam de ejus retardatione & nimia profuſione obiter tractatur.* Patav. 1685. 12. Non a luna menſes eſſe, neque a fermentis; mechanicam cauſam alias diximus. Practica pars breviſſima eſt. In chemicis fuſior.

J. ZAHN canonici, *oculus artificialis teledioptricus* Herbipoli 1685. fol. Nurnb. 1702. fol. B. B. Myopia, presbyopia &c.

EJ. *ſpeculum phyſico mathematicum, cujus pars Geocoſmus* Nurnberg 1696. f. B. B. Vires medicæ animalium, venena, proprietates ſingulares, hominum nævi; collectio.

NIC. STAPHORST *officina chymica Londinenſis, ſ. exacta notitia medicamentorum ſpagiricorum, quæ apud aulam ſocietatis pharmaceuticæ Londinenſis præparantur & venalia proſtant* Hamb. 1686. 12. RIV.

J. PETRI BELLORI *notitia veterum illuſtrium philoſophorum, poetarum, rhetorum & oratorum ex vetuſtis numiſmatibus gemmis, marmoribus aliiſque antiquis monumentis deſumta* Rom. 1685. f. utcunque huc facit.

Henr. Georg Herfeld M. D. *philoſophicum hominis methodo* Cartesii *concinnatum.* Amſterd 1685. 8.

Ej. *cogitationes de origine morborum adaptatæ ad philoſophicum hominis* Amſt. 1706. 8. *. Per ſingulos morbos theoria mera; ſucco etiam pancreatico, bile & fermentationibus amat uti.

J. Marii medici Ulmenſis, inde Auguſtani poſthumam *caſtorologiam, ſ. caſtoris naturam & uſus medico chymicos* edidit Johannes Frank Aug. Vind. 1685. non dudum etiam Gallice recuſam Paris 1746. 12. vertente D. Eidous. Vires medicas caſtorei in omnibus pene morbis repetit & formulas quas ingreditur, & ſingularia etiam ſcriptorum nomina, qui eo auxilio ſint uſi.

Just. Conradi Michaelis *novam & curioſam methodum apoplexiam curandi.* Hildesheim 1685. 4. diximus eſſe Cortnummi.

§. DCCCXCIV. Alii nuperi.

Samuel Collins *ſyſtema anatomicum of the body of man, birds, beaſts fishes with its diſeaſes, caſes and cures* Lond. 1685. f. 2. vol. *. Ampliſſimum opus, cujus rationem reddere vix licet. Practica pars per ſingulas corporis animalis partes diſperſa eſt, quarum cuilibet ſubjiciuntur ſui morbi, ſæpe cum inciſionibus cadaverum, aut alioquin, morbi qui ex hypotheſi ei parti aut viſceri tribuuntur. Ecce aliqua exempla. Aſcites ex hydatidibus ruptis. Magnæ ex hepate hydatides. Uterus clauſus ſanguis retentus putridus. A morbo acuto uterus in ſubſtantia ſanguine plenus, cum in caveam non potuiſſet effluere. Cordi ſubjecta eſt febris hiſtoria, cum hypotheſi Collini ejus morbi origine. Cordis morbi. In corde cultro detectum ulcus; ſic in ſiniſtro ventriculo viri hypochondriaci. Palpitatio plethorica venæſectione ſuppreſſa. Palpitatio ſcorbutica teſtaceis curata. Febres: febris intermittens a ſucco pancreatico. Cauſus. Febres malignæ. In continua febre diaphoretica. Pro venæſectione in variolis. Ex veneno ſumto vomitus poſt triginta vomitiones pene lethalis. Polypi cordis cor obſtruentes. Ejuſmodi adnotationes numeroſiſſimæ interſperguntur.

Ludovicus Aloysius Marsiglius, vir militaris, ſed hiſtoriæ naturalis amans, fundator academiæ Bononienſis, paſſim hactenus medicinam tetigit.

Ej. *della potione aquatica.* Venez. 1685. 12.

Jac. Brachi *penſieri fiſico medici degli animali che muyono nelli recipienti voti d'aere* &c. Venez. 1685. 8. de mortibus animalium in aere adtenuato & factitio.

G. Battista Giovannini *nuova idea phyſico natural demonſtrativa* Saragoſſa 1685. 4. C. de V.

Ej.

Ej. *diſcorſo fiſico e politico que demonſtra los movimentos que produce la fermentacion* Madrid 1689. 4. De thea etiam & coffea; munditiem commendat civibus & urbis repurgationem.

Converſa in gallicum. Ej. *diſſertation ſur la fermentation, ſur le nitre & ſur l'air*, prodiit Toulouſe 1685. 12. Rast.

Matthia Domingo *y* Ramoin prof. Valentini *diſp. de variolis & morbillis cum quæſtione appendice de peſte* Valentiæ 1685. C. de V.

Et *diſſ. phiſique ſur les matieres nitreuſes qui alterent la pureté de l'air de Madrid*, ex *Hiſpanico* Toulouſe 1685.

Paul Portal *la pratique des accouchemens* Paris 1685. 8. *. Caſus hæmorrhagiæ uteri, ſecundarum retentarum, feminarum convulſarum, molarum. Mors abortientis varioloſæ poſt multas venæſectiones. Placenta veſicularis

Nicolai Postel factum contra Matthieu Maheult J. B. Calart & Pierre de Mezery *profeſſeurs royaux, ou diſſ. ſur les peripneumonies d'hyver, pour ſervir d'apologie à la theſe composée par* Postel *contre la cenſure des editeurs & du* S. Puylon Paris 1685. 12. *.

Theſis eſt ejuſdem anni in hæc verba E. *peripneumoniæ hybernæ* καθαρσις ηγεμονικον. Laudaverat purgationem & prætulerat miſſioni ſanguinis. Eam gallicæ ſcholæ adverſam theoriam collegæ proprii damnaverant. Hic ergo noſter contendit, Hippocratis, Dureti & Sydenhamii teſtimoniis peripneumoniæ hybernæ, quæ ſit a pituita (ut æſtiva a bile eſt) melius purgationem convenire. In cadaveribus ſimilia ſe reperiſſe, vaſa magna pulmonis alba materie caſeoſa plena, etiam ramos. Ex diario ſuo oſtendit purgationes alvi felicem eventum eſſe nactas, malum venæſectiones. Fatetur tamen aliquos periiſſe. In febribus duplicibus tertianis, ſe ante medicum Anglum Talbor, corticem dediſſe peruvianum.

Philippus de la Hire mathematicus, in depingendis figuris animalium egregius.

Jam a. 1684. in academiæ conventu agere cepit de oculo, deque ejus figura inmutabili, deque oculis vitiis. Ea maturius elaborata demum edidit.

Huc pertinet Ej. nobile opus, *ſur les differens accidens de la vue* Paris

1685.

1685. 4. 1694. & 1730. 4. *. editum, in quo felicius quam ante eum quiſquam, mathemata cum anatome & cum pathologia conjunxit. Tres morbi de quibus agit. Vitium in retina aut viſus organo. Mydriaſis, ſ. arctatio pupillæ, ſ. majoſis. Myopia cum viſu puro & cum viſu colorato. Oculorum meliorem eſſe (acrius ſentientem) eſſe, quo magis rubra videmus. Unde viſus duplex ut ex vulnere corneæ, quæ in duas facieculas diviſa fuerit, duplici facto foco. Myopia cum ampla pupilla, confuſaque adeo viſione, & cum anguſta. Presbyopes: qui objecta inverſa vident. Lineæ, maculæ apparentes. (Lineæ mihi cum globulis per eas perniciter motis manifeſtiſſimæ ſunt conniventibus noctu palpebris). Sedem in retina eſſe. Scintillæ. Cataracta. Macula nata ab humore viſcido ſuper corneam motitato. Vitia lentis cryſtallinæ. Viſus multiplex accurate. Colores imaginarii, breviter.

Les éloges des hommes ſavans, tirés de l'hiſtoire de M. DE THOU *par* A. TEISSIER Geneve 1685. 12. 2 vol. 1686. 4. CARRERE.

B. ALARY pharmacopolæ *guériſon aſſurée des fievres tierces, doubles tierces, quartes, doubles quartes par le remede du dit* AL. *diſtribué avec privilege du Roy* Paris 1685. 12.

DE ROUVIERE *préparation celebre de la nouvelle theriaque faite à Paris* 1681. . *Journ. des ſavans* 1685. n. 14.

EJ. eſt, aut filii cognominis & pharmacopolæ, cui nomen HENRY, *voyage du tour de la france* Paris 1713. 12. *. Iter anni eſt 1703, 1704. Partem Galliæ & Helvetiam adiit. Solet ubique medicorum conditionem recenſere, favens Baſileenſibus. Hortos medicos citat, & laudat Monſpelienſem. Nunc puto filii potius eſſe, cum ſit juvenis & anni 1703. Non laudes in miſeros proteſtantes acerbum animum.

Des remedes & des maladies du corps humain. Paris 1685. 8. ſuſpicor eſſe HILAIRE.

FERRAND *lettre apologetique, où il eſt traité qu'il ne faut point ſaigner les pleuretiques au pied* Paris 1685. 12. FALC.

COPPONUS *anonymi vertus & uſages de ſa medecine univerſelle avec un traité de l'avantage des carminatifs ſeconde edition* Chambery 1685. 12.

GUERIN *methode d'elever les enfans ſelon les regles de la medecine* Paris 1685. 12. ZOCHA.

Nouvelle pratique de medecine avec un traité ſur la chymie moderne 1685. 8.

P. M. M.

P. M. M. *tr. des qualités du kinkina* Amſterd. (Paris) 1685. 12. Falc.

D. Isaac Bebber *waare Gronden van de Heelkonſt mit nodige Aanmerkingen door S. B.* (Blancaart) Amſterd. 1685. 8. *. Origo tumorum ex ſanguine exque ejus particulis aut ſubtiliſſimis, aut craſſioribus. Eryſipelas & phlegmone, œdema. Tumores lymphatici. Scrofulæ, Terreæ & una acres particulæ faciunt cancrorum.

J. puto Johann. Browne *apothecary's preſidy.* Lond. 1685. 8.

J. Chamberlayne *art of making tea, coffea, and chocolate* Lond. 1685. 12.

Ej. in *Phil. Tranſ.* n. 178. In ebrioſo homine hydrops & a paracenteſi gangræna, mors. Hepar totum glandulis fartum; in veſicula fellis calculus.

Byfield *two diſcourſes of conſumtion with their cure* Lond. 1685. 4.

Ej. *menagement of the ſmall pox and all putrid fevers* ib. 1695. 4.

Schrift und rechtmäſſiges Bedenken über die Begräbniſſe der Verſtorbenen welche man in die Kirchen und Bethäuſer zu begraben pflegt Francf. 1685.

Hieronymi Delphini *eunuchi conjugium* Halæ 1685. 4. Jen. 1730. 4. ad medicinam legalem.

E. E. Rahts *der Stadt Leipzig vor die Apotheker daſelbſt aufgerichtete Ordnung und Taxa* Leipz. 1685. 4. 1694. 4. Riv.

E. E. Rahts *zu Riga erneuerte Apothekerordnung und Tax* Riga 1685. 4. Riv.

Strasburger Apotheker Taxa Strasb. 1685. 4. *. 1722. 4. 1759. 4. *.

Wunderbare unerhörte jedoch bewährte Secreta und Künſte der Arzney und Chirurgie Leipz. 1685. 8.

§ DCCCXCV.

J. Gottfr. Berger, dictus de Berger.

Diſcipulus Ruyschii, Profeſſor Wittenbergenſis, Archiater Saxonicus, vir eleganter doctus & eloquens, parum ſcripſit, niſi diſputationes. In validis certiſque medicamentis commendandis felix fuit & cordatus.

Ej. *de mania* Witteb. 1685. 4. *.

Ej. *de animi deliquiis* ib. 1689. 4.

Ej. *de cordis polypis* ib. 1689. 4. *.

Ej. *de epilepſia* ib. 1690. 4. Pl.

Ej. *de comate vigili* ib. 1691. 4. Riv.

Ej. *de iſchuria* ib. 1691. 4. He.

Ej. *de angina* ib. 1691. 4. Haen.

Ej. *de ſuppreſſione catameniorum* ib. 1692. 4. Haen.

Ej. *de hydrope* ib. 1693 4. Haen.

Ej. *de morbis ſenum* ib. 1693. 4. He.

Ej. *de inflamatione* ib. 1695. 4. *. pro calidis & contra venæſectionem.

Ej. *de febribus malignis* ib. 1696. 4. Pl.

Ej. *de morbis oculorum* ib. 1698. 4. He.

Ej. *de adoratu ejuſque præcipuis læſionibus, coryza, polypo & ozæna* ib. 1698. 4.

Ej. *de lienteria* ib. 1699. 4 He.

Ej. *de fluxione ventris chyloſa* ib. 1700. 4. *.

Ej. *de typanite* ib. 1700. 4. *.

Ej. *de hæmorrhoidibus ultra modum profuſis & cæcis* ib. 1700 4. Haen.

Ej. *de difficultate reſpirandi* ib. 1700. 4. Haen.

Ej. *de medico naturæ adjutore* 1702. 4. *.

Ej. de *palpitatione cordis* 1702. 4. *. ex ligaturis artuum &c.

Ej. *de natura morborum medico* 1702. 4. *. Contra Stahlianos, in corpore reſidere & ejus viribus, quod vocant naturam.

Ej. *de filo medicinali* ib. 1702. 4. *.

Ej. *de vi opii rarefaciente* 1703. 4. *. ab ea vi omnes in homine effectus putat proficiſci, experimento facto in canibus.

Ej *de monoſitia* ib. 1704. 4 *.

Ej. *de commodis exercitationis corporis* 1705. 4. *.

Ej. *de commodis vitæ ſobriæ* 1705. 4. *. Una recudi fecit primum Aloysii Cornarii ejuſdem tituli librum.

Ej. *de auro potabili* 1705. 4. *.

Ej. *de ſomno meridiano* 1706. 4. *.

Ej. *de certitudine medicinæ* 1706. 4. *. Pro bona arte, contra hypotheſes.

Ej. *de rheumatiſmo* ib. 1707. 4. *.

Ej. *de tuenda valetudine ex cognitione ſui ipſius* 1707. 4. *.

Ej. *de thermis Carolinis* 1708. 4. *. & germanice.

Ej. *de vita longa* 1708. 4. *.

Ej. *de errore diætæ in potu* 1709. 4. *.

Ej.

Ej. *de uſu venæſectionis & clyſterum* 1709 4. *.

Ej. *de dyſenteria ſuperiori æſtate infeſta* 1709. 4. *. Opio uſus eſt.

Ej. & Abrah. Vater *de peſtilentia vera* 1710. 4. In peſte polonica ſanguis floridus.

Ej. *de fluore albo* 1710. 4. Haen.

Ej. *de uſu venæſectionis & clyſterum in curatione variolarum* 1711. 4. *.

Ej. *Chinchina ab iniquis judiciis vindicata* 1711. 4. *. Neceſſarii potiſſimum in Germania optimi medicamenti contra vigentem ſectam Stahlianorum apologia.

Ej. *de vita & morte* 1713. 4. He.

Ej. *de ardore ventriculi* 1714. 4. Vat.

Ej. *de acido inſonte* 1716. 4. Haen. 1715. He. & 1716. 4. Idem.

Ej. *de inflammatione cordis* 1717. 4. Haen.

Ej. *de apoplexia* 1717. 4. Haen.

Ej. *de errore diætæ in potu* 1718. 4. Haen.

Ej. *de laude febris merito ſuſpecta*, ib. 1730. 4. *. denuo contra incauta Stahlianorum placita febrem tanquam beneficium naturæ amplexantium.

Ej. *Elogium in Mem. de l'Acad. des Sc. de Paris* 1712.

§. DCCCXCVI. Disputationes.

Laurent Jongh *de peſte* Leid. 1685. 4. Haen.

Petri de Spina *de elephantiaſi* ib. 1685. 4.

Ej. *manuale, ſ. lexicon pharmaceutico chymicum* Francf. 1700. 8. 1702. 8.

Ej. *medicina veterum & neotericorum* Worms 1711. 4. Tr.

Ej. *medicina pauperum ſ. ſtercorologia* ib. 1714. Tr.

Ej. *vitam* ſcripſit Balthasar Venator Bipont. 1732. 4. B. Bun.

W. Laynge *de apoplexia* Leid. 1685. 4.

H. Iken *de furore uterino* Leid. 1685. 4.

Jac. Reck *de angina* Leid. 1685. 4. *.

Moses de Pinedo *de dyſenteria vera* ib. 1685. 4. *.

J. Clemens Engring *de catarrho* ib. 1685. 4. *.

J. Wilhelm Dimel *de morbis contagioſis* ib. 1685. 4. *.

Is. Cofkuyt *de melancholia* ib. 1685 4. *.

ANTON. LUDERS *de rabie vulgo dicta hydrophobia* Leid. 1685. 4. *.

STEPH. JOH. V. CLUSFELD *de ſuperfluis menſibus* ib. 1685. 4.

JOH. V. MUYEN *de aphthis* ib. 1685. 4. *.

JAC. VLAKVELD *de aſthmate* ib. 1685. 4.

GERARD GORIS *de diarrhœa* ib. 1685. 4.

DAVID SPIELENBERGER *de morbis periodicis* ib.

PETRI *van der* LAHR *de fermentatione, efferveſcentiis, & inflammatione* Leid. 1685. 4.

S. LEFMANN *de variolis* Utrecht 1685. 4. HAEN.

J. EHRENFRIED THEBESIUS *de cholera* ib. 1685. 4. PL.

ALBERT MUNTING *de epilepſia* Utrecht 1685. 4. *.

ABR. RUCKERT *de ſpaſmo* Utrecht 1685. 4. *.

WILHELM HENRICH VAN DER SPYK *de apoplexia* ib. 1685. 4. *.

MUMMIUS LUDDEN *de atrophia* Kiel 1685. 4.

J. REISKE *de morbo Jobi difficillimo Peryſcylaſciſmo græco.* Helmſtædt 1685. 4.

J. GREG. ANTHONI *de ægro nephritico dolore laborante* Gieſſ. 1685. 4. morbi hiſtoria.

J. WILH. PAULI.

EJ. *de œdematis natura & cura* Lipſ. 1685. 4. RIV.

EJ. *de medicamentorum delectu* Leid. 1694. 4. HAEN.

EJ. *de anorexia* ib. 1696. 4. HE.

EJ. *de dolore capitis* ib. 1697. 4. VAT.

EJ. *de animi commotionum vi medica* Lipſ. 1700. 4. BUR.

EJ. *de anxietate* Lipſ. 1709. 4. VAT. PL.

EJ. *de nutritione naturali & præternaturali* ib. 1709. 4. *.

EJ. *de medicamentis ex corpore humano ſumtis merito negligendis* ib. 1721. 4. HE.

JOACH. LUD. KOERPER *de eclipſi microcoſmi* Erfurt 1685. 4. *.

GEO.

Geo. Sal. Gerber *de drif Helmontii* ib. 1685. 4.

Balthas. Just. Musculi *de pleuritidis natura & cura* Erford 1685. 4. Vater.

Kirchmaier *pathologia vetus & nova* Witteberg 1685. 4. Haen.

J. Frid. Koeber *de medicinatus præſtantia & difficultate* Gora 1685. fol. Boehm.

Martin Harmes *de acidularum uſu earundemque optimo operandi modo* Marpurg 1685. 4. *.

Petr. Wolfart *de partu duplici* Marpurg 1685. 4. *. Agit etiam de pulmonum experimento.

J. Henr. Schmidt *de febre petechiali* Altdorf 1685. 4. Pl.

J. Christoph Storck *de malo hypochondriaco* Altdorf 1685. 4. Pl.

Frid. Gottfr. Barbek *de inſomniis* Duisburg 1685. 4.

Petr. Schwendi Ebeling *de cruditate ventriculi*, *ſ. fermentatione alimentorum* Erford 1685. præſide C. Barthol.

J. Conrad Hottinger *theriaca Andromachi in ſua officina in duodecuplo diſpenſata*, *cum ſubjuncto diſcurſu de theriacæ nomine origine*, *uſu*, *abuſu & adjuncta confectione de hyacintho* 1685. 4. Leeuw. puto Tiguri.

David Zollicofer *de polypo cordis* Baſil. 1685. 4.

Just. Theodor. Schonkoff *de hydrope ovarii muliebris* Baſil. 1685. 4. *. ſæpe ſcarifando aqua abacta fuerat; a morte hydatis magna reperta duabus aquæ libris plena; alia exempla. Femina a Wepfero aperta, in qua tumor 30 librarum pondere utero adhærebat.

Steph. Casp. Pertsch *de philtris* Argent. 1685. 4. Pl.

Nic. Bailly & Fr. Gouel *E. ex inſomniis temperamenti cognitio* Paris 1685.

Fr. de Belestre & Fr. Potou *E. medicinæ ſcientia ducit ad cognitionem auctoris naturæ* Pariſ. 1685.

J. Moreau & Ant. Varin *E. urbs regia Verſaliarum ſalubris* Pariſ. 1685.

J. Hamon & Nic. de la Carliere, *E. ut reliqui potus*, *ſic & aquæ modus aliquis eſſe debet* Pariſ. 1685.

Pet. de Mercenne & Urb. Leaulté *E. calido & ſicco corpori blanda purgantia mox ante cibum danda* Pariſ. 1685.

Cl. Quartier & Franc. Gouel *Non E. in quavis hæmorrhagia admovenda adſtringentia* Pariſ. 1685.

J. Ant. Bougaud & Ant. Velin *E. in morbis melancholicis purgatio per inferiora* Pariſ. 1685.

Mich. de la Vigne & J. B. Doye *E. in curatione morborum, medicamenta quæ ex ſtirpibus parantur, aliis anteponenda* Pariſ. 1685.

§. DCCCXCVII. Diaria ad A. 1685.

In *Phil. Tranſ.* n. 169.

Roger Howman de homine demorſo a vulpe rabida, & ipſo facta hydrophobo, demum paralyſi partium ſuperiorum, pulſu intermittente infeſtato.

D. Peirce exempla paralyticorum thermis Bathonienſibus curatorum.

n. 170. Samuel Shaetland de homine qui poſt colicam & teneſmum ingentes calculos de ano dejecit. In Birchianis redit.

n. 171. Georg Asch de homine periodice ſanguinem ex apice digiti emittente (*a*).

Idem n. 176. de puella cui de corpore undique cornua effloreſcunt.

n. 176. Gui Earnshaw de muliere cui inteſtinum fiſtula in latere apertum erat & cibos dimittebat. Tandem & potiſſimum catharticis ſanata (*b*).

Apud Birchium, Sir Hans Sloane de viro cui ducenti calculi per ſedem deceſſiſſent.

Ej. de cæcilia vomitu rejecta (*c*).

Ej. de aqua alvum ciente Hoxtonii reperta (*d*).

Allen Mullen de pulſu in vertice capitis percepto (*e*).

D. Oven de infante, cui pus in pericardio, in venis polypi. Monet Listerus hydropem videri pericardii (*f*).

In *Hiſt. de l'Acad. R. des Scienc.* 1685.

Euphor-

(a) Birch IV. p. 373.
(b) Birch IV. p. 449.
(c) p. 387.
(d) p. 401.
(e) p. 410.
(f) p. 429.

Euphorbii venenum ſanari citri ſucco THEVENOT, patruus peregrinatoris, idemque *itinerum* editor.

In *Nouv. de la Republ. des Lettres* 1685.

PAUL BASSIERE de granis avenæ deglutitis in ventriculo germinantibus.

Fetus agninus cum ſacco extra uterum viſus.

Puella quæ aciculas devoraverat.

SYLVESTRE de articulatione nova in loco fracturæ ſubnata.

Anonymus de acicula in urethra reperta.

In *Journ. des Sav.* n. 28.

RAINSSANT medicus refert de hydrope pectoris, quem ſanavit factis, paraceteſeos loco, ſcarifationibus crurum, quas jubet leves facere.

In E. N. C. *Dec. II. Ann.* 4. (1685.) ANDREAS ERNI Hanovienſis medicus.

Obſ. 35. In phthiſico pleura conſumta, & pulmo, ut & membrana & viſcus in tartaream materiem conſiſterent; ejuſmodi etiam in ventriculo cordis dextro materies.

Obſ. 36. poſt febrem intermittentem hydrops, hydrargyro dulci, & excitato ſalivæ fluxu ſanatus, etſi jalappa admiſta erat.

Obſ. 37. benefica in puero varioloſo narium hæmorrhagia.

MICH. BOYM S. J. *clavis medica ad Chinarum doctrinam de pulſibus* producta ab ANDREA CLEYER hic a Philippo Couplet completa & multis iconibus aucta.

J. CHRISTOPH BAUZMANN Medicus in Bremen & Verden.

Obſ. 28. In puerperæ cadavere abdomen plenum aqua purulenta. Ea effluebat ex ovario ſiniſtro fœtidiſſimo, pure pleno, rupto.

Ann. VIII. obſ. 43. melancholia menſtrua poſt intervalla redeuns.

Obſ. 44. alvus mota uſu laudani opiati.

Obſ. 45. Quartana febris per novem annos continua.

Obſ. 47. ſanguis de utero in femina ſeptuagenaria ſalutari eventu manans.

Obſ. 48. ex mytulorum eſu anxietas, ſudor frigidus, deliquia, tumor artuum.

Obſ. 50. molæ hydaticæ.

In *Dec. III. Ann.* 1. Append. fuſa hiſtoria morbi hyſterici, qui febri intermittenti

mittenti ſuceeſſit, cum ſingularibus ſomniis, in quibus ſinguli pene diei eventus, malique variæ facies ei indicabantur, & ad morbum remedia, & alia imaginaria; denique malum feliciter deballatum eſt.

Ann. VII. VIII. Fetus macilentus, ſiccatus, a preſſione in utero materno experta.

Obſ. 27. dyſuria diuturna: in veſica cum pure calculus. Adfuerat ſympathicus in glande dolor.

Daniel Cruger, medicus Colbergenſis.

Obſ. 9. Phthiſis victu lacteo ſanata, per exempla.

& *obſ.* 10. inſania tricies repetita venæ ſectione, cum ſanguis craſſiſſimus eſſet.

Obſ. 13. in miſero & decumbente homine tumor ſteatomatis ſimilis in dorſo natus, inciſus, ſanatus.

Obſ. 16. ab inunctione mercuriali unica duo tenelli infantes exſtincti.

Obſ. 64. febris tertiana ſanata ſpiritu ſulfuris, ad ſcrupulum.

Obſ. 66. puer qui araneum devoraverat, dato vitriolo ſanatus.

Ann. V. obſ. 25. Remedium Riverianum febrifugum ex mercurio dulci decies depurato. Certe in quartanis bene multis efficax idem fuit.

Obſ. 26. Iſchuria die octavo funeſta; ſedes in rene videtur fuiſſe. In alio exemplo calculo plenos vidit & ſabuloſa ſaburra.

Ann. VI. obſ. 40. Stercore anſerino motus ſudor & ſublata quartana febris.

Obſ. 41. de remediis antiepilepticis.

Obſ. 42. podagra retrograda, cataplaſmate ad os ſacrum adpoſito exteriora verſus revocata.

Obſ. 45. diarrhœa ſanata pulvere ex coralliis & ſucco citri miſto.

Ann. VII. obſ. 78. In epilepticis Valeriana ad drachmam in dies, utilis fuit.

Obſ. 240. cineres non accurate combuſti lupuli, lumbricos expulerunt.

Obſ. 241. ex balſamo Tolutano ad febrem mota alvus tumor abdominis diſcuſſus.

Ann. IX. obſ. 141. A dyſenteria hungarica fluxus hepaticus lacte ſuperatus.

Obſ.

Obſ. 142. convulſiones quotidianæ pro dæmoniacis habitæ halitu calidæ & medicamentis cardiacis ſanatæ.

Dec. III. ann. III. obſ. 64. Vino hippocratico ante paroxyſmum dato tertiana febris ſanata.

Obſ. 66. Phtiſis ſanata decocto ligni ſancti.

Obſ. 68. a ſtramonii ſemine fauces conſtrictæ, vertigo, delirium.

Omitto illepidam fabellam *obſ.* 112. & alia vana.

GEORG HEINTKE Medicus Vratislavienſis.

Dec. II. ann. IV. obſ. 98. Mercurius vivus datus retentus, cum tamen purgantia admiſta fuiſſent; leve inde ſalivationis indicium, & demum ſexta fere hebdomade hydrargyrus de corpore expulſus.

Ann. V. obſ. 56. cum ruſticus vehementiſſima ſanguinis miſſione poſt ſyncopen valde viribus fractus eſſet, noſter eum cibo levavit.

Obſ. 58. In cachectici cadavere hepar concavum ſcirrhis exiguis non valde duris obſitum, in ventriculo ulcus.

Obſ. 59. Hydropis ſanati apertione ſcroti & ſcarifatione pedum exempla.

Ann. VI. obſ. 125. Cum neque alcalica, neque acida, neque ſales neutri amarorem bilis infringant, non putat icteri cauſam in ea eſſe.

Ann. VII. obſ. 144. qui in paroxyſmo epileptico canebat & concionabatur.

Obſ. 145. In febre petechiali vinum Franconicum (debilius) abſque noxa potum.

Ann. X. obſ. 47. A lumbricis ſuborta aphonia & ſumma debilitas; ſanatus ab anthelminticis.

Obſ. 48. in dyſenterico ab opii ſcrupulo in anum ſuppoſito ſopor octodecim horarum enemate diſcuſſus.

J. CHRISTOPH HERT Archiater Naſſovicus.

Dec. II. ann. IV. obſ. 103. ab obtuſo pectoris dolore, puer ſenſim ſuffocatus: moles carnea pleuræ adhærebat, in qua duo oſſicula.

Obſ. 104. intolerabilis manuum pedumque calor, ut etiam aqua, in quam deponebantur, inde caleſceret. Verum ſuborta inde gangræna artus amiſſi ſunt.

Obſ. 105. tres plicæ reſectæ intra trihorium reparatæ.

J. THEOD. MOEREN Medicus in Rhingowia.

Dec. II. ann. IV. obſ. 128. circa glandulas lumbales, in duplicatura peritonæi ſacculus, in quo calculi, quorum alter viginti unciarum erat pondere.

Dec. III. ann. I. obſ. 71. Dyſenteriæ epidemicæ graſſantes; deinde febres continuæ verminoſæ; demum catarrhalis epidemica cum paralyſi linguæ & artus ſæpe conjuncta.

Ann. II. Obſ. 206. a granis tribus tartari emetici cum ſale Abſinthii ſumtis, alvus vehementiſſime reſpondit, cum frigidis ſudoribus, laudano & ſimilibus ſanata.

Ann. III. obſ. I. ſudori adſuetus nocte frigida & humida aëri expoſitus, epilepſia correptus, periit in paroxyſmo ſanguine per os erumpente.

J. Benedict Grundel Stiriacus.

Ann. IV. obſ. 165. Lacti ſimilis humor ſanguini miſſo innatans, etiam cum nulla eſſet ſuſpicio de chylo.

Obſ. 166. Mania ſanata tartaro emetico.

Obſ. 213. a melonibus alvus conſtipata limacibus demum ſoluta.

Obſ. 214. a fragis comeſtis anxietates, pectoris anguſtia eryſipelate erumpente ceſſans.

Obſ. 215. acidulæ Roitſchenſes utiliter in declinatione febrium intermittentium datæ.

Ann. VI. obſ. 147. a lapſu memoria deleta, ut tamen ſana mens ſibi conſtaret.

Obſ. 148. *Ann.* 1687. ſævientes febres epidemicæ intermittentes ſpuriæ, ſolis catharticis curabantur.

Ann. VII. obſ. 202. poſt atroces ventris dolores, arenulæ per anum.

Obſ. 203. Venenum canis rabidi demum poſt octennium in hydrophobiam erumpens.

Ann. VIII. obſ. 103. nigri capilli a morte caneſcentes.

Dec. III. ann. I. obſ. 66. jure braſſicæ muriatico febris continua ſanata.

Obſ. 67. Quartana diſpulſa octo libris vini potis, deinde ſudore moto.

Ann. IV. obſ. 81. mendicus voraciſſimus, qui etiam 32 libras biberet.

Ann. VIII. obſ. 161. qui a graviſſimis odoribus graviter quidem in ventriculo adfectus, nihil in naribus percepit.

Obſ. 162. hydrops uteri thermarum uſu curatus.

FINIS TOM. III.